Shilol.

R
1999

BD. 1073.

8 4 BR

1120.

OMNIA

CL. GALENI PERGAMENI SVMMI IN ARTE MEDICA VIRI OPERA

QVOTQVOT APVD GRAECOS IN HVNC VSQVE DIEM EXTITERVNT tum olim, tum non ita pridem, hominum doctissimorum diligentia, in latinam linguam conuersa, deinde recognita, & pristinæ incolumitati restituta. quibus præmissa est præfatio dedicatoria, Medicinę primam inuentionem, eiusq; incrementa, tum ipsam quoq; Galeni uitam, ex eius operibus passim decerptam, prolixè depingens.

DVPLEX præterea adiectus est index totius operis, iuxta rerum naturam & cognationem sic digestus, ut quæ de quauis materia in opere toto passim ac uarie pertractantur, isthic tanquã in tabula ac ueluti sub compendio locupletissimo, in summam unam redacta, simul ordine intueri statim liceat. Opus nunc primo natum, & nemini non literarum studioso mirifice profuturum: siue is artis quoq; candidatus sit, siue per ocium & uelut aliud agens in hoc autore uersari quandoq; desideret.

ELENCHVM Librorum totius operis, mox à Præfatione reperies.



BIBLIOTH:
ACADEM:
DORPAT:

BASILEAE M D XLII

4-11c
116.
ì 52682560

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO D. ALBERTO CARDINALI ET ARCHIEpiscopo Moguntino, Sacri Romani Imperij Electori, & Legato nato &c. Marchioni Brandenburgensi &c. Principi ac Domino suo clementissimo: Hieronymus Gemusæus, D. Medicus ac Philosophus S. D.



VI MOS SEMPER fuit ueteribus, necꝫ paucis exemplis necꝫ obscuris confirmatus, eum hoc tempore mihi quocꝫ obseruandum esse existimaui, Reuerẽdissime & illustrissime princeps. Quod enim illi, siue propria sua siue ab alijs cõdita monimẽta, sine magni patroni auspicio in publicum prodire non sustinebant, id ipsum nos quocꝫ in hac ẽditione Galeni operum, apud Germanos omnium prima (necꝫ enim ante hunc diem nostrorum officina ulla eum autorem latino sermone donatum, ædidit integrum) nephas esse duximus: quin tuæ Celsitudini, principi omnium maximo & optimo, grauiorum disciplinarum, & eorum hominum qui hasce colunt ac profitentur, è nostris principibus patrono primo, destinandus omnino esse uisus est, ut qui C. T. parte sui quadam, non adeo pridem domesticus esse cœpit, is totus nunc in familiæ eius clientelam, disciplinarum omnium Musæum, hominum doctissimorum asylum, quos homines aula isthic aut nunc habet, aut ad summas dignitates pridem euexit, quantus quantus est sese recipiat. Hæc ferè præsentis consilij nostri summa est: quod tamen ut adhuc plenius C. T. cognoscere possit: &, quidnam supplicaturi huc accesserimus, aut quale patrociniũ ambiamus, intelligat, postquam adorauerimus, & quod coram Heroum aris fieri assolet, ueniam fuerimus precati prius: de arte ipsa quædam eiusꝫ origine, primum, mox de autore ipso & eius uita ac cæteris deinceps, qualia uidelicet initijs operum dici cõsueuere, in mediũ adferemus, ut ijs clementer auditis & cognitis, C. T. auxilij nobis patrociniiꝫ ferendi aduersus temporũ istorum & hominũ iniuriã, consilia capiat. Dedicatio

Atꝫ ut inde potissimũ nostra proficiscatur oratio, unde causa hæc tota primũ ducitur: Artiũ inuentiones uel in deorũ filios, uel in quosdam eorũ propinquos quibus scilicet diij cõmunicassent, à græcorũ gente referri consueuere. qua ratione Aesculapius medicinę, quam primus, ab Apolline patre institutus, hominibus tradidisse fertur, inuentor extitisse apparet. Verum ille perfectam & numeris suis omnibus absolutam medicinam, nimirum diuinam eam & ratiocinatricem adinuenit, quam eius successores Asclepiadæ uelut hęreditariò acceptã, posteris hominibus tandem inuulgarunt, maximè uero ex ijs Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusꝫ consummatam apud Græcos hanc artem in lucem protulit. Ante illum medicina non ita cæteris hominibus fuit cognita, nisi quod ueteres medicamentorum & herbarum, qualia inter Græcos Chiron centaurus & ab eo docti Heroes nouerant, adhæc quæcunꝫ Aristęo Melampodi & Polyidæ ascribuntur, experiẽtiam aliquam habuere. Talem quandam huius artis orignem primam extitisse ueterum nonnulli tradiderunt. A qua sententia minime alienus apparet Aristoteles ipse, in libro Quæstionum naturalium, cuius index est De animalium proprietate, quo loco ait, medicinam sparsim inuentam esse à diuinandi peritis in hominum conuentibus, & casu uel somnio, uel uaticinio, uel dæmonum inuocatione, uel huiusmodi alio: quæ omnino de experimentatrice eius parte dicta fuisse oportet. Vnde nõ iniuria habita est primum hæc ars inconstans, ut quæ sæpius mutata sit, quòd experimenta nulla dum ratione stabilita, parum fida plerunꝫ essent, & idcirco ab uno ad alium sese modum transferendi, sectatoribus suis occasionem subinde faceret. Principio autem ab imperitissimis quocꝫ gentibus quæsitum ferunt ab herbis tum uulneribus tum morbis auxilium. Illorum uero temporum obseruatio, Chirurgiæ magis initium dedisse uidetur, ut quæ sensui sit propinquior, & proinde cognitu facilior, ac inuentione prior: pars quę ad cæteros morbos intus latentes attinet, inquisitionem habet maiorem difficilioremꝫ, necꝫ statim ita obuiam: & quæ ad eos auxilia inuenta fuere multo post reperta, initiũ huic quocꝫ artis parti dedisse uidentur. Sic & Homerus ua

Artium prima origo

Medicinæ origo prima & incremẽta deinde usq; ad Hippo. tempora

rus,uates antiquiſsimus, primos medicos Podalyrium & Machaonem, in bello Troiano, tanquam ſolis uulneribus mederentur, introduxit. Quemadmodum igitur Emperia pleriſq; aliis initium fecit,ita medicinam ab ea cœpiſſe par eſt,eamq; uariè primum extitiſſe,dum alia,è ſimilitudine animalium ſumpta, alia caſu ac fortuito deprehenſa, deinde frequentata & aucta ſubinde, initium huic parti artis fecerunt. Caſu obſeruatum fuiſſe dicitur, ſuffuſos appungere, inde quod equus quiſpiam ex ſuffuſione malè habens, iunco aculeato in oculum impreſſo uiſum recepit. In animalibus obſeruata,& in hominum uſum inde conuerſa permulta fuerunt:ita ſanguinis mittendi magiſter Hippopotamus extitit, clyſteris uſum docuit Ibis, dictamnum herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauere, chelidoniam uiſui ſaluberrimam hirundines,teſtudo cunilam oſtendit,cuius paſtu uires contra ſerpentes refouet, muſtela rutam, ciconia origanum,hederam apri,anguis ſuccum fœniculi,quo membranas corporis hyberno ſitu obductas exuit,nitiduſq; uernat. Palumbes,graculi,merulę,perdices,lauri folia, faſtidium annuum hiſce purgantes, oſtendere. Neq; uero animalia ſola uſum medicamentorum ita propagarunt, ſed & ipſimet homines inter ſeſe communicantes,prout quiſq; primum expertus fuiſſet,aut caſu incidens,aut alio quouis modo inductus. Sic Aegyptiorũ ægris per cõpita expoſitis,qui morbis eiſdem quãd oq; laboraſſent,tradunt referre ſolitos,quibus unuſquiſq; uſus ſanitatem recuperaſſet. Ad hunc modum è multorum uſu & experimẽtis res medica conflata & per manus tradita, ſine ſcripto fuiſſe primo uidetur: quouſq; reperti tandem ſunt,qui in uoluminа hæc redigere aggrederentur. Primus autem omnium quos memoria nouit, Orpheus de hiſce curioſius aliqua prodidit,poſt eum Muſæus & Heſiodus,& Homerus nominatim herbas quaſdam celebrat,& poſt eum alij. Fuit autem adeo ad hæc attonita primum antiquitas,ut affirmaret etiam dictu incredibilia. Xanthus hiſtoriarum autor, in prima earum tradit, occiſum draconis catulum,ad uitam reuocatum à parente, herba quam balim uocat,eadem Tillonem, quem occiderat draco,ſaluti reſtitutum. Et Iuba in Arabia herba reuocatũ ad uitam hominem tradit. Dixit Democritus,credidit Theophraſtus,eſſe herbam, cuius contactu illatæ ab alite, exiliret cuneus à paſtoribus arbori adactus. Inde exiſtimari cœptum, nihil non herbarum ui effici poſſe, ſed plurimarum uires incognitas eſſe: quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina,à quo dictum ferunt, quaſdam etiam fortaſſe calcatas prodeſſe. Quæ igitur initio reperta fuere, ad hunc modum congeſta ſunt primum, ijſq; adiuti deinde nonnulli, polliceri paulatim & ſinguli plurium morborum curationem profiteri cœperunt, ſolis tamen experimentis conſtabat modus uniuerſus, cauſæ etiamnum ignorabantur,quod qui ea experti initio fuiſſent,agreſtes,literarumq; ignari eſſent,utpote qui ſoli inter herbas uiuerent. Hæc fuit antiqua medicina,quæ licet diues experimentis eſſet,nondum tamen morbis omnibus ſuccurrere poterat, quod inquiſitionis nouorum auxiliorũ ratio nulla dum haberetur, & cauſæ rerum, initium illi præbentes, adhuc neſcirentur: experimenta uero quibuſq; morbis ſua præſcribere, infinitum eſſet, aliquibus etiam quæ ſcirent ac comperiſſent monſtrare nolentibus,tanquam ipſis peritũrum eſſet quod tradidiſſent aliis: Inde paulatim ab oraculis peti medicamenta cœperunt,in ſubſidium ſcilicet eorum quæ adhuc ignorabantur, & modo eodem ex inſomniis petita permulta fuere. Inſanabilis etiamdum fuerat,canis rabidi morſus, pauorem aquæ,potuſq; omnis adferens odium:quando cuiuſdam militis in prætorio,mater uidit in quiete, ut radicem ſylueſtris roſæ quam cynorrhodon uocant, abblanditam ſibi in aſpectu pridie in fruteto,mitteret filio è lacte bibẽdã.in Lacetania res gerebatur, Hiſpaniæ parte proxima,caſuq; accidit ut milite à morſu canis incipiente aquas expaueſcere,ſuperueniret epiſtola orantis ut pareret religioni,ſeruatusq; eſt ex inſperato, ac poſtea quiſque auxilium ſimile tentauit. Ad eundem modum alia permulta innotuerunt auxilia. Sic & ab oraculis multifariam petita medicamenta, ab aliis poſtmodum uſurpata ſunt: quibus poſtremo ſeruatis ac in monumenta redactis in immenſum creuit empirica. Multum adhuc tamen deſiderabatur ut ars eſſet integra, quod cauſæ, quę modũ præceptis adhiberent, nondũ cognoſcerentur,ſed prout quiſq; ſiue expertus ipſe ſemel fuiſſet,ſiue ab alio comprobatum accepiſſet medicamentum,eo citra rationem ullam in morbis ſub-

bis ſubinde uteretur. quæ medendi ratio priſcis hominibus aliquantiſper exculta fuit ſola. Eam Aegyptij à ſe primum profectam eſſe affirmant, quibus id quoq; moris fuit, ut ſingulorum morborum medici eſſent proprij, non multorum ſinguli, alijq; ocularij eſſent, curandis oculis præfecti medici,alij capiti,dentibus alij,aut alui partibus, aut morbis occultis: quod cum uniuerſa medicina ſolis experimentis conſtaret,eaq; infinita eſſent,non omnino tutum eſſe uideretur,ſi uni homini morborum omnium curatio demandata fuiſſet. Apud Græcos adornari primo cœpit diligentius, à quibus uetuſtiſsimus autor celebratur Aeſculapius, qui quòd adhuc rudem & uulgarem hanc artem paulo excoluit ſubtilius,in deorum illorum numerũ relatus eſt. Huic duo filij fuiſſe perhibentur medici,Podalyrius & Machaon, Homerico carmine laudati, qui ducem ad bellum Troianum Agamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus ſuis attulere. Sequentia eius temporis,in nocte denſiſsima latuere uſq; ad Peloponneſiacũ bellum,quando eam in lucem reuocauit Hippocrates, genitus in inſula Coo,omnium, quotquot ante fuere, medicorum facile princeps. Is fuit Heraclidæ Phanereteſq; filius,ab Hercule uigeſimus,ab Aeſculapio decimuſnonus: Heraclidæ primum patris ſui auditor, deinde Herodici, & ut nonnulli uolunt etiam Leontini rhetoris, Democritiq; Abderitani philoſophi, Peloponneſiacis temporibus floruit,natus anno primo octuageſimæ Olympiadis, menſis Agrinæi ſeptimo, qui deinde multo poſt apud Coos,ut Soranus ait,feſtus dies habitus fuit. Hic præcepta medẽdi primus omnium proprijſsime condidit, relictis octoginta uoluminibus,quę non modo herbarum mentione & medicamentorum generis omnis, ſunt referta, ſed & ſigillatim auxiliorum rationem & cauſarum inquiſitionem diligentem habent. cum enim quę à maioribus tradita fuerant,rudiora adhuc,quàm pro artis modo, deprehendiſſet, quod auxiliorum quidem effectus obſeruaſſent, rationem uero quæ certum oſtenderet uſum prorſus ignorarent, eam partem artis illuſtrandam eſſe putauit,& cauſarum inuentionem illi adijciendam, quibus inſtructi,tum quę inuẽta pridem fuiſſent,recte uſurpare,tum exorſi inde,noua prius experimento adinuentis auxilia ſubinde adijcere poſſent. Hippocratem ſecutus eſt Diocles Cariſtius, inde Praxagoras & Chryſippus,qui ingentis garrulitatis arguitur:cuius Eraſiſtratus fuit diſcipulus, Ariſtotelis filia genitus. is Antiocho rege ſanato centum talentis donatus eſt à Ptolemæo eius filio. Ratiocinalis ſectæ antiſtites hi fuere, ut & Herophilus Chalcedonius, Mneſitheus Athenienſis, Aſclepiades Bithinus, & Cienus qui Pruſias quoq; dictus eſt. Hinc alia factio rurſus,ab experimentis Empirice nominata cœpit,ſub Philino Coo, qui primus eam à rationali ſeparauit,occaſione ab Herophilo præceptore ſuo accepta. Cum autem ſuam hæreſim principem eſſe uellent: quo uideretur rationali uetuſtior, Acronẽ Agrigentinum initium illi dediſſe affirmarunt. A Philino Serapion Alexandrinus in ea ſecta floruit,inde Apollonius uterq;, pater & filius, Antiocheni:quos ſecuti Menodotus & Sextus,eam prorſus confirmarunt. Diſſederuntq; ambo inter ſe ſcholæ, nam alij experientiam ſolam affirmarunt arti ſufficere, alij rationem, & proin Logici à Græcis ſunt nominati. Empirica enim,ad aſsidentium ſymptomatum concurſus,quę ęgroto adſunt,reſpicit tantum,& conuenientẽ hiſce curationem obſeruat,idq; nec morbo cognito,nec cauſa inquiſita:contenta eſt autem obſeruatione in accidentibus,per eorum quę admouentur experientiam facta,& hiſtoria prius compertorum utitur: tum à compertis ad incomperta,ſed ſecũdum ſpeciem tamen ſimilia, tranſit. quæ enim ipſimet uſu & experientia in multis & ſæpiſsimè ac ſemper in ijſdem & pari modo experti ſunt,aut quæ caſu quopiam obſeruarunt,eaq; ſemper,ac eodem modo habentia, confidenter uſurpant, non ita curioſe facultates ex eorum qualitatibus diſquirentes. credunt & uetuſtiſsimis qui rerum per experimenta ſibi obſeruatarum hiſtoriam,uti uocant,memoriæ prodiderunt:utũtur etiam à ſimili tranſgreſſu ad ea quæ nondum explorarunt,cũ ſimilia ſpeciei quæ ad manum eſt,apparent,ut malua,blitum,beta,& lapathum:itidem in contrarijs, ut alica & oriza:rurſus in omnibus arborum fructibus,quos Græci acrodria nominant, ut pirum, malum cotoneum. Notant igitur empiricam hæreſim, ad concurſus ſymptomatum nõ ad morbum & cauſas,reſpectus: deinde ex concurſibus, medicaminum congruentium per uſum facta obſeruatio,

Hippocrates eiuſq; tempora, & quæ ſequuntur uſq; ad Galenum

tertio,expertorũ antè hiſtoria,poſtremo,à ſimili trangreſſus. Logici uero ratiocinãtur,& conan
tur morborum cauſas perſcrutari duce ſcientia,& ſignis ad earum inuentionem utuntur: curatio
nem capiunt à contrario,prout cauſæ exigunt. Quatuor ergo ſunt quæ rationalium ſectam obſi
gnant,naturæ inſpectio,cauſarum & ſignorum æſtimatio,& quartum, nempe quod cauſæ ipſis
curationem dictant. Ab utriſq; diſſenſerunt tertij quidam,Methodici dicti, quorum ſectam cœ
pit Themiſon Laodiceus, ab Aſclepiade Rationali occaſiones nactus: abſoluit Theſſalus Tral
lianus,& poſt hos Mnaſeas,Dionyſius, Proclus, Antipater. hi uniuerſalium rationi plurimum
tribuebant,ſingularium experimẽtis minimũ.Methodica nanq; cõmunitatibus adhęret & ſimi
lium ſpeculationi.omnes enim particulares affectus ad generales duos reducũt illi, aſtrictum &
fluentẽ,quas cõmunitates uocãt:cognoſcunt eas ex obortis circa corpus affectionibus, in utroq;
euidenter cõſpicuis,quare notas non deſiderãt.Et in uniuerſum, Methodicorũ ſectam primum
deſignat,ſimiliũ in euidentibus conſideratio, ſed non in latentibus quemadmodũ in ſecta ratio
nali:ſecundũ,quod ex ſimili in euidẽtibus, effectus, auxilia, tẽpora particularia omnia ad genera
lia reducit, attamen non euidentia tantũ Empiricorũ more animaduertunt, ſed & particularibus
nullo generali cognito inſiſtunt:tertiũ eſt ex cõmunitatum indicatione curationẽ accipere,nec cau
ſas ut Rationalibus in uſu eſt,exponere, neq; facta in concurſibus obſeruatione eorum quæ per
experientiam conueniunt,ut ſolent Empirici,contentos eſſe.Neq; uero controuerſia caruit pror
ſus horum ſecta,& in ea de quibuſdam diſſenſere Olympiacus Mileſius,Menemachus Aphro
diſienſis,Soranus Epheſius.Fuerunt & alij, ἐπιπνυθέμενοι quaſi adiuncti, apud Græcos nomina
ti,ut Leonides Alexandrinus:quidam, ἐκλεκτοὶ, id eſt delecti,ut Archigenes, Apameus Syrus.
Galenus Poſt hos omnes tandem Galenus ſecutus eſt,interpres Hippocratis doctiſsimus.is in harum ſe
ctarum ſingulis ita uerſatus,ut ſummis cuiuſq; magiſtris par eſſe poſſet facile, primus patefacere
cœpit,quid in quauis earum rectè,& quid perperam à ſuis autoribus affirmaretur, ab experien
tia uero ac ſenſu ut in reliqua philoſophia tota, ita hic quoq; artis principium ſumendum eſſe o
ſtendit,inde ad cauſarum inquiſitionẽ pergendum,à quibus deinde cauſis rurſus ad experimen
tum redeundum eſſe:quòd ſenſus ut eſt apertus rerum iudex,& inquiſitioni de natura ordiendę
maximè idoneus,ita confirmationem certiſsimam præbeat eorum quę ratione ſuerunt adinuen
ta.Proinde ſiue è ſenſu ipſo,ad inquiſitionem cauſarum perrexerimus,hinc ad empiręam ac ſen
ſum redeuntes,facile cognoſcemus an cauſam uere deprehenderimus: ſiue à ratione principium
ſtatuẽtes,aliquid uideamur inueniſſe, mox conſulentes ſenſum ritè intelligemus,ne falſa ratione
decepti ſimus,quatenus is,quod uera dictarit ratio,cõfirmabit omnino. Adeoq; negligenda hic
non eſt confirmatio rerum,quæ ab effectorum conſenſu ſumitur,ut & Mathematica ipſa,quan
quam ualidiſsimis rationibus fulciantur,ubi tamen ſenſu quoq; confirmata fuerint, maiorem fi
dem ſortiantur. Sic &ſi quæ de magnitudine ſolis ac lunæ inuenta ratione ac demonſtrata ſunt
iſs credamus:tamen cum à ſenſibilibus multis aliis, quæ geometricæ docent rationes,& ab eclip
ſibus ſingularibus confirmata fuerint,fidem tum adhibemus multo maiorem. quanto igitur ma
gis,quæ ex medica diſciplina uniuerſaliter ſunt inuenta, ſingularium probationibus ſtabilienda
ſunt. Quanquam igitur autument Empirici,uniuerſalium conſtitutionis principia ſola eſſe ſingu
laria,affirmantes ea tantum uera præcepta eſſe, quæ per experientiam conſtituta fuerunt: longe
ſecus tamen res ſeſe habet, cum innumera præcepta ratione primum inuenta conſtitutaq; fuiſſe
appareat.Sic mutuo ſeſe iuuant Empiręa & ratio, quatenus hæc illius uſum proprium indicat,il
la uero rationẽ confirmat certioremq; reddit.neq; igitur ſola ratio ad artem firmandam eſt ſuffi
ciens,neq; Empęrea ſola,ſed utroq; tanquam crure fulcitam ingredi oportet.Recte tamẽ aiunt
Empirici,à ſingularium notione,uniuerſalium conſtitutionem principium duxiſſe,& experimen
tum præceſſiſſe rationem,quatenus ab eo initiũ fuit cauſas inquirentibus, καὶ γὰρ τὸ καθόλου εὑρη
κόσι. Quapropter prior fuit Empiręa quàm ratio: cũ enim in immenſum aucta fuiſſet illa, tum
primum altiorem inquiſitionem aggreſsi ſunt priſcæ artis cultores. Id ipſum in cæteris quoq; ar
tibus pleriſq; uſu uenit.Longe antea cognitum fuerat, ſolis lumen ac lunæ obſcurari quandoq;

ignora

ignorabatur cauſa, quæ miſeras hominum mentes timore abſolueret, in defectibus ſtellarum,
ſcelera aut mortem ſiderum,pauentium: quo in metu Steſichori & Pindari uatum ſublimia ora,
deliquio Solis fuiſſe refert hiſtoria:& in luna ueneficia arguẽtium,& idcirco crepitu diſſono auxi
liantium.quo pauore Nicias Athenienſium imperator, ueritus claſſem è portu educere, opes eo
rum magnopere afflixit. Hic error eouſq; tenuit priſcorum animos,donec cauſæ horum Thale
tis Mileſij ſagacitate deprehenſæ,primum promulgarentur,prædicto Solis defectu, qui ſub A
ſtiage rege factus eſt, Olympiadis quadrageſimæ octauæ anno quarto. Poſt quem utriuſq;
ſideris curſum in annos ſexcentos præcinuit Hipparchus,menſes gentium dieſq; ac horas,& ſi
tus locorum, & uicos populorum complexus haud aliter quàm conſiliorum naturæ particeps.
Eodem modo priſcis hominibus,medicamentorum euentus ſolum cognoſcebatur, cætera igno
rabantur.Tale autem initium fuit artis,quam Galenus poſtremum à prioribus ita cœptam,dein
de in diuerſas ſectas diuulſam,ſic inſtruxit,ut id quod quiſq; recte docuiſſet, nõ aſpernaretur,re
liqua confutaret,& ſua propria potentibus argumentis ualide roboraret.In uniuerſum uero,artẽ
totam clariſsimis præceptis appoſitiſsimè expoſuit,& aduerſus illos tot ſectarũ homines copioſe
inſtruxit,reuocãs ſcilicet longè ante ab Hippocrate inſtitutã medendi rationẽ,at poſtea pluſquã
ſexcentos annos aut ſepultam iterum,aut certe à perpaucis rectè tractatam.

Natus eſt autem Galenus in Pergamo Aſiæ ciuitate inſigni, quæ in locis illis principatum *Galeni uita*
obtinẽs,ſub Attalicis regibus diu fuit fortunata:patrem habuit Niconem, geometram & archi- *Parentes*
tectum diuitem, & in primis diſciplinis eruditum, naturaq; ipſa ad philoſophiam diſpoſitum,
ſed in mathematico genere ſummè uerſatũ. Sic enim ipſe de eo ſcribit, libro De pulſuum uſu ſe
cundo:Patrem habui,qui adamuſsim teneret græcã linguam,eſſetq; doctor & pędagogus græ
cus,in his altus ſum uocabulis, neſcio tua. & in libello De cibis ſucci boni & mali ait: pater meus
geometriæ,architectonicæ, aſtronomiæ, arithmeticæ,logices ſtudijs plurimum ualuit. Conſtat
eum uirum excellente natura præditum,maximęq; omnibus,quibus erat notus,ob ipſius iuſtiti
am,modeſtiam,bonitatemq; fuiſſe admirationi. Matrem habuit paulo moroſiorẽ, ſed magna
honeſtate mulierem,& officiorum ſuorum in primis ſolicitam.Senem factum patrem agricultu
ræ magnum ſtudium cepit, uelut ipſemet ſcribit in libro De cibis boni & mali ſucci: Vbi adole
ſcentiam ingreſſus ſum,ille in agrum rei ruſticæ ſtudioſus conceſsit,ego uero doctrinæ ſtudijs ar
dentius quàm cæteri condiſcipuli,die noctuq; operam dabam.Et libro primo De alimentorum
facultatibus:porrò pater meus ætate iam declinante cum agricultura delectaretur, triticũ & hor
deum aliquando ſeminauit,omnibus diuerſi generis ſeminibus quæ ipſis erant admixta,diligen
ter ſelectis,quo certo cognoſceret,num ex ipſorum mutatione lolium & ægilops naſcerentur, an
propriam hæc quoq; ſemina naturam haberent. Vita functus eſt, natu, ut uidetur, iam grandi
or,priuſquam omnino annum uiceſimum Galenus attigiſſet:prius tamen magna cura habita,ut
filium in primis diſciplinis omnibus exactiſsimè erudiret,ac ſi iam tum mente proſpiceret, quod
poſtea oraculo deorum ſignificatum illi manifeſte fuit. Inſtitutio prima ad annum fuit uſq; quin *Inſtitutio*
tum & decimum,intra quod tempus ſub patre inſtitutus,arithmetica,logica, grammaticaq; eru *prima*
ditus fuit. in his diſciplinis humanioribus uſq; ad eum ætatis annũ enutritus, ad dialecticam in
de contemplationẽ,ut ſoli deinceps philoſophiæ uacaret,ab illo perductus eſt. Eo tempore phi *Præceptores,*
loſophos audire cœpit, ciues ſuos: è quibus Philopatoris Stoici diſcipulum quendam ſatis diu. *philoſophi*
Caium aũt qui diſciplinam Platonicam complexus fuerat,cum is ocio à ciuibus ſuis priuaretur &
ad negocia ciuitatis traheretur, per aliquod ſolum tempus (unus enim is putabatur in ciuitate &
iuſtus,& qui nullis pecunijs uinceretur:omnibus præterea facilis aditu & manſuetus.) Eodem ue
ro tempore alius quidam è ciuibus poſt longam peregrinationem domum redijt, Aſpaſij Peri
patetici diſcipulus:& poſt hunc alius ab Athenis, Epicureus. quorũ omniũ filij cauſa & uitam &
diſciplinam explorabat pater,una cum eo ad illos aſsidue uentitans. Apparet non lucri aut ambi
tionis gratia, ad ſtudia literarum à parente deſtinatum fuiſſe, ſed ut animo primis diſciplinis in
ſtructo prius ac præparato, amabili ſtudio ſapientiæ deditus,reliquam ætatem tranquillam du

ceret. Nam in id repertam fuisse philosophiam affirmant, cũ turbulenta sit actiua uita, ut ad contemplationis studium prudentes homines sese conferrent. Sed aliud uisum erat diuino consilio, meditabatur nanq; summus pater uirum eximium, qui arti hominum generi in primis necessariæ naturaq; sua longe saluberrimæ, sed tum à prisca integritate labefactatæ, & hominũ pertinacia ignorantiaq; propemodum collapsæ & omnino periculosissimæ, manus adhiberet instauratrices. Annum agebat decimumseptimũ, quando patris euidenti insomnio monitus medicinam est aggressus, cum philosophia illam cõiungens: in qua utraq; ita dein uersatus est, ut facile cuiuis apparere posset, non fictitium istud parentis insomniũ fuisse, quin opus aliquod supra reliquam naturę conditionem, non ita multo post ab eo uiro expectandum esse. Quid enim ait ille? Fœlicitatem meam, inquit, quam beneficio paterno habueram, quamuis ego maiorem adhuc redderem, quod citius melius q; reliquis omnibus quæcunq; docebar ediscerem, nisi tamen per uniuersam adeo uitam, in illis medicinæ philosophiæq; theorematibus me diligenter exercuissem, nihil præclarum excellensq; consequuturus eram. quapropter mirum non est, in tanta hominum multitudine, qui in medica & philosophica exercitatione studioq; uersantur, inueniri tam paucos, qui recte in illis profecerũt: aut enim natura parum ad eas sunt appositi, aut non ut conueniebat instituti sunt, aut studijs fideliter sedulo q; insti terunt, sed ob rempublicam capessendam discessere. Promouerunt & auxere hunc feruorem cætera quoq;, quibus adminiculis ad res magnas aggrediendas perficiendasq; magnopere est opus, cum & singulari esset ob patris liberalitatem eruditione, & ætate ad discendum idonea, & impensas unde disciplinis uacaret suppeditatas haberet, cum cæteros, qui ea nõ habent, ijs quæ norunt qualiacũq; ea sint, contentos esse oporteat, & ut sapientissimus ait Aristoteles, fieri nequeat, quibus res est angusta domi, quæ pulchra & magna sunt, fœliciter aggredi ac perficere possint. His itaq; rebus omnibus adiutum, minus admirabile est, eo usq; tandem in arte progressum fuisse, ut sectæ cuiusuis, quæ tum per artẽ ipsam uariæ fuerũt, ipsis quoq; principibus par esse posset, uelut ipsemet ait: Ego uero, inquiens, re ipsa & publice & priuatim, apud eos uidelicet qui sectam quamlibet à me discere cupiebant, ostendi, in omnium sectarum scientia, ne maius quicquam dixero, me esse post habendum nemini. quod si uni sectarum patrocinium ferre uelim, ita in promptu sunt mihi rationes, ut non uerear ne quis me conuincat. non enim, ut nonnulli faciunt, è libris eas didici, sed præstantissimis in quaq; secta præceptoribus usus sum. Et admiratione tamen dignum esset, uni homini tot commoda obtigisse, nisi dij suis consilijs istud ita cœptum & perfectum fuisse, euidenter declarassent. Mentis eius acrimonia statim innotescere, non multo post cœptum scilicet medicinæ studium, & sophistis artem labefactantibus formidabilis esse cœpit. Nam dum annum ageret decimum nonum, præceptori sese tradens, ex Athenæi sectatoribus cuipiam, illius de elementis sententiã discere cupiens, ubi mox cognouisset eius in logica contemplatione imperitiam, sine qua tamen nullum dogma rectè constituere liceret, & intellecta Athenæi cum sese ipso dissidentia, eo relicto alios sequi constituit. Præceptores inde habuit, primo Satyrum, secundo Pelopem apud Smyrnam. Fuit ille discipulus Quinti, cuius sæpe meminit Galenus: Pelops autem, Numesiani qui & ipse Quinti celeberrimus auditor extiterat, uelut in libro De natura humana testatur ipse. Libro uero de atra bile ait, cum ab adolescentulo apud Pelopem præceptorẽ utriusq; bilis atrę naturã didicissem, tum eas per totam uitã ad id usq; tẽporis obseruassem, semper exactè bilis atræ humorẽ letaliter excerni, nigrorum autem euacuationẽ non infrequẽter bonis auspicijs fieri conspexi. Libro De Anatomicis administrationibus idem confirmat, eos inter Quinti & Numesiani discipulos præstantissimos extitisse affirmans. Post hos Numesiano Corinthi dedit operam. Vsus est quoq; Feciano præceptore, qui & ipse Quinti discipulus, cum eo diu uixerat, ut & Satyrus: cuius rei meminit in Commentario primo libri De morbis uulgaribus tertij, ad finem eius, quo loco taxat Lycum, cui cum ne unius quidem anni cum Quinto consuetudo fuisset, sententias tamen de arte quasdam, falso ascribere illi fuit ausus. Sed & Pergami Stratonicũ, Sabini Hippocratici discipulum, præceptorem habuit, quod in libello De atra bile testatus est, Smyrnæ uero Albinum Platonicum

Patris insomnium

Disputatio cũ Athenæi secta tore habita

Præceptores medici

tonicum. Et hos quidem artis habuit præceptores. Primum autem quũ omnes mortales in quacunq; disceptatione & sua se demonstraturos & aliorum dogmata confutaturos, promittere solitos animaduertisset, nihil prius neq; studiosius discendũ sibi demõstratiua theoria duxit. Quare mox philosophos (nã illos docere eam audiebat, & si ulla alia logicæ philosophię pars, hãc demonstrationũ quarum desideriũ alijs se implere posse profitebantur, esse iterum atq; iterum obseruandã, tradere) rogabat, quę nam esset methodus, quam edoctus aliquis, tum alterius disputationes apodeicticas exactè cognoscere, utrum ueræ sint illæ uel in speciem quidem, instar adulterinorum nummorum, apparentes, sed ad ueritatem collatæ, prauæ: tum ipse uia quadam insistens, circa quodcq; eorum quæ inuestigari solent, ad inuentionem eius peruenire posset. Ob hæc autem cum deinceps se & Stoicorum & Peripateticorum ijs temporibus celeberrimis mancipasset, discebat quidem logicorum theorematum alia multa, sed quæ postea considerans, inutilia prorsus ad apodeixeis inueniret. Videbat enim inter illas, paucissimas esse quæstiones, quę utilitatẽ aliquã continerent, & ad potiundũ proposito scopo cõferre possent, quin cõtrouersa ab illis pleraq;, nonnulla etiam naturali rationi pugnantia reperiebat. Quare ad Pyrrhoniorum ferè per præceptores hæsitantiam & ipse recidisset, nisi Arithmeticæ, Geometriæ, Dialecticęq; cognitione, quibus ab auo etiã proauoq; desumptis, à parente iam ab initio institutus fuerat, retentus esset. Cum uero reputaret secum, manifestè ueras esse Eclipsium prædictiones, Horologiorum clepsydrarumq; instrumenta, quæq; alia iuxta Architectonicen inueniuntur, satius arbitrabatur typorum Geometricorum demonstratione uti: maximè cum eos etiam philosophos qui Dialectices callentissimi habebantur, non inter se solum sed sibi quoque ipsis discordare uideret: quanquam ex equo omnes has Geometricas apodeixeis commendarent. Vnde plenius cognouit ab illorum dictis abstinendum esse, sequendos uero characteres illos & lineares ostensiones, quas deinde secutus, illam De demonstratione operosissimam tractationem instituit, qua postea ad inuentionem ueritatis in arte quauis probe instructus, medicinæ totius methodicam constitutionem quandam animo meditari cœpit. Præceptorum suorum, quamuis amantissimus semper foret, noluit tamen addictior cuiquam esse, quam ueritatis studiosior. Pelopis rationem, qua uasorum originem cerebrum esse affirmabat, cum adulescentulus adhuc audiuisset, neq; tum ex tempore admittere, neq; post re considerata approbare sustinuit. Quemadmodum neq; Quinti uocem tulit, qualitatum primarum appellationes balneatorum nomina uocitantis, urinas nosse, ad pictores pertinere dictitantis, & alia eiusdem uiri: quanquam tanti illum faceret semper, ut Corinthum, Numesiani gratia peteret, quod discipulus fuisset eius, & Alexandriã quoq; adiret aliaq; loca permulta, ubi esse aliquem discipulum Quinti intellexisset. Familiares habuit medicos præstantiss. & philosophos quosq;, Alexandriæ quidem, Heraclianum, Romæ permultos, ueluti ex ea narratione mox patebit. Ex Alexandria annos octo & uiginti natus, in patriã rediens, omnia quæ cognouerat pharmaca amicis medicis dedit, ut ea per experientiã confirmaret quæ ab alijs didicerat, quemadmodũ libro tertio Pharmacorũ, secundũ genera testatur. Visumq; erat ciuitatis eius pontifici, gladiatorum curationem soli tradere, quam uis iuueni adhuc, uigesimum nonum enim annum primum attingebat. Cum autem prioribus medicis multi antea perissent, illi ne unus quidem siue è neruorum siue uulnere alio mortuus unquam est. Alter itaq; Pontifex priori succedens, similiter & ipse à septem mensium spacio gladiatorum curationem fidei credidit ipsius. Nam primus autumnali solstitio, alter uigẽte uere pontificatum gessit. Post quem iterum ab eo seruatis omnibus, quartus & quintus pari modo gladiatores curandos illi tradiderunt. Cæterũ non diu in patria commoratus, orta isthic seditione Romam iter contendit, ubi plurimorum amicitiam & prestantium uirorum, statim habuit, uelut Eudemi Peripatetici, & Alexandri Damasceni, qui dein Athenis publica peripateticæ disciplinę professione dignabatur, Sergij Pauli consularis, & non multo post prætoris urbani, tum rebus tum disciplinis philosophicis per omnia præcipui uiri: Boethi insuper hominis singularis, cui permultas consectiones ostendere deinde solitus fuit, præsentibus ei semper quos nunc memorauimus:

Aduersus præceptores studium

Alexandriã, profectio

Familiares

Reditus in patriam

Gladiatorum curationi præficitur solus

Romam profectio

Amici, Romæ statim nacti

eodem

Galenus, primum philosophiæ tãtũ gnarus, medicinã obiter de gustasse existimatus

eodem tempore administrationum Anatomicarũ libros primũ adornauit. Eudemo, uti cæteris quoq; philosophiæ solum peritus esse initio uidebatur, medicinãq; in transcursu tantum attigisse: necq; enim nouerat ille patri per euidens somniũ fuisse iniunctum, ut medicina quoq; instrueretur, non tanquam in transcursu attingenda scientia: donec cognouisset, ut non uerbis tantum de ægrotis ratiocinaretur, sed & prædiceret quid ipsis euenturum esset, & quid opus esset facto ut sanarentur, libere commonstraret, in primis uero, ubi laboranti assistens, cæteris cum medicis deplorantibus seruasset solus. Quæ res illi inter principes Romanos existimationem artis uehementer auxit. nam Eudemum, tantisper dum morbo decumberet, accedebant Sergius & Paulus, qui non multo post urbanus prętor est creatus, item Flauius uir consularis & ipse, qui Aristotelicæ philosophiæ dederat operam, ut & Paulus, quibus Galeni de morbo factas prædictiones enarrabat Eudemus: sic alijs quoq; se accedentibus, (erant autem omnes ferme quotquot dignitate & eruditione in urbe præstabant) inter eos & Boethus fuit, qui cum audisset in dissecandis corporibus peritum, agere cum eo cœpit, ut de uoce quæpiam deq; respiratione sibi cõmonstraret: itidem Paulus deinde à Boetho admonitus, & Barbarus similiter imperatoris Lucij auunculus, qui in Mesopotamiam expeditionem susceperat, affectare cœperunt, postremo quoq; Seuerus, qui tum consul erat & Aristotelicæ disciplinæ operam dederat. Dissectionem coram illis habitam, mox exponam, ubi Eudemi historiam prius explicauero. Tempus erat initium hyemis, ipse natu grandis, morbus initio quartana simplex, eam cum medici per imperitiam, intempestiuo usu theriacæ, prædicente id ipsum quoq; Galeno, primo duplam inde triplam fecissent, desperatum à se tandem, in lecto iacentem hyeme iam ferè media destituerunt. Eum Galenus eadem theriaca, sed suo tempore exhibita, ita persanauit, ut subinde prædiceret, quo die è tribus febribus una quęq; abitura esset, cæteris medicis primum impense ridẽtibus, quod senem annum sexagesimum tertium agentem, hyeme media tribus quartanis afflictatũ, liberatum iri promitteret. Ea res passim per urbem innotescens summam illi artis commendationem attulit, Eudemo non iam ut antea consueuerat, summisse loquente & uerente quæ à Galeno audisset coram medicis exponere, sed ad eos omnes qui accedebant amicos, alta uoce clamabat, uaticinari Pythium Apollinem ægrotantibus uoluisse per os Galeni, & quibus remedijs ad sanitatem reuocari & qua die perfectè liberari deberent. Hæc simulatq; in uulgus exiere quicunq; medicinæ expertes Romæ tum erant, commune bonum sibi aduenisse credentes lætabantur omnes.

Operũ artis, quibus Galenus, inter Romanos principes primũ innotuit, deinceps facta narratio

Eudemi curatio

Aemuli facti Galeno

Ἀμύητα πρεσβύτερα ἀγαμέμνονι ἤνυσλαν θυμῷ. Martianus, cuius existimatio in dissectionibus eo tempore maxima erat, & qui unus è Quinti discipulis, & cum Marino uersatus fuerat Antigenes, ac inter medicos primum locum tenere credebatur, quod potẽtiores omnes medicaretur, hi palàm eum odisse & insectari cœperunt, quamuis ille amicum se esse testatus antea fuisset. Sic uirtus æmulos habet suos semper, & ut fulmina summos montes nunquam non ferire, ita inuidia summa petere semper assolet. Auxit eam improborum inuidiam quod dum alij potationibus & indoctorum diuitum fauoribus ambiendis sese occuparent, ipse indefesso studio & magnis uigilijs non pauca in arte subinde reperiret, prioribus usq; dum incognita: aut nõ ignorata quidẽ, sed perperam tamen intellecta usurpataq;, indies emendaret ac discere cupientibus libere proponeret, uerentibus istis ne quam autoritatem imposturis & per ignorantiam plebeiorum eatenus retinuissent, palam facta eorum insciția, rursus amitterent. Accedebãt frequẽtes congressus, quibus rationem reddere sigillatim promptus erat eorum quæ in arte immutasse non recte aut perperam adiecisse quibusdam uideretur. Agebantur ea omnia in publico, in templo Pacis, in quem locum congregari quotidie solebant quicunq; artibus logicisediti erant. Mos autem eius temporis fuit, ut aliquis quotidie palàm ad quæstiones publicas responsa daret. Hic primum de sanguinis missione contra Erasistrateos orta lis est. Cum aũt peroraret aliquando in ueterum medicorum libros publice, proposuissetq; sibi librũ Erasistrati De sanguinis eductione, graphio tum, ut moris erat, in eam quęstionem incumbente, citanteq; libri partem qua phlebotomiam reijcit, uehementius in illum dixit. Accendebatur hisce Martialis, Erasistrateus esse uolens, pridem Galeno

leno iniquus, posteaquam scilicet audisset, quæ anatomicam materiam docente, publicè dicta ab eo, & proposita fuissent, ab omnibus qui ea essent assecuti summis extolli laudibus: quod ipsius etiam duo libri extabant qui eo tempore magnopere probabantur. Erat autem uir ille sanè inuidus contentiosusq; in primis, quanquã annos iam ultra septuaginta natus esset. Iuuenis etiamnum erat cum hæc faceret Galenus annũ agens tricesimum quartũ. Verum nõ multo post & docere publicè & mõstrare desijt, quod ęgrotorum curatio fœlicius q̃ optasset, succederet. Cum enim tot ęmulos uideret, qui, si quis medicus laudaretur alius, inuiderent, Logiatron illum esse clamantes: ut inuidam istorum linguam declinaret, deinceps nec apud eos quos curabat, plusquam necesse erat, profabatur, nec in congressu, uelut antea, docebat aut ostentabat quicquam, ipsis de cætero factis, qualem in arte facultatem consequutus esset declaraturus. Tribus uero præterea annis Romæ uersatus, ingruente magna peste, confestim ex urbe in patriam properauit, postquam audisset seditionem ob quam è patria discesserat, iam desijsse. Verum nos quàm in patriam eum comitemur, alia ipsius opera quædam persequamur prius. Ad iuuenẽ accedo cui statim primo die quo febrire cœpit accersitus prædixit, quartanæ febris insultum esse, & in curationẽ susceptum persanauit, morbi solutionẽ sicut in Eudemo fecerat, præfatus. Accitus itidem à Posthumo, familiarẽ Charilampi cubicularij neruorum uulnere laborantẽ curauit, quem nemo medicorum qui imperatoris aulam frequentabant, ad sanitatem reuocare potuerat. Post hunc Demadem rhetorem, cuius morbum celebres quicq; aulæ medici non modo non agnouerant, sed & a/lijs quàm conuenirent remedijs curare nitebantur, sanauit prorsus, cum intra paucos dies exacte prænosset ægritudinẽ è diuturnis unam esse. Aestas deinde subsecuta cum aduentasset, & in Romanis principibus prædictiones & curas magna laude peregisset, admirabilis de ipso apud omnes opinio fuit, nomenq; eius in dies celebrius est effectum, creuitq; simul gloria, & istorum inuidia qui se Romæ aliquid esse opinabantur: eiq; perinde atq; omni ex parte superati detrahebãt, hucq; & illuc per urbem uentitantes uaria diuulgabant: alius casu illum quempiam sanasse, periculosoq; admodum curationis genere uti, alius diuinatrice peritia non arte medica quid in morbis futurum esset prædicere. Incidit postmodum altercatio illi cum Stoicis & peripateticis, à Boetho conuocatis, & id quod in Iusti uxore contigit, quam nulla corporis offensa tabescentem, non solum amare, sed etiam quem amaret deprehendit. Congressus cum philosophis tale initium habuit. Flauius Boethus uir consularis, cum & elegans & studiosus uir esset, Alexandro Damasceno præceptore utebatur, qui licet Platonis etiam philosophiam sciret, in Aristotelem tamen erat propensior. is postquam à Galeno obtinuisset, ut dissectione facta doceret quibus membris uox & respiratio fiat, hædos & porcos ad id negotium quamplurimos habuit, uti à Galeno scilicet monitus fuerat, aptiora esse animalia quę uocem magnã ędunt hisce quę paruã emittunt, ad exhibendas demonstratiuas sumptiones, è quibus propositæ quæstionis fides astrueretur. Aderant futuræ per dissectionẽ ostensioni cum alij plures, tum Adrianus rhetor, qui nondum publicè docere cœperat, sed adhuc cum Boetho uersabatur, item Demetrius Alexandrinus qui Phauorino socius fuerat & singulis diebus publicè de quacunq; re proposita disceptabat, quo modo & Phauorinus consueuerat hic antequam dissecare inciperet Galenus, cum dixisset solum se quæ ex dissectionibus aspici possent ostensurum, quæ uero ex ipsis conficerentur, non se tantum sed alios quoq; sperare, doctorem Alexandrum collecturum esse: alij quidem omnes ea uerba ceu mitia exceperunt: qui uero Alexandrum honorabant, absq; concertatione quoq; uniuersam rei de qua dubitabatur naturam excutere, ipsum hortabantur: agnoscebant enim omnes Alexandrum præ omnibus hoc uitio laborãtem, uti tum apertè significauit. promittente nãq; Galeno se neruos quosdam ostensurum minutos, & capillorum instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculis gutturis immissos, quibus uel laqueo interceptis uel cultro abscisis, uocis impotens animal redderetur, nihil alioqui quin & cætera peragat imperditum: Alexander interpellans antequam aggressus id ostenderet. si prius inquit tibi concessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. tum ille hæc audiẽs, relictis omnibus abijt, hoc unũ subijciens

Quartanæ aggressio primo die & persanatio

Charilãpi Cubicularij, famẽliaris, curatio

Demades Rhetor curatus

Aemulorum calumniæ

Cum Alexandro habita cõcertatio

ſubĩciens,quàm ſe ſua fefelliſſet opinio,non enim ad rudes Pyrrhonios uenturum putaſſe.ut au
tem abiiſſet, cæteri omnes Alexandrum damnabant: Adrianus aũt & Demetrius,qui Alexan
dro ſemper in diſceptationibus infenſi erant, opportunam admodum increpandi eum occaſio
nem habuerunt. hæc ad aures aliorum quoq; eruditorum peruenere quotquot in urbe Roma
na tũ erant. uehementerq; eſt ab omnibus Alexander reprehenſus: decreuerũtq; Seuerus, Pau
lus, & Barbarus, ut ſe præſentibus diſſectionem hanc Galenus faceret, conuocatis omnibus &
medicis & philoſophis,qui nomen aliquod haberent. Cum itaq; diebus multis conueniſſent, &
ille nec inſpirationem dilatato,nec expirationem cõſtricto pectore fieri monſtraſſet,muſculoſq;
oſtendiſſet à quibus pectus extenditur,& præterea neruos qui ad muſculos perueniunt, à dorſi
medulla naſci: utq; ſine ui foras ſpiritus egrediens abſq; ſtrepitu expirationem committat, uio
lenter autem exiens eam expirationem faciat, quæ & cum ſonitu fit & exufflatio nominatur: eo
demq; modo cęteris conſequẽter oſtenſis, & omnibus quotquot inter demonſtrandum illi con
tradicebant redargutis,rogauit eum Boethus ut harum rerum copiam ſibi faceret: quibus poſt
modum uulgatis contradicere auſus eſt nemo,quamuis id multi tum deliberaſſent, quo tantum
ut eſt ueriſimile,contradixiſſe illi dicerentur. nemo enim unquã ſcripta ſua eruditorũ hominum
Amantis dignotio iudicio ſubĩcere uoluit:atq; de his ſatis.Reſtat, ut id, quo pacto mulieris amorem deprehẽderit
deinde ſubĩciamus. Vocatus ut inſpiceret fœminam, noctu uigilantem, & ex una iacendi figura
in aliam crebrò ſe transferentem, ut ipſam ſine febre reperit,percunctatus eſt quæcũq; ſigillatim
illi contigiſſe poterant,ob quæ uigilias euenire ſciunt.illa uix & interdum nihil reſpondebat, per
inde atq; fruſtra ſe interrogari ſignificaret: demum auerſa,ſtragulis adductis ſe totam operuit,&
uelo paruo ſupra caput adducto in morem eorum qui dormire uolunt cubare cœpit. id uidens
diſceſsit, duorum alterum ſecum colligens, uel atræ bilis uitio mulierem animi deiectionem pati,
uel rei quam fateri nollet mœſtitia laborare.quamobrẽ poſtero die cuncta diligentius obſeruare
propoſuit. cum itaq; acceſſiſſet, ex ancilla quæ ipſi aſſiſtebat,comperit fieri non poſſe, ut tunc æ
gram dominam uiſeret.abiit igitur. & deinde rediẽs,ut idem denuo comperit,tertio reuerſus eſt:
ſed & tum ancilla renunciante ut recederet(nolle enim tunc heram uexari, nam ſimulatq; ſecun
do receſſiſſet abluiſſe ſe illam,& ſolitum cibum ſumpſiſſe) diſceſſit, & ſequenti die rediens, ſolus
cum ancilla uariis de rebus diu collocutus, apertè mœſtitia quapiam dominam laborare cogno
uit,quam caſu poſtea reperit: quo modo Eraſiſtrato quoq; contigiſſe par eſt,cum ægrotantis iu
uenis amorẽ deprehẽderet. cũ enim iã noſſet nulla corporis parte mulierẽ afflictari, uerũ animi
moleſtia tantum quapiam perturbari,cõtigit ut quo tempore fœminã inſpiceret, id ipſum quod
eſſe ſuſpicabatur ei cõfirmaretur.nam quidam è theatro cum ueniſſet, narraſſetq; ſe Pyladem ſal
tantem conſpexiſſe,ſtatim mulieris uultus & faciei color immutatus eſt. quo uiſo Galenus, bra
chio manum admouens,pulſum ſubitò uariis modis agitatum inuenit,id quod animi perturba
ti eſt indicium:nam & qui de re aliqua certant,talem pulſum habere ſolent. quocirca ſequenti die
cuipiam ex iis qui eum ſequebantur præcepit,ut cum ad mulierem ueniſſent,paulopoſt ſubſeque
retur,& nunciaret Morphum eo die ſaltaſſe. quo facto, nullam in pulſu mutationem deprehen
dit. ſequenti die quoq; cum iuſſiſſet ut nunciaretur, hiſtrionem qui è tribus reliquus erat,ſaltaſſe,
ſimiliter pulſus non ſe mutauit.quarto die cum ad multã noctem de induſtria expectaſſet, poſt
quã eſſet renunciatũ Pyladem ſaltaſſe, diligẽter pulſum adnotauit uariis modis ſubſultaſſe:atq;
ita mulierem Pyladis amore captam deprehendit: quod ſecutis etiam diebus attentius obſerua
Atrienſis ſerui cuiuſpiã, è mœſticia labo rãtis, agnitio tum,opinionẽ eam adhuc magis confirmauit. Adhunc modum & alterius cuiuſpiam diuitis ſer
uus atriẽſis cognitus ei eſt ſimili morbo laborare:nam cum mœſtitia afficeretur, quod rationem
pecuniarum quas adminiſtrauerat redditurus eſſet,& ſummæ non parum deeſſe ſciret, præ mœ
rore uigilabat, animumq; deſpondens tabeſcebat. prius itaq; illius domino ſenem ſeruum nul
lo corporis morbo laborare aſſeruit, deinde ut animaduerteret monuit, atrienſem propterea ti
mere,quia rationẽ eorum quæ adminiſtrarat,expoſtulaturus eſſet,triſtitiaq; idcirco angi,ſcientẽ
haud parum deeſſe. ut igitur bene illud coniectaſſe dominus reſpondit, notitiæ maioris gratia
conſu

conſuluit,ut atrienſi diceret ſe id tantum argenti quod haberet repetiſſe,ne commiſſa alteri ſeruo,
quem nondum expertus eſſet,domeſtica gubernatione, hic inexpectata morte periret, quando
rationes amplius ab eo expoſcere nõ liceret.quo facto,credens adminiſtrarionis ſuæ rationes nõ
redditurum, atq; idcirco triſtitia animo depoſita priſtinum corporis habitum tertio die recepit.
Horum operum nullo inferius eſt minorẽ ue induſtriam artis habuit, quod ipſum quoq; in pri
ma profectione Romam,contigit illi, ob quod magnopere admiratus eum eſt Glauco philoſo
phus:fuit autẽ huiuſmodi quædam dignotio.Per uiam occurrens illi Glauco,opportune,inquit, *Hepatici agnitio*
aduenisti,iungensq; dextram dextræ,proximi ſumus,inquit,laboranti quẽ nuper uidi,oro itaq;
ut unà mecum ad ipſum uenias.eſt autem Siculus medicus,quem non ita pridem mecum ambu
lantem uidiſti. Hic Galenus,quid,inquit,moleſtat ipſum? tum ille & copioſe admodum, & aper
te id declarare eſt aggreſſus:quoniam heri,inquit,& Gorgias & Apellas mihi nunciauerunt, no
tiones præſagiaq; ædidiſſe te,quæ ad diuinationem potius quàm ad medicinam pertinere uide
bantur:cupio periculum facere,non adeo ut tuam experiar doctrinam, quàm ut ſciam num tan
ta ſit in arte medica tum cognoſcendi tum præſagiendi facultas. interim dum loquuntur, ueni
unt ad laborantis hoſtium.itaq; in primo ſtatim aditu obuiam uenit quidam,peluim à cubiculo
efferens,continentem tenuem cruoris ſaniem,carnium nuper mactatarum ablutioni haud abſi
milem, euidens affecti iecinoris indicium: qua uixdum inſpecta, unà ad medicum ægrotantem
ingrediuntur. apprehendit itaq; Galenus manum in carpo, ut intelligeret utrum inflammatio,
an imbecillitas ſola eſſet in uiſcere.quia uero(ut diximus)medicus erat,nuper, inquit,à deiectione
decubui,itaq; perpende arterias ob id quod ſurrexeram, crebrius pulſare. quæ cum dixiſſet ille,
inuenit Galenus inflammationis indicium, proſpiciensq; ad feneſtram, hyſſopum ex aqua mul
ſa decoctum,in illa conſiderauit:proinde cogitauit, medico pleureſis ſuſpitionem obortam, dolo
re uidelicet nothas coſtas infeſtãte, qualis iecinoris quoq; inflammationibus accidere quandoq;
cõſueuit.hunc itaq; cum ſentiret,eſſetq; ſpiratio & parua & crebra,atq; exigua tuſsi infeſtaretur,
pleuriticum ſe eſſe exiſtimabat, quamobrem hyſſopum quoq; ex aqua mulſa præparauerat. in
telligens itaq; Galenus, quòd fortuna uiam ei præberet, qua apud Glauconem clarum nomen
arti compararet,manum ægroti ad nothas in dextro laborantis latere coſtas detulit, indicatoq;
loco,dixit eum ibi dolere.quod cum ipſe fateretur,Glauco è ſolo arteriarum pulſu exiſtimãs Ga
lenum ſedem affectam inueniſſe, plane admirari cœpit cum. ut itaq; uehementius adhuc ſtupe
ret,hæc quoq; addidit Galenus:quemadmodum hoc in loco dolere te confeſſus es, ita uelim fa
teari, etiam tuſſiendi cupiditate uexari te: ſiquidem ex longis interuallis, tuſsis exigua, arida,&
qua nihil expuis,moleſtare te ſolet.atq; ita dicente eo, cœpit illi forte fortuna eiuſmodi quædam
tuſſis ſpecies qualem dixerat: qua de re tanta admiratione Glauco commotus eſt, ut cõtinere ſeſe
non poſſet quin magna uoce exclamando, in laudes Galeni prorumperet. tum ille, non putetis,
inquit,ſola hæc ex arte poſſe præſagiri:ſunt enim alia quoq;, quæ nunc dicere aggredior,quibus
& laborans ipſe teſtimonium feret. & ad ægrotum cõuerſus, cum magnam, inquit,ſpirationem
trahis,dolor ea parte,quam notaui,uehementius te cruciat,ſentisq; in dextra pręcordiorum par
te grauitatem. His auditis ne infirmus quidem ſeſe potuit continere, quo minus præ uehementi
admiratione,una cum Glaucone exclamaret. ſentiens itaq; Galenus arridentẽ fortunam ſibi,de
iugulo quoq;,quod uidelicet ad inferiora trahi uideretur,aliquid efferre uolebat:at quia magnas
inflammationes,quemadmodum & ſcirrhum,comitari ſolet,dicere non eſt auſus, ueritus ne lau
dem quam prius de arte excitauerat ſauciaret.uerum cum animum induxiſſet ſe tutò aliquid elo
qui poſſe,aſpiciens laborantem,haud ita multo poſt,inquit, iugulum ad infernas partes detrahi
ſenties,niſi fortaſſe id iam pridem tibi euenerit.at cum hoc quoq; fateretur,conuerſis iterum ocu
lis ad ægrotantem mirificè attonitum,una,inquit,addenda eſt prędictis diuinatio,etenim dicam
quam de morbo ſuo laborans ipſe habuerit ſuſpicionem.tum Glauco, ne de hac quidem diuina
tione deſperare ſe aiebat,laborans autem incredibili hac pollicitatione in ſtuporem adductus,&
acriter eum intuens,quid eſſet dicturus, attenta mente expectabat. igitur dicente Galeno, quod

 infeſtantem

infestantẽ morbũ pleuritidem esse putasset,ille ingenti cũ admiratione,huius quoq; rei se testem exhibuit,id quod etiam affirmabat ex astantibus unus,qui paulo ante latus eius ex oleo fouerat. atq; ex eo tempore Glauco,tum de ipso, tum de arte uniuersa, quamoptimam concepit opinionem,cum antea nihil magni inde expectaret, utpote qui nunquam cum uiris in arte consummatis uersari consueuisset. Inter hæc omnia uero & hoc fuit reuera admirabile factum,ob quod non solum mira loquentem,sicuti antea,plures medici,sed mira facientem eum appellarunt. Boethi uxor cum in muliebrem fluxum,quem uocant,incidisset,celebres medicos uerita,inter quos & Galenus tum habebatur,obstetricibus consuetis,optimis sanè omnium quæcũq; in urbe forent, primum utebatur. uir eius ut ipsam nihil inde leuari uidit, præcipuos quosq; medicos conuocat,& eos quid opus sit facto considerare iubet. postquã ab omnibus in eam sententiam itum est,ut re media adhiberẽtur, quæ ab Hippocrate & alijs post ipsum optimis quibusq; descripta fuissent, & ita faciendo cum deterior reddi in dies morbus uideretur, iure dubitari cœptum ab omnibus est. quamuis autem cogitarent ad alium sanandi modum transire, melius tamen quicquam aut ratione inuentum,aut experientia repertum nõ occurrebat, quam id in quo optimi quiq; medici tanto antè consenserant. dubitantibus itaq; singulis, nec ad primum conatũ mulierem sanari satis uidentibus,neq; ad aliud curationis genus transire audentibus,noctu ea de re cogitanti Galeno consiliũ quoddam nouum occurrit,atq; ex ijs quæ per priorem curationem in muliere accidebant,talem sanandi modum excogitandum esse putauit,quo non solum humiditatem siccarent, uerumetiam ita calefacerent, ut æstatis præsertim tempore ægrotantis corpus non liquesceret, quod frigidæ & humidæ temperaturæ supra modum erat. huius contrarium fecerant illi prius, in harena maris calida ipsam decũbere præcipiẽtes. aliud insuper erroris genus quod plerisq; in morbis occurrit, ipsos quoq; tum incidisse collegit (labuntur enim sæpe medici dum id quidem quod redundat euacuant,ne autem simile illi gignatur aliud,non prohibent)atq; ideo secum decreuit,quonam pacto uniuersa uictus ratio aduersus ea,quàm optime institui posset. quibus à se præsumptis, paucis diebus post, Boethum qui eos & separatim singulos & simul omnes aliquem sanandi modum prospicere hortatus fuerat, seorsim ab amicis & domesticis in aliam cellam abductum ita est alloquutus. me,quem probè nosti usq; in hodiernum diem ne in una quidem re ad medicinam spectante deliquisse,tecum ipse considera an totos hos decem dies circa uxorem tuam,operã quam uelim præstare sinas:ac si melius interim se habere uidebitur,totidem rursus diebus aliquid denuo circa eandem agere iubebis,sin nihil tibi profeciss uisus fuero, tum denicq; ab ea prorsus & ipse recedam. hoc tum illi promptè Boethus concesit: itaq; medicamentis quæ secum excogitauerat & reliqua uictus ratione conuenienter exhibitis, cum duobus primis diebus statim remittere sęuitia morbi cœpisset, priusq; quindecim dies elaberẽtur, nullũ prorsus morbi uestigium apparuit. quo animaduerso Boethus, quia plus etiam quàm promiserat præstitisse eum uidit, ut prorsus uxorem liberaret postulauit, præceptaq; exhiberet quibus in posterum ab eo morbo tuta foret. cum itaque mense transacto & bene colorata mulier esset adeo, ut ad naturalem habitum nihil penitus desiderari posset, nec amplius fluoris indicium supereset ullum, aureos quadringentos ad eum Boethus misit, & nobilium medicorum inuidiam auxit. nam apud illos summis laudibus eum extollebat, affectabatq;,sicut & Seuerus, mentionem de ipso facere apud imperatorẽ Marcum Aurelium Antoninum, qui Romæ tum erat:nam Lucius iam ad Parthicum bellum à Vologeso illatũ,urbe exierat. uerum Galenus eorum uoluntate perspecta,ueritus ne si hoc priusquam discederet fecissent,à reditu in patriam prohiberetur, hortatus est eos ut parumper ab hoc officio desisterent, se dicens tempus ipsis significaturum, quo apud imperatorẽ commendari uellet. quamobrem statim ut audiuit seditionem Pergami sedatam, Roma tanquam in Campaniam iturus, è seruis uno domi relicto, qui res ei custodiret, digrediens præcepit ut cum nauigium aliquod in Asiam iturum nactus esset, supellectile omni diuendita,quam primum urbe exiret,& nauim ascendens ac per Siciliam iter faciens Pergamum rediret:atq; hæc haud multo post sunt acta:ipse uero ut Capuam uenit, Brundusium

Boethi uxoris, fluore laborantis curatio.

Boethi donum ualet aureis rhenensibus plus 1300.

Reditus in patriam è Roma

dusium inde properauit,quò cum peruenisset,decreuit primo quoq; nauigio discedente, Dyrachium,aut in Græciam trajcere,ueritus ne quis Romanus princeps,aut ipse quoq; imperator,discessu eius cognito, militem ad eum tanquam ad fugitiuum quempiam reuocandum mitteret. quamobrem sequente die Casiopem nauigauit. interea uero amici quos Romæ deseruerat eum quærentes,à seruo quem reliquerat scisitabantur,ubinam esset, & audientes in campania diuersari,primum id quod erat suspicati sunt: postea uero cũ neq; seruus Romæ cõpareret, amplius, id fecisse eum cognouerunt, quod pridem affirmauerat. Annum tum agebat tricesimumseptimum,sic enim in libello De libris propriis ipse docet. Post eam igitur è Roma profectionẽ,cum in patriam uenisset,isthic cõsidens cum amicis uersabatur. Verum tempore haud ita multo post, cũ ab expeditione parthica Lucius redijsset, bellumq; contra Germanos suscepisset,occasio amicis de Galeno apud imperatores colloquendi affuit. nã cũ sermo de hisce incidisset,qui nõ uerbis sed operibus artem medicam & philosophiam exercerent,non pauci eorum qui cum imperatoribus erant,talem esse Galenũ qualem requirerent,asseuerarunt:quare cum iam ex urbe in hostem mouissent,ac, dum Aquileiæ hybernarent,exercitum colligere & instruere decreuissent, nuncios ad ipsum miserunt,ut ad se ueniret. hac necessitate compulsus,Romã redijt:sperans tamẽ interea posse excusationem se aliquam nancisci. nam alterum,qui senior imperatorum erat,uirum modestum,æquum,facilem & humanum esse perceperat:is Verus primum uocabatur,sed postquam Antoninus,qui proximè Adrianum imperauit,successorem sibi in imperio constituisset, socium asciuit ante Luciũ dictum,& eum quidẽ Verum, se autem Antoninũ mutato nomine dixit. Porrò Galenus Aquileiam cum peruenisset, pestis quantum antea nunquam grassari cœpit, unde imperatores statim Romam paucis cum militibus fugere sunt coacti: ille uero cum multis longo uix tẽpore euasit,absumptis plerisq;,nõ tã ob pestis uehementiã quàm quòd media hyeme malum sęuiret. in itinere uero cum è uiuis excesisset Lucius, Romam deportatus ab Antonino funeratusq; est. Post hęc autem susceptam aduersus Germanos militiam urgẽs, modis omnibus secum abducere Galenum laborabat,persuasus tamen reliquit, cum audisset, diuersa deum patrium Aesculapium iubere,cuius medicus esset,ex quo mortali apostemate laborantem seruauerat. reueritus itaq; deum,reditum expectare iussit, sperans non multo post bellum se istud confectum esse. Toto igitur eo tempore quo abfuit Antoninus,memor prauitatis & medicorum & philosophorum qui tum Romæ agebant, interdum ex urbe secedebat ad eum locum in quo Antonini filius Commodus alebatur Pitholao commissus,cui etiam ab imperatore si quando puer ægrotaret,Galenum ut accerseret iniunctum fuerat. Pręter opinionem igitur cum imperator diutius à Germanico bello detineretur, omne id ocium ad scribendum contulit Galenus, multosq; tum libros composuit,ad philosophiam medicinamq; spectantes,quos,reuerso Romam imperatore,legendos amicis efflagitantibus permisit. Contigit autem ut Sextus in morbum incideret acutum adeo ut septimam diem euadere non posset,quin iudicaretur. atq; hoc ita euenturũ quatto die Galenus cognouit:quam ob rem interrogãti Pitholao cubiculario quid'nam fore uaticinaretur(interrogabat autem quoniam experientia nouerat eum prius multa prędixisse,quæ sapientissimi medici præsciri non posse asseuerabant)respondit subridens,non posse morbum ultra septimum diem protendi,uerum septimo uel sexto die prorsus iudicatum iri: quod si sexto iudicaretur,reuersurum: sin septimo,integram tum solutionem fore, per sudorem uero eam necessario euenturam esse. cum igitur sexto die,uti prædixerat,morbi iudicatio aduenisset,Sextus qui supra modum erat contentiosus,ut eum,febre non redeunte,redargueret, quotidie quidem lauatũ concedebat, sed neq; uinum bibebat neq; quicquam assumebat aliud præter ptisanam uel solam, uel cum panis micis,interdum quoq; pane solo aqua macerato contentus erat. Hæc usq; in duodecimum diem faciens, Galeni se prædictionem uicisse iactitabat, die decimo tertio lymphati uini pauxillum bibit,ac cibum paulo copiosiorem,tenuem tamẽ adhuc,accepit:sequente,qui à primo decubitu quartus decimus dies erat febrire cœpit,sed ne quis id Galeno renunciaret magnopere uetuit,existimãs eam febrem neq; uehementem fore neq; ultra diem unum progressuram.

Commendatio ab amicis apud imperatores facta

Reditus Romam ab imperatoribus accersito eo

Sexti morbo acuto laborantis, historia

procedente uero die cũ febris aſsiduè augeretur, Claudius Seuerus de ſuis ædibus quę propin
quæ erant, in Sexti domum ſe contulit, ibiq; poſtquam Sextum non modo febrire, ſed ualde
auctam febrem eſſe deprehendit: primo percũctatus ipſum eſt, quam Galenus ſentẽtiam de fe/
bre primum habuiſſet: & ut ueritatem intellexit, quodq; ob concertationis ſtudium ad uocan/
dum eum non miſiſſet, ſtatim accerſitum miſit, quò & Sextum uiſeret, & ipſum conueniret. ad
uentante autem, interrogauit quid nam de morbi reditu illi uideretur: cui reſpondit Galenus,
quæ & Sexto prius dixerat, poſt tres dies eam febrem quæ ſatis magna interim eſſet futura, deſi
turam, atq; decimoſeptimo die à primo decubitu iudicationem, facturam. Sextus itaq; libenter
audiens breuem morbum fore, promptè fidem illi præſtitit. quod enim quiſq; cupit maximè, id
ipſum facile credit. Seuerus autem quanquam Galenum de ſalute Sexti non deceptum iri crede/
ret, de die tamen in quo penitus à morbo liberandus eſſet, fidem non adhibebat, exiſtimans eſſe
difficile non expectato ſaltem ſequente die, quid quarto futurum eſſet firmiter pronunciare: ſic
itaq; animatus poſtridie cum uix dum illuxiſſet, ad Sextum miſit quendam qui Galenum operi/
retur, & poſt inſpectum ægrotum ad ſe duceret. quam ob rem ut ad eum uenit Galenus. contra/
dicis, inquit, illis quę heri Galene dixiſti, an in eiſdem permanes? cui ille, nunc etiam magis quàm
heri eadem affirmo. itidem ſequenti die percunctatus eſt, eandem prorſus ſententiã uti prius reti
neret ne, an aliquid ex his quæ dixiſſet immutare uellet: tum ille, eorum quæ prædixiſſet ſe quip/
piam immutare nolle, ſed quædam potius illis adijcere inſuper uelle reſpondit. ſciſcitatus eſt itaq;
denuo, quid id eſſet. tum Galenus, cũ ſeptimusdecimus dies, inquit, aduenerit, ſudor hora ſecun/
da noctis erũpere incipiet. aduẽtãte igitur prædictæ diei hora ſeptima cũ uehemẽter febrire Sex
tus cœpiſſet, qui per exploratores ſummiſſos id cõpererãt maligni medici, quod aperte deſidera
rent ne uoti compos fieret Galenus, ridentes & planè læti quibuſcunq; occurrentibus, quo illi de/
traherent inculcabant, admirandum Galeni uaticiniũ contrarios exitus ſortitum eſſe. neſciebant
autẽ quæ Seuero & Pytholao prædixerat, imminente crepuſculo, futuræ criſis initiũ conſpectum
iri. quod ut obtigit, ſecus poſtridie loquebantur atq; pridie blaterauerant, nam præ pudore cun/
cti ab omnibus ſeſe auertebant. Verum hæc prædictio nõ tantam admirationem in ſeſe habet,
Antonini imperatoris non febrientis agnitio quantum id quod in ipſo imperatore contigit. Arbitrabatur enim tam ipſe quàm medici omnes
qui cum eo peregrinati fuerant, febris initium extitiſſe. uerum decipiebantur uniuerſi, ſecundo eti
am die, mane, & octaua hora. acceperat enim primo die hora prima ex eo medicamento quod a/
marum & ſacrum appellant. deinde, quemadmodum ipſi mos erat ſingulis diebus, eo quoq; die
theriacam aſſumpſerat hora ferè ſexta, poſtea lotus circa ſolis occaſum cibi parum ceperat. cum
itaq; tota nocte torminibus & uentris profluuio uexaretur ideoq; febriret, à medicis inſpectus,
quieſcere iuſſus eſt, atq; ab ijs nouem horis ſorbitione ſuſtentatus. quibus ita peractis, accerſit
Galenum imperatoris nomine quiſpiam accẽſis funalibus, ut & ipſe in palatio cubaret: quam ob
rem ante ſolis ortum cum tres eſſent qui imperatorem uiſerent, & eius pulſum attingerent, cæte/
ris febrilis cuiuſdam annotationis principium adeſſe uiſum eſt, ipſi uero ſilentium ſeruare tum
placuit. conuerſus itaq; ad eum imperator, quid nam eſſet poſtulauit, ut cum reliqui pulſum con/
trectaſſent, ſolus ipſe non attingeret. cui ſic reſpondit Galenus, Hoſce cum bis iam tetigerint, ac
forſitan aliàs ſæpe, dum tecum in exercitu eſſent, experticq; ſint pulſus tui naturalem habitum,
me melius præſentem affectum cognituros ſpero. his dictis iubente illo ut ſe tangeret, acceſſit: &
perpenſo ad ætatis & naturæ menſuram pulſu, plurimum ab eo differre qui febrilem annotatio/
nem ſignificet, reſpondit: febris quidem inſultum eum non uideri, ſed eius ſtomachum atteri ab
abſumpto cibo priuſq; excernatur æſtuante. tum imperator dignotionẽ illam laudans, ter hæc
uerba ſubiunxit: hoc eſt, hoc ipſum eſt quod dicis, ſentio enim me frigido cibo grauari: eaq; cum
dixiſſet quid opus eſſet facto poſtulauit. cui ille ſubiecit ad hunc modum. ſi quiſpiam alius hoc
morbo laboraret, bibendum dediſſem, quemadmodum ſolitus ſum, uinum pipere inſperſum:
uobis autẽ regibus quibus tutiſſima remedia medici adhibere conſueuerunt, lanę manipulũ nar
dino pigmento calido intinctum, oſtio uentriculi imponere ſufficiet. tum ille, aliàs quoq;, ſubiun
xit, ſolitus

xit, ſolitus ſum purpuream lanam & nardinum pigmẽtum calefactum ſtomacho ſuper immittè
re, quoties moleſtus mihi eſſe cœpiſſet. his dictis Pytholaum facere imperauit quæ præceperat
Galenus, & ſimul medicos dimiſit. poſtquam uero & uentriculo unguẽtum impoſitum eſt, & pe
des calidis manibus adtrectati incaluerunt, uinum Sabinum popoſcit, & pipere inſperſo bibit,
ſubindeq; ad Pytholaum conuerſus, unum, inquit, medicum habemus, eumq; ſanè liberum, in/
deq; alia de Galeno dixit quę poſtea ſemper in ore habuit, eum principem locum inter medicos
tenere, & ſolum philoſophum eſſe. expertus namq; multos fuerat nõ ſolum pecuniæ auidos, ſed
& ambitioni & glorię deditos, & inuidos, & malignos. uix igitur quicquam potuit à medico, ma/
iore dignum admiratione quàm id eſſet animaduerti. nam quæ in Commodo præſenſit, magnã
licet admirationem ipſa quoq; in ſe habeant, antedictis tamẽ reuera cedunt plurimum. Redierat
Commodus à lucta, cum ecce prius quàm cenaret, hora octaua febris ſatis uehemens eum ador/ *Commodi laborantis & à Galeno perſanati hiſtoria*
ta eſt, uerum Galeno, ut pulſum attigit, membrum quodpiam inflammari uiſum eſt, quod ſimul
atq; Pytholaus audiuit, mirari ſe dixit quo modo faucium inflammatio pueri pulſum immutare
poſſet: neq; enim alia ulla in parte inflammationem habere. itaq; Commodi os aperiens, inſpice
re Galenum iubebat. cum igitur aſperas & rubras admodum eſſe, parum tamen intumuiſſe ui/
diſſet, quis illi colluiſſet os poſtulauit, medicamẽto plus quàm puero cõueniret aſtringẽte. reſpon
dente Pytholao ſe feciſſe, id omittere, & aquam mulſam in qua roſæ ferbuiſſent admouere iuſſit.
quod cum factum eſſet nocte illa, & ſubſequẽte biduo ſæpius, tertio autem die primum mane in/
flammatio prorſus ſubſediſſet, & penè ſine febre puer eſſet, Pytholaũ monuit, paulo poſt alum/
num in balneas cubiculo uicinas ductum aqua perfunderet alueo contenta, ac reliquum quidem
corpus obrueret, caput autem ſolummodo mergeret. quę cum peregiſſet, & large prãdium exhi/
buiſſet, ſub horã tertiã Ania Fauſtina, imperatori matrimonio iuncta, perinde atq; ſe excuſatura
quod pridie Commodum non uidiſſet acceſsit: & heri, inquiens, poſt prandiũ noui te fili ægrota
re. ijſq; etiam addidit: notum puto, debuiſſe uos horam octauam excedere qua febris inuadere
ſolebat. ſubriſit Pytholaus, & quomodo non expectaſſemus, inquit, Theſſali diatriten præte/
riſſe, niſi nos Galenus hic, ut hoc mane puerum inſpexit ſqualidum ac modice febrientem, pro/
hibuiſſet? quin & hoc ueſpere lauet ſe rurſus mandauit, ac cœnet, quemadmodum ſanus facere
conſueuerat. His auditis Fauſtina ibi parumper cõmorata, manu Galenum apprehẽdens exiuit,
ita in medicum quempiam ex comitibus ſuis methodicum iocans: Galenum hunc uides non uer
bis, ſed rebus uos methodicos expugnare. multos enim quos febrire credebatis lauit multoties
& uinum exhibuit, & alios primo, alios tertio die ad conſueta negotia dimiſit: uos autem quot/
quot eſtis, ſimulatq; duobus primis diebus ægrotantes ſine cibo perſeuerare imperaſtis, ſuſpe/
ctas poſtmodum horas decumbendo tranſgrediantur iubetis: & nunc quoq;, addidit illa, ſcien/
tiæ ſuæ certitudinẽ oſtendit in abſentis imperatoris filio, quẽ duobus iam diebus, uehemẽtius fe
brientem, tertio die, quemadmodum uos oportere dicitis, octauam horam nõ expectare uoluit,
ſed eũ antea & lauit & cibo recreauit. & adoleſcentis altor Pytholaus, qui uſq; adeo diligẽs eſt, ut
eius diligentiam formidinem exiſtimare poſsis, uiri artem pridem expertus, promptè obtempe/
rauit, ac priuſquam ſuſpecta inuaſionis hora exceſſiſſet, puerum uti uides & lauit & cibauit. hæc
Fauſtina dicens ad currum peruenit, in quem cum aſcenſura foret, Me magis, Galenus abiens di
xit, quàm antea medicis inuiſum reddidiſti. digreſſus autem inde ad Pytholaum, & hoc ipſum
expoſuit illi & quod ob huiuſcemodi medicorum inuidiam nuper libros tres compoſuiſſet De
febrium differentijs, Diebus decretorijs, & De Criſibus: in quibus omnibus Hippocratem o/
ſtendiſſet artem tradidiſſe præcognoſcendi, eos uero hebetes uſq; adeo eſſe, ut neq; expoſitio/
nibus ſuis adiuti, eam ediſcere poſſent. quã imperitiã ſuam in alio quoq; primi nominis Romæ,
ægrotante, multis præſentibus prodiderant. Quintum morbi diem iuuenis quidam agebat, ac li *Criſis præcognitio*
cet idoneum tempus ſanguini detrahendo præterijſſe uideretur, quia tamen nec anni tempus,
nec ægrotãtis ætas, nec uirtutis imbecillitas, nec denicq; uictus qui morbũ anteceſſerat aduerſaba
tur, ſed uno conſenſu omnia ſanguinis miſſionem ſignificarent, medici uenam incidere decreue/

runt,idq; tempestiuum fore cæteri arbitrabantur. ille uero diligenter omnia contemplatus quæ/cunq; ab Hippocrate tradita sunt signa illorum, quibus fluxurus est sanguis, bene quidem eos in opinionẽ mittẽdi sanguinis ueniſſe dixit: uerum naturã id quod se grauaret expellere festinan tem, breui admodum,etiamsi nihil ipsi egissent, idem ultro facturam. dum medicis hæc admi/randa uidentur: æger è lecto se sustulit tanquam prosiliturus: interrogatusq; cur exsilire uo/luisset,rubri coloris serpentẽ per laquearia repere à se uisum respondit,ideoq; è lectulo se aufuge/re uelle.reliquis medicis nihil hoc ad futurum sanguinis fluxum conferre uisum est: uerum Gale/no cum alia singula perpendenti,tum ruborem qui prius in dextra nasi parte ad malam usq; ob/scurus fuerat, auctum ualde intuenti, sanguinis paulo post è dextra nare fluxuri,manifestum id attulit indicium: atq; ideo cuidam ex ægrotantis familiaribus summissa uoce præcepit, ut uas a/ptum sanguini accipiendo sub ueste promptum haberet:inde ad medicos cõuersus, alta uoce di/xit,sanguinem è dextra nare fluentem mox expectandum esse.riserũt illi, quod ante dictis è de/xtra nare adiecisset.at,inquit,uel utrunq; eueniat oportet,uel alterutrum saltem. uix hæc dixerat, cum ecce digitum è naso sanguinolentum iuuenis eduxit:tum familiaris accurrẽs, uas subiecit, & magno astantum clamore oborto, medici omnes dilapsi sunt. Sed infinitum tandem fuerit sin/gula persequi,quibus ille,non impostoris ut isti,non sophismatibus uelut alij,sed iustis operibus artis inter principes Romæ innotuit primum,& apud ipsos deinde imperatores quoq; singulari in precio fuit, ut Theriacæ (cuius magnum apud eos studium fuit, & quod non nisi summis aulæ medicis consueuerant) præparandæ curam soli, & multi deinceps ordine, mandarent.

Theriace Antonino præparata

Ac primum quidem Antoninus, quo tempore suscepto aduersus Germanos bello, in prouin/cijs quæ secus Istrũ sunt degeret, & Galenus eum subsequi se posse recusasset. nam cũ imperator Antidotum laudaret, à Demetrio medicorum primario confectam, eo uita functo, Euphrati medicę materiæ uenditori,à quo simplices medicinas omnes ad theriacam cõficiendam emebat, per literas significauit, renunciaret sibi quis'nam medicus imperatoriam antidotũ cõficienti De/metrio affuisset.à quo ubi intellexisset Galenũ semper astitisse,tum quidẽ per literas eum rursus antidotũ componere iussit. cum autẽ singulo quoq; die magno studio sumeret eam imperator, uirtutes eius uitiaq; dignoscebat exactissimè.quæ itaq; tum à Galeno præparata fuit antidotus, cæteris adeo præstare uisa est, ut degustata, medicinæ concoctionem, quod in alijs fieri solet,ex/pectare noluerit,sed statim sit usus,nondũ integre duobus mensibus elapsis. quare postmodum Romam reuersus,quod ea delectatus ita fuisset,percunctatus est Galenum qua'nam simplicium proportione usus fuisset. cui ille rem omnẽ uti habuerat aperiẽs,retulit se nihil eorum,quæ à prio ribus imperatorum medicis imponi consueuissent neq; omisisse neq; addidisse: dein causam ex/posuit, cur illi præparatio placuisset maximè, de qua libro De antidotis primo longa eorum quę tunc facta fuerunt narratione meminit. Qui Antoninum subsecutus est Commodus,nec theria/cæ,nec cæterorum curam habuit ullam,quo factum est ut imperator postea Seuerus,cum theria/cam conficere modo eodem,quo Antoninus,Galeno præcepisset,quę Traiani & Antonini tem poribus reposita fuerat, simplicium materia uti cogeretur, imbecilliorq; plane extitit antidotus, interceserãt autẽ anni nondum triginta. At nos aliquando tandem, artis operibus huius uiri re/lictis,ad reliquam uitam intuendam oratione diuertamus. Quod itaq; ad modum salubritatem ue corporis attinet ipsius,sic sese cætera deinceps habuere.Sanus in infantia Patris beneficio per/seuerauit.puer factus ob fructuum esum, ægritudine laborauit acuta:ad pristinum uictum à pa/tre restitutus,anno ætatis decimonono sanus permansit,sequente, uictu sociorum usus, ægrota/uit iterum. posterioribus similiter annis usq; ad uigesimum octauũ, uel singulo uel tertio quoq; anno,morbo aliquo laborauit:post uigesimum octauum, sanum semetipsum conseruauit,post/quam uidelicet salubrem methodum inuenisset, nullum deinde morbum passus præter febrem ephemeram,quam aliquando ob immodicos labores incurrit. Institutionem parẽtis primam ip semet exponit in libello De cibis boni & mali succi,hoc modo:Pater mihi cum puer adhuc essem eam uictus rationem instituit,ut nullis per id tempus morbis obnoxius uixerim. ubi uero adole/lescen/

Cõmodus imperator artis negligens Theriacæ præparatio, Seuero facta

lescentiã sum ingressus,ille in agrum,rei rusticæ studiosus,cõcessit:& cũ per totũ id tempus quod oporam uocant,horæis, id est temporarijs fructibus unà cũ æqualibus meis uberius usus essem, adueniente autumno,acuto morbo correptus sum,uenamq; incidere fuit opus. Cum ergo in ur/bem reuerteretur pater,ad me obiurgandum se conuertit, eusq; generis uictus admonuit, quo, suadẽte eo,usus antea fueram, utq; ab illo in posterum minimè discederem, uitaremq; sodalium incontinentiũ consuetudinẽ præcepit: tum sequente etiam anno operã curamq; adhibuit ut so/briè uiuerem, atq; horæos fructus cum moderatione gustarem. Itaq; in eo anno qui erat ætatis meæ duodeuicesimus,incolumis uixi.Sed cum altero deinde anno pater excessisset è uita, ipseq; unà cum æqualibus amicis oporæ fructus ad satietatem sumerem,in ægritudinem superiori con similem incidi, ut tunc quoq; sanguinis missione opus esset. Deinde uero uel singulis annis,uel al/ternis nonnunquam,ad octauum usq; & uicesimum annum laborabam. Cumq; tum temporis periculum esset,ne ea pars mihi,qua iecur septo transuerso annexum est,abscessu corriperetur,ab esu horæorum omnium penitus abstinendum esse proposui, exceptis ficubus uiridibusq; omnino maturis,quas neq; intemperãter ut antea, sed cum moderatione sumebam.quam sane uictus ra tionem,cum quidam ex sodalibus natu me duobus annis maior comprobaret: curam ambo ad/hibuimus ut exerceremur,cruditatesq; omnino uitaremus, ob id ipsum ad hanc usq; diem mul/tos iam annos sani degẽtes.Et hæc quidem ad hunc modum isthic enarrat. Cętera morborum, in alijs locis passim scribit, uelut in libello De palpitatione, sic inquiẽs:Ego quartanarij rigoris o/mnino sum expers, aliorum duorum experientissimus. iuuenis quater tritæa febre laboraui, ut his quæ de rigore traduntur,in eiusmodi affectibus testis sim.Febrẽ ardentẽ sic narrat, libro De locis affectis quarto: Cum puer adhuc essem, talem affectionem in meipso sum expertus. Cum enim per æstatem ardente febre laborarẽ, festucas atro colore,ex cubili eminere,& floccos simili ter in uestibus esse putabam,quos auferre tentans,nihilq; sub digitis eductũ inueniens,accurati/us uehementiusq; id efficere sum conatus. Audiens itaq; duos ex amicis qui tum aderant,dicen/tes: Vides ne hunc iam floccos euellere, & festucas colligere? statim intellexi id ipsum quod dice/bant me fecisse:cum uero sic animo constarem, ut rationalis in me facultas nõ uacillaret:recte, in/quam,dicitis,proinde ne phrenitis me arripiat,auxilio estote.illi autem cum idoneis rigationibus caput fouerent,tota die sequenteq; nocte grauibus insomnijs turbatus sum, ut interim & excla/mare & exilire uiderer: uerum postero die mitigata sunt omnia accidentia. Sed & in libro De sanitate tuenda quinto,multo prolixius & apertius de sese refert, postremum uitæ cursum à ma/lis liberum exponens.Nonnulli(inquit)ex ijs qui de sanitate tuenda literis prodũt, aut etiam sine scriptis de ea præcipiunt:ne seipsos quidem defendere à morbis perpetuo potuerunt,ita cum à ca uillantibus tum alia quædam, tum uero uersus ille obijcitur:

Alijs medens.at ipse ulceribus scatens,

Alij quidem negocijs id imputant, alij ob intemperantiam se ægrotare fatentur, sed horum ma gis improba,me iudice, defensio est,quàm ipsum quod obijcitur crimen. qui uero ijs quæ in ui/ta incidunt causam tribuunt, siquidem diaria febre laborant, ex æstu,frigoribus, lassitudine, a/lijsq; id genus occasionibus,uindicare eos à culpa decet: sin alia qualibet,minimè: quippe nec ip/si omnino sine febre exegimus, immo ex lassitudine nonnunquam febricitamus: nullum alias morbum multis iam annis experti.quin etiam percussus certis corporis partibus, unde alij phle/gmone buboneq; contractis febricitarunt, ipse nunquam phlegmonem bubonem'ue sensi,nec febre laboraui,nõ aliunde certe quàm ex seruandæ sanitatis arte tanta commoda consecutus: cũ alioqui nec salubrem corporis statum ab ortu ipso sim nactus, nec uitam planè liberam sortitus, sed in qua tum artis officijs seruierim,tũ amicis,cognatis,& ciuibus,in pluribus inseruierim, tum plurimam noctium partem,nonnunquam ægrotantium ipsorum causa, semper autem dulcedi/nis studiorum gratia peruigilauerim:nec tamen ullo sensi me corporis incommodo tentatũ mul/tis annis, excepta, ut dixi, diaria quandoq; febre(quæ tamen & rarissimè nec nisi ex lassitudine incidit)quamuis in puerili ætate,atq; etiam tum in ephebia,tum adolescentia,morbis nec paucis,

neq; his leuibus premerer. Sed post octauum & uigesimum annum, cum persuasissem mihi, esse conseruandæ sanitatis rationem quandam, præceptis eius per totam deinceps uitam parui, ita ut nec minimo morbo post laborauerim, nisi fortè (quæ tamen rarius incidit) diaria febre. Et hæc quidem ille. Traditur autem, senio confectum tandem requieuisse in patria, annos natũ septuaginta, sic enim autor est Suidas. Profectio eius Romã prima circiter tempora fuisse apparet, quibus Antoninus Pius dictus, qui Adriano in imperio successerat, è uita decessit: uelut in libello, ad
Obitus eos qui de typis scripserunt significare uidetur. Obitus eius, imperãte etiamnum Seuero, iuxta
Laudatio funebris eam supputationem contigerit. Cæterum quoniam nunc tractu longo spatium illius uitæ transegimus, flectenda est iterum ratis, & tanquam in funerum laudationibus factitare solent, ad mores eius uiri, & domestici usus quasi figuram ac disciplinam, studiorumq; ipsius rationem intuendam uertenda breuiter oratio est: Itaq; forma quidẽ & corporis habitu cuiusmodi fuerit, nõ ad
Mores Galeni modum traditur. Par est autem, corpus illud, animi tã excellentis domicilium, per naturã quoq; concinnam fabricam conformationemq; optimam nactum fuisse. Mores uero graues habuit & ab obscœnitate ridiculoq; prorsus alienos, cæterum mites minimeq; iracundos: imperterritus atq; immotus ad ea omnia quæ quotidie in uita accidunt, qualem patrem quoq; fuisse suum prædicat: Sic neq; iactura rei cuiuspiam perturbari solitus, nec felicitate efferri, æquã mẽtem rebus in omnibus seruare consuetus, non tamen rerum suarum negligens, aut prodigus, quin frugalissimus, humanissimus, iustissimusq;, ut bonis omnibus summæ esset admirationi. Gloriam & ho
Pietas nores à parente ita contemnere didicerat, ut unam nudamq; ueritatem spectaret in primis maximiq; semper faceret. Extant eius siue pietatis siue amoris argumenta multa, in deos, in parẽtes, in patriam, in præceptores, in amicos, in artem ipsam, & in genus denicq; humanum totum. Dei iustitiam & prouidentiam non solum agnouit libenter, sed & magna cum admiratione & reuerentia nusquam non prædicare solitus est: diceres hominem ecclesiasten esse. Quanquã uero quibusdam in locis Christi mentionem ita faciat, ut appareat hominem, christianum non fuisse: credi tamẽ par est, quoad eius per religionem nostram fieri potest, siue ante supremam ipsius diem, siue alio quodam inexplicabili modo diuinam clementiam illi affulsisse: neq; prorsus uerisimile fit, eas mentes quibus cœlestis pater tantum amorem ueri ac honesti primum indidit, ab ipsius
Dilectio in parentes conspectu ad perpetuos cruciatus relegandos esse. Parentẽ nusquam non sine magno honoris titulo appellare solet, & id in locis permultis ac prolixè semper facit, ut appareat nunquam suauiorẽ sibi uocem ædere uisum fuisse, quàm quæ parentis sui laudes decantaret: uelut uicissim huius in illum quoq; curæ ac diligentiæ singularis cuiusdam exempla uisuntur: ut non iucundissima esse lectori, humanis affectibus prædito, omnino nequeat locorum autoris inspectio, quibus in locis
In patriam rerum earum commentatio habetur. Patriam & ciues suos tanto amore prosequutus est, ut tanquam exemplo Vlyssis quodam, præ horum amore, maximorum imperatorum fauores ac studia negligeret. Neq; enim cæterorũ more stulta ambitione illectus, quod sæpenumero insectari & damnare in artis professoribus solitus est, neglecto studio ueritatis, assentationibus & reliquis
In amicos imposturis principum fauores uenari tentauit. Eodem studio & obseruatione fuit in amicos, quorum gratia tum in obeundis curationibus tum in conscribendis libris tot labores ac uigilias, nec sine periculo uitę nonnunquã, sustinuit: neq; enim ob aliam causam ullam, non honoris, non ambitionis, qui gloriæ adeo fuit negligens ut libriis proprijs nomen suum inscribere non sustineret.
In præceptores In præceptores autem ea fuit obseruatione, ita reuerenter habuit, ut nusquã non magna religione illorum mentionem faciat, & id frequenter & non sine magno affectu: sic libros quoq; eorum desiderat nonnunquam, tametsi non par tantum illis omnibus esset sed & longo interuallo in arte superaret. Hippocratem uero peculiariter ita admiratus est, ubi per obseruationem experientiamq; eorum quæ tradidisset fidem eius uiri cognouit, ut religiosissimè semper coleret: omniaq; eius inuenta ingenuè agnosceret, & raro, & non nisi ueritate coactus, & honorificè semper ab eo dissentiret. Visusq; est artem totam in illum autorẽ referre, quamuis non minus ipsi debeat Hippocrates, quàm ipse illi debeat. Sunt hæc omnia ingenui candoris & magnæ pietatis indicia: po-

terat

terat enim uti priores medicorum illustres fecerant, nouam sectam instituere, in qua solus scilicet imperaret. Quid enim illi ad ista deerat? nihil eorum sanè, quibus ad id erat opus: non ingenij acrimonia, non educatio à puerili ætate, & exercitatio, non præceptorum facultas, non laborum tolerantia, non methodus ac dialecticæ peritia, aut horum exercitatio, & postremum facultates, quantas habere conuenit eum qui in literarum studijs omnem ætatem terere uellet: & neq; defuere exempla priorum medicorũ illustrium, qui idem factitauerãt, uelut Erasistrati, Philini, Themisonis, Leonidæ Alexandrini, Archigenis, atq; ipsius denicq; Aristotelis, quorum nullus sanè, dempto Aristotele uno, par illi esse uel in una secta potuisset. Nunquid igitur aliud adhuc desiderabit quispiam, ad nouæ scholæ institutionem? Poterat hisce adiutus ille in Gymnasijs omnibus imperare solus, & nec quenquam ad imperij societatẽ admittere, & Hippoc. inuenta dissimulare, præcipue ubi artẽ magnis quibusdã eius partib. auxisset, quę partim nouiter ab ipso inuenta, partim ita exculta fuere tãq; ab eo primũ profecta & antea prorsus incognita fuissent. Nõ parũ uero *Studium in arte excolenda*
debet illi ars medicinæ, quã & singulari diligentia ita exercuit, ut neq; prædicendo neq; curando unq; calumniã sustinuerit ullam: & supra eorũ quæ prius in ea tradebãtur interpretationẽ nouis inuentis adauxit & multo ampliorẽ illustriorẽq; reddidit. Diligentię eius in exercenda arte argumenta sunt tum alia multa, tum simpliciũ medicamentorũ cognoscendorũ singulare studiũ, & in ijs conquirendis reponendisq; sollicita industria: quã ob causam longas quoq; peregrinationes suscipere, & nullas nõ impensas, ut è suis quæq; regionibus præstantissima portarentur, facere sustinuit. Inuenta eius in arte fuerunt, neruorum curatio, quo tẽpore gladiatoribus curãdis in patria præfectus est, locorum affectorum agnitio, quã primus in artẽ redegit, medẽdi ratio methodica, & sanitatis tuendæ præcepta: in sectionibus itidem non pauca, ueluti thoracis musculorum anatome & instrumentorum respirationis, & pleraq; alia consimiliter, quæ non exiguæ & momentaneæ tantum sed iustæ & maximæ totius artis partes sunt: adeo ut ante ea tempora manca adhuc & nondum integra fuisse medicina recte uideatur. Veritatis ita fuit amans, ut ab Hippocrate quoq; dissentiret quandoq;, tametsi addictus illi ita foret tanquam in uerba iurasset ipsi⁊us: in scribendo ita circumspectus, ut nihil temere libris mandaret, quod non ipsemet prius comperisset examinasset q;, quàm in scripta redigeretur. Qua in re medici priores plericq; peccauerũt, & Erasistratus uir alioqui non illaudatus reprehenditur, & Dioscorides Anazarbensis, notatur: & nostro quoq; tempore factitare solent homines, quibus in cubiculo desidentibus quicquid in mentẽ uenerit, promulgare statim non uerentur: Sic ille dierũ criticorum diligentẽ explorationẽ fecit prius quàm artem traderet: nõ eum ita mouit senis autoritas ut fidem illi absq; confirmatione sensus de rebus omnibus simpliciter haberet: Sic medicamentorum simplicium cõmentarios cũ longe prius cœpisset, undecimo demũ anno post, in lucem ędidit, quòd pharmacorũ quorundam naturã ipsemet adhuc nõ cõperisset: & sphragidis cognoscẽdę gratia in Lemnũ nauigauit, & metallorũ inspiciendorum causa Cyprum adijt, ut & alia loca permulta uiderit. Scripsit aũt pluri- *Scripta*
ma, non solum in medicina sed & in philosophia, grammatica & Geometria, ut author Suidas est: sed & ipsemet librorum suorum & numerũ & rationem ac modum exponit, duobus operibus huic rei dicatis, quibus partem eorũ iam tum interijsse, docet, incendio templi Pacis, in quem locum reponere labores suos consueuerant eius temporis scriptores. Hanc sublimitatẽ uiri, non ita multo post, agnouerunt doctissimorum hominum scholæ omnes, quando relictis sectarum nugamentis, ueram Hippocratis artem, ita tum stabilitam ut nulla sophistarum iniuria subuerti posset, amplecti solam & synceriter colere cœperunt: quo tempore demum ex ea ipsa certam opem & auxilium tutum mortales homines percipere potuere, cum prius non minus periculi ab arte sæpe quàm ab ipso morbo extitisset. Agnouerunt quoque minime postremi, uiri Arabes, disciplinarum impigri cultores, qui monimenta eius uniuersa in suam linguam conuerterunt & in manibus magno studio uersarunt, donec sublatis iniuria temporum, aut certe suppressis, Græcorum exemplaribus, Latinorum quoq; hominum scholis interpretationes suas commodarent, non quidem tanta cum fruge, quantam ex ipso fonte haurire studioso licebat:

attamen

attamen non ſine ſua quoq; utilitate: præſtitit enim ex illorum monimentis ita philoſophari, quàm ad priſtinam ſectarum incertitudinẽ relabi rurſus. Sed redĳt ille tandem nobis, & in gymnaſĳs audiri geſtit iterum: Italicis autem ſcholis uehementer gaudet, quarum ego ſcholarum ſoliditatem integritatemq; in diſciplinis, noſtram iuuentutem ſtudioſius æmulari uehementer deſidero. Et hæc quidem in uniuerſum genus mortalium ipſius ſuperſunt beneficia. Cæterum autem nos ſimplici narratione tantum iter emenſi figamus pedem hic, contenti hactenus ea dixiſſe: quę quidem ſiue ſingula perſequi ſiue etiã uniuerſa, oratione illuſtrare conetur aliquis, infinitũ ſanè fecerit. *Dedicatio operis rurſus* Nunc itaq; ad C. T. me conuerto iterum Princeps reuerendiſs. & illuſtriſſime: & cauſam cur huc acceſſerimus deinceps perſequor. Duo ſunt hominum genera, cum quibus eti amnum bellum huic eſt. Alterum quidem in ſpeciem amicum & blandum, re tamã ipſa hoſtile, quãdo ſocietatẽ imperĳ quandam affectare uidetur. Alterũ apertè ſæuum & atrox, ἄσπονδόν τε πόλεμον minitans indies. Sunt enim qui affirmare adhuc auſint, non oportere Galeni & Hippocrationem medendi ad amuſim ſequi ſemper, ſed aliunde quoq; petendas eſſe curandi formulas, ab eorum præceptis diuerſas quidem, cęterum nihilo minus ſalubres. Vox hęc prima quidem fronte blanda eſt, ſed latens uenenum habet. tollit enim firmamentum artis, & quam ille tot uigilĳs ac ſudoribus ei cõparauit certitudinẽ ſubuertere ac peſſundare aggreditur. Nec intelligere uidentur illi quę ſit artis ratio quãtum'ue ipſius natura patere queat: Eſt aũt ratio eius, ut & breuiſſima ſit ars & tutiſſima. Quemadmodum enim cæterarum artifex non recte dicitur, qui aut prolixius, aut rudius, aut modo utroq; opus abſoluat ſuum: Velut qui picturam uix anno integro perficiat, quod Apelles intra diem unum, & melius & concinnius facturus ſit. ita neq; hic exactam artem eſſe, recipiendum eſt, quæ non utroq; modo ſeſe commendet, breuitate ſcilicet & certitudine maiore: Velut ſi quis melancholiam ita curet ut in quartanam mutet, cum poſſit uia breuiore, aut febrem ſcammonio & helleboro purget, ſi per rationem uictus ſanari queat citius & uerius. Videtur autẽ in errorem hũc ueniſſe illi, quod nõnunquam fortaſſe diuerſam rationem ſequentibus, rectè euenit, non aduertentibus, curationem omnino prolixiorem ita, aut magis lubricam extitiſſe, aut omnino in quibuſdam tantum & admodum paucis ſic contingere ſolitum. quę ſi ita habeant, uti certè habent, neminem alium Galenus unà cum Hippocrate, in huius imperĳ communionem admittat: aut enim in illorum libris inuenitur hæc artis ratio, aut inuenitur nuſquam. Artem itaq; ab his ſolis petere neceſſe eſt, materiam artis à cęteris quoq; licet, quicũq; ſubtiliter eam exercuere. Et illorum quidem ad hunc modum falſa ſententia eſt. Hiſce uero aliud hominũ genus conſimile quoddam reperitur, quamuis id fateri minimè, & ſeſe ab ea ſuſpicione uindicare uolet, eſt tamen illi non diſſimile: Et eodem modo error utercq; perniciosus eſt. Sunt autem qui unam hanc ſcholam Galeni & Hippocratis agnoſcere ſe affirmant, & toto pectore illi addicunt, ſed non eam uiam ingrediuntur per quam ſolam ad hanc artem peruenire concediſtur. neq; enim ſeſe diſciplinis ĳs inſtruere meditantur, ſine quibus eam rectè aſſequi non contingit. Linguarum itaq; mediocri cognitione prædĳti illi, cæterarum diſciplinarum omnium & qui eas tradunt grauium auctorum, in primis uero demonſtratiuæ methodi rudes & imperiti, ad artis penetralia ruunt, non auſcultantes clamori reuocantis identidem atq; huc uocantis. ὅτι πρὶν ἢ τὰ περὶ τέχνης ἰατρικῆς ἐπιχειρήσασθαι, δεῖ τὴν ἀκριβεστάτην ἐκμαθεῖν ὁδόν. An rectè ſentiunt illi ſe probe inſtructos huc accedere, ubi linguam unam aut alteram mediocriter teneãt, logices ac cæterorũ imperiti prorſus ſint? Atqui modo eodem Theſſalus & qui illum ſequebãtur lanifices ac textores idonei ad artem fuerint, quorũ uix quiſpiam extitit, qui linguam Græcam nõ teneret melius, quam noſtro ſeculo profeſſorum maximus quiſquam teneat. notat tamen illos homines paſſim Galenus, & tanquam ad artem ineptos, à medicinæ ſtudio arcet. Sic illi uelut cęca caligine uolutati nondum animaduertũt, non niſi diſciplinarum cultoribus, uti philoſophia eſt naturalis & dialectica, artis ſcientiam contingere poſſe, & experientiam nudam indocta arte tutiorem eſſe. Quid autem hic faciat Galenus? en adeſt ille, reuerendiſsime ac illuſtriſsime princeps, & cauſam hanc ſuam cognoſci incq; ſinũ C.T. deponere geſtit. Fuit ille dum noſtræ gentis imperitus, nullum adhuc nactus linguæ Romanæ commercium, neq; enim acceſſerat interpres, quem petere primo nondum uiſus eſt. Verum ubi conſpexit regionem ſuam, patriam amabilem, fœda barbarie occupari nulloq; amplius honeſto ſtudio teneri: optauit primum ciuitate donari Romana. Inuenti homines ſunt qui interpretationis huius munus ſubierunt, uiri ſummi & à diĳs immortalibus, ad id excitati. Videturq; Diuina clementia, uelut olim curam habuit eius artis per Galenum excitandæ & firmandæ, ita nunc occulto fato & rerum diſpoſitione admirabili cõſtituiſſe, ut ſuos ille nanciſceretur uiros interpretes, qui ſinguli tanquam communicato conſilio, cum tamen neq; locis nec ętate eſſent eadem, inter ſeſe partitum laborem ſuſcepere, & totum auctorem nitidum & elegantẽ reddiderunt: ut qui prius à nemine ferè ob infantiam percĳperetur, nunc cum magna facilitate & uoluptate ſingulari diſcentium, nec ſine magno ſolatio mortalium hominum, cognoſci intelligiq; poſſit. Diuini homines, & quibus poſteritas non ob id tantum debebit omnia, quod illorum opera hunc autorem de rebus omnibus pulchrè differentem, audiet, ſed & quòd legitimam artis exercitationem paratam accipiet, quando opera eadem adiuti qui nunc ſunt artis profeſſores, iuſtam eam exercitationẽ inter ſeſe cõparatam ad poſteros deinceps ſunt tranſmiſſuri. Accedit ad hanc beatitudinẽ, quod decantata illa pridẽ & tot magnorũ auctorũ ęditionib. beata Frobeniorũ officina, eundẽ ſuſcepit excudendũ: cuius quidem rei ratio non multo poſt loco proprio reddenda eſt, nunc ab inſtituto nõ diuertam. his itaq; modis ille ciuis factus primum, deinde per artem typographiam pulchre adornatus & perpolitus, ut paruo compendio ad quam plurimos peruenire poſſit, quod pro inſtituto ſuo uertere deſiderare uiſus in primis eſt, ſpargere nanq; ſua inter amicos & artis ueros cultores ſolitus ſemper fuerat. Cæterum id quoq;, ut dixi, nactus, & quantum auctor alius quiſq; tam fœliciter excuſus, ſolum hoc uertere non affectat amplius: neq; enim charior illi nunc eſſe poteſt patria, barbarica gente & lingua prorſus occupata, quàm ſit Europa illi ac Germania, tanta honeſtate excipiens eum & tam hoſpitaliter tractans, quod ille olim ſanè à noſtris hominibus ſperare non potuiſſet. Supereſſe autem illi id ſolum uidebitur, ad conſummatam fœlicitatem, ut palatium habeat aliquod ac ueluti templum Pacis, in quod diuertat, & uti pridem ſolebat, ſuorum laborum ac ſtudiorum monimenta & tanq; pignora reponat. Vbi uero iſtud templum erit illi inter noſtros principes? ubi aũt potius quã apud C.T. reuerẽdiſs. ac illuſtriſsime princeps? Sic enim ille, qui apud Romanos olim imperatores, aulę aſſuefactus, in deſuetudinem poſtea deuenit eius, priſtinam uitam ſuam agnoſcet rurſus, apud te inter Germanos principes Opt. Max. eiuſdem ſacri imperĳ Primatem & Electorem, & Legatum natum: Vbi longè feliciore auſpicio & lubentius & tranquillius deget, quàm pridem apud imperatores ſuos fecerat. Non enim tu princeps Opt. Max. ad tumultus & expeditiones bellicas, ut illi olim, è tranquillitate ac ſtudiorum amabili ocio, pertrahere uoles: Qui pacis & tranquillitatis amator fuiſti quidem perpetuus, ſed & in turbulentiſſimis hiſce temporum diſſidĳs Germaniæ noſtræ uniuerſæ autor quoq; pacis, & tanquam pater patratus extitiſti, quãdo magni Imperatoris Maieſtas Celſitudinis tuæ ſingularem prudentiã admirata, in rebus rei Chriſtianę quibuſq; maximis, cõſilia, uſurpare, & non ſine magna uoluptate nationis noſtrę ſequi perlibẽter aſſolet. Ita enim compertũ eſt, te præcipuum è multis alĳs, in hominũ noſtrorũ controuerſĳs inteſtinis & proinde infeſtiſſimis uelut mediatorẽ pridem extitiſſe. Quod ſanè ita præclarũ eſt ut nõ unius ætatis memoria abolendum, ſed multis ſeculis, à poſteritate noſtra celebrandum, factum ſit. Nouit autẽ humanitatem quoq; illam Celſitudinis tuæ & clementiam ſingularem, quibus dotibus cum proceres eccleſiæ cæteris principibus antecellere ferè cõtingat, Celſitudo tua ipſos quoq; eius ordinis uiros principes uincere dicitur. Liberalitatem inſuper in ſuos omnes, cum primis uero in homines ſtudioſos ac diſciplinarum cultores, paſsim prædicant, quòd qui eam ſenſere pridem & benigniter & permulti, non ſe contineant, quin apud omnes, uti par eſt, identidem iſta iactitent. Quod ſi recenſere quis inſtituat eorũ nomina qui ſub tuo auſpicio ad magna faſtigia euaſerũt, cum dies deficiat priuſquã omnes poſsit. Superare hæc uidentur ipſius quoq; Alexandri magni facta, quibus urbes

Laudatio principis

dicitur

dicitur ſeptuaginta exædificaſſe: Celſitudo Tua ingenia, quorũ ſingula multis præſtiterunt Alexandri ædificijs, non ſeptuaginta tantũ ſed longe etiã plura & propè dicere liceat infinita, clementia, fauore, liberalitateq; ad bonam frugem excitauit, & inde ad magna faſtigia euexit. Nomina cæterorum non refero, ſufficiat unus nobis, Philippus Pucheimerus uir in arte experientiſſimus C.T. medicus primarius. Familiæ uero illius ueſtræ, Brandenburgẽſium Marchionum claritatem antiquitatemq;, inter principes cæteros uetuſtiſſimam, & à multis ſeculis deuolutam, noſtra uero ætate conſiliorum & diuitiarum ingenti fœlicitate, ita florentem, ut magnis quoq; regibus par eſſe, quibuſdam uero ſuperior quoq; prædicetur, nemo eſt hominum qui hodie uiuat & neſciat. His rebus itaq; ille omnibus ad priſtinam fœlicitatem, qua inter priſcos olim imperatores in pretio habebatur, deeſſe ſibi nihil prorſus arbitrabitur, quin ſupereſſe plurimũ, & auctã priſtinam ſuam beatitudinem multis modis exiſtimabit. Iſthic itaq; apud C.T. tanquã ex ædita & inexpugnabili arce, ſuos hoſtes belligerantes & propria tandem internitione pereuntes procul aſpiciat: Sperabit autem atrocis quoq; illius, quem alterum eius hoſtem eſſe ἀλλοτυδίδην πόλεμον gerere dicimus, iniuriã auxilio ueſtro profligandam eſſe, & artis eius, quam ille tot ſudoribus ac uigilijs reparauit & ſtabiliuit, & proinde ſollicitus de ea nõ eſſe omnino nequit, ueris ſectatoribus uiã muniendã eſſe, ut liberè expatiari liceat, & per loca peregrina, hactenus omnibus noſtris imperuia, materiei medicinalis cuiuſq; generis copiam colligere & ad idoneũ uſum reponere queant. Nam ita demum artem, ad mortalium ſalutem comparatam, cum admiratione hominum, uti priores fecerunt medici, adminiſtrare licebit, eaq; facere quæ per naturam hactenus incredibilia noſtro ſeculo ſunt uiſa, ſed à priſcis hominibus ſæpenumero præſtita fuere. Id autẽ ſic ſeſe habet. Barbara gens dudum latè occupans eas terras è quibus medicamentorum ingens copia Europeis ſuppetebat olim, non ſolum reliquum bellum hoſtiliter gerit, ſed & ſalubritati noſtrorum magna incõmoda adfert. Meminit autem ille, quod olim docuit, ut medicus omnium ſtirpiũ quoad eius fieri queat, aut plurimarũ ſaltẽ quibus utimur frequẽter, peritiã habeat: quòd compoſitorũ medicamentorũ uirtus è ſimpliciũ uigore conſurgit, parua quidem interueniẽte differentia ex componendi arte, & non raro unius medicamenti noxa, totam compoſitionem uitiat. Neq; uero ignorat eam ſcientiam, artem ue nihil, uel exiguum quiddam iuuare poſſe, ſi non potiri cognitis & ad ipſam adhibere cõtingat. Nam ſatis non eſt cognouiſſe, quibus modis noxam nullam adferant, niſi id quoq; teneant, quam uiam ingreſſi adiumẽto ſint mortalium uitę, eiuſq; uiæ poteſtatem habeant. Hæc enim artis eſt facultas. Medicamenta itaq;, non omnibus in locis naſcuntur optima, ſed alia, alio genere regio præſtat: Petroſelinum fert optimum Macedonia, ſcordium pulcherrime Creta, Abſynthium Gallia, Aſphaltum & opobalſamum Iudæa, & in cęteris modo eodem. Quæ uero quibuſq; in regionibus ſunt optima, aut talia non mittuntur, aut non niſi mille modis prius uitiata ad nos portantur. quando enim iam olim imperium totius obtinentibus, & libera commercia faciẽtibus: harum rerum ſtudioſis hominibus, tamen nõ paſſim nec apud omnes reperirentur ſimplices medicinæ, optimæ, nam uix apud paucos & nõ niſi ſummos imperatores: quãto minus hoc tempore, in tanta rerum ac hominum difficultate, late tenentibus omnia loca barbaris & ferocibus hominibus, & uirorum ad id idoneorum commercia prohibentibus, & proinde improborum auaritiæ ac libidini nullam non impoſturę occaſionem facientibus. Sic diſcere quidem ſingulorum ſimplicium naturas & audire ab auctoribus ſuis licet: ſed in ſuis quæq; locis cognoſcere & inde petere, uti priores medici, παλαιολογωτατοὶ & admirãdi illi cõſueuerãt, nõ contingit, quoad barbara ſęuities ea loca latè occupãs imperuia reddet. Sperat autem & optat Galenus quemadmodum ſibi imperatorum beneficio omnia tuto accedere, & ſingula ſuis in locis cognoſcere & inde aſportare contigit (nam latè imperabant tum illi) ita nunc artis ſuæ ſectatoribus idem contingere poſſit. Per C. uero T. quis id hoc tempore non ſperet, cuius Imperatoria Maieſtas uocem & libenter audit in rebus maximis, & conſilio frequenter utitur: in primis uero poſtquam ultro earum rerum conſultationem ſuis principibus deliberandam nunc proponit. Decet in primis imperatores, maximis etiam in rebus, talium quoq; curam habere, ue luti pri-

lib. primo de Antidotis Col. 373. D. To. 5.

To. 5. 367.

luti priſci illi habuerunt olim, quantumuis magnis negotijs occupati. Tuæ quoq; Celſitudini hoc ipſum erit magnificum & præclarum. Nam principem inter Germanos primatem decet, ſalubritati quoq; ſuorum conſulere, quemadmodum trãquillitati pridem conſuluit. Antiſtiti uero eccleſiæ in primis erit magnificum, artis eius ſtudium & facultatem promouere, cuius artis tu lum, dominus quoq; ipſe, & caput eccleſiæ, qui Chriſtus eſt, agnoſcere perlibenter & uſurpare nonnunquam uiſus eſt. Sic itaq; apud T.C. hunc autorem Claud. Galenum Pergamenum, ſummum in arte uirum in tuto deponemus: ſupplicantes in primis, uti ſub huius umbra nos quoq; Celſitudo tua, ueluti cæteros diſciplinarũ profeſſores aſſolet, clementer agnoſcere ac ſuſcipere dignetur. Baſileæ Calendis Martij An. M. D. XLII

LECTORI S.

Si quis forte quærat Lector, quur hanc Galeni operum æditionem numero duplici notauerimus: is cognoſcat, nullo nos nouandæ rei inepto ſtudio id feciſſe, ſed Tomorum numerum, Claſsium diuiſioni adieciſſe neceſſariò, Bibliopolis inſeruientes, qui huic mori noſtræ officinæ, in magnis authorum æditionibus iamdudum aſſueuerunt. Claſsium ordinem ſequendum non eſſe, minime putauimus, improbum fore arbitrati, id immutare, quod ab hominibus doctis excogitatum recte, & obſeruatum antè fuiſſet. Ambobus itaq; conſultum ſic eſſe uoluimus, illo, Bibliopolis, qui ueterem noſtrum morem agnoſcent facile: hoc autem Lectori, & cuius nos ſolliciti ſemper ſumus, ueritati: Te uero noſtram operam laudare, & quæ in gratiam ueſtram ita fiunt, animo beneuolo amplecti, non improbare, decet. Vale.

ELENCHVS LIBRORVM
GALENI OMNIVM QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR.

ISAGOGICI LIBRI

Oratio ſuaſoria ad artes, à Ludouico Belliſario medico Mutinenſi nuper latinitate donata. columna 5

Si quis optimus medicus eſt, eundem eſſe philoſophum, eodem interprete. 17

De ſophiſmatis in uerbo contingentibus, liber ab Horatio Limano pridem translatus. 21

An qualitates incorporeæ ſint, liber, eodẽ interprete nuper factus latinus. 27

De propr̃is libris, à Ioanne Fichardo Francofordiano latinitate donatus, pòſt uero ad græci exemplaris fidem caſtigatior redditus. 35

De ordine librorum ſuorũ, ab eodem latinus factus, dehinc aũt emẽdatior etiã æditus. 49

De ſectis, ad eos qui introducuntur, nuper à Lud. Belliſario latinus factus 55

De optima ſecta liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interp. ab eo iterũ recognitus 69

De optimo docendi genere, Des. Eraſmo Roterodamo interprete. 107

De ſubfiguratione emperica, incerto interprete: integritati redditus. 113

De conſtitutione artis medicæ, liber, nuper à Bartholomæo Syluanio translatus. 127

Definitiones medicæ: ab eodem itidem traductæ, atq; ad codicum ueterum collationem emendatæ. 153

Introductio ſeu Medicus: ab Ioanne Andernaco latinus olim factus, poſtea uero per Bartholomæum Syluanium recognitus ad græci exemplaris collationem. 183

Quomodo morbum ſimulantes ſint deprehẽdendi, Io. Fichardo Francofordiano interp. locis plurib. è græco codice reſtitutis. 225

Ars medicinalis, Nicolao Leoniceno interp. ad antiquorum græcorũ fidem recog. 227

TOMVS PRIMVS CLAS

SEM PRIMAM CONTINET,

CVIVS HI SVNT LIBRI

Præfatio Ioannis Montani, digestionis librorum Galeni rationem docens. fol. 2

Galeni De elementis libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, nuper primum in lucem æditi. colum. 1

De temperaturis libri tres, Thoma Linacro interprete, recogniti. 29

In primum & secundum librum Hippocratis De natura humana commentarij, Hermano Cruserio Campensi interprete. 89 Animaduertẽdum est, librum secundũ, simul cũ cõm. Gal. in septima Classe, post librum cui titulus est, Documentum de puero epileptico, collocari posse.

De atra bile liber, nuper à Bartholomæo Syluanio latinus factus. 141

De optima corporis constitutione liber, Ferdinando Balamio Siculo interprete. 155

De bona habitudine liber, eodem interp. 159

De ossibus liber, eodem interprete. 161

De neruorum dissectione liber, olim ab Antonio Fortolo uersus, postea ab Andrea Vesalio Bruxellensi medico aliquot in locis castigatus 175

De uenarum arteriarũq; dissectione liber ab eodem itidem dudum trãslatus, & nuper à Vesalio plerisq; in locis emendatus. 179

An sanguis natura in arterijs cõtineatur, liber aduersus Erasistrati sectatores editus, à Iul. Martiano Rota nuper interpretatus. 197

De Anatomicis administrationib. libri nouẽ, ab Ioanne Andernaco olim conuersi, ac nuper à Vesalio correcti, & penè alij facti. 209

De uuluæ dissectione liber, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. 371

De instrumento odoratus: à Ludouico Bellisario haud ita pridem translatus 379

De usu partium libri xvij, Nicolao Regio Calabro interprete, post Iacobi Syluij, & Martini Gregorij recognitionem, denuo exactissima cura ad antiquissimorum græcorũ exemplarium fidem cãstigati. 389

De usu respiratiõis liber, Iano Cornario interprete, plerisq; in locis recognitus. 807

De causis respirationis liber unus, eodem interprete. 821

De pulsuum usu liber, Thoma Linacro interprete, recognitus. 823

De substantia facultatũ naturalium, fragmentum, nuper è græco conuersum à Bartholomæo Syluanio. 833

De Hipp. & Plat. decretis libri octo, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. 835

De facultatibus naturalibus libri tres, Thoma Linacro interprete, recogniti. 1033

De motu musculorum libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, recogniti. 1103

De motu thoracis & pulmonis fragmentum: quod in antiquis tantum traductionibus legitur. græcum enim non habetur. 1133

Quòd animi mores, corporis tẽperaturam sequantur, liber nuper à Bartholomeo Syluanio traductus. 1135

De fœtuum formatione liber, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. 1153

An omnes particulæ animalis quod in utero est, simul fiant, Nicolao Regio Calabro interprete, græcum exemplar desideratur. 1169

An animal sit id quod in utero est liber, nuper latinus factus Horatio Limano interp. 1171

De semine libri duo, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. 1179

De septimestri partu liber, qui hucusq; græcus impressus non est, eodem interprete. 1225

TOMVS II CLASSIS II

Hippocratis De aere, aquis, & locis libellus, Iano Cornario interprete. fol. 2

Galeni De alimentorum facultatibus libri tres, Martiano Gregorio interprete. colum. 1

De cibis boni & mali succi liber, Ferdinando Balamio interprete. 101

In librum De salubri diæta cõmentarius, Hermano Cruserio Campensi interprete. 123

De attenuante diæta liber, Martino Gregorio interprete. 137

De ptisana liber, Ioanne Polito interp. 149

De paruæ pilæ exercitio liber, Valerio Centanio Vicentino interprete. 155

De cognoscendis curandisq; animi morbis, quas perturbatiões latini appellãt, liber, Bernardino Donato Veronensi interprete. 159

De cuiusq; animi peccatorum notitia atq; medela libellus, nuper à Iun. Paulo Crasso Patauino conuersus 181

De assuetudinibus liber, Nicolao Regio Calabro interprete, græcus desideratur. 197

De sanitate tuenda libri sex, Thoma Linacro interprete, recogniti. 205

Ars tuendæ sanitatis num ad medicinalem artem spectet, an ad exercitatoriam, liber, Iun. Paulo Crasso Patauino interprete, ex secunda eius recognitione. 353

TOMVS III CLAS

SIS III

De differentijs & causis morborum, symptomatumq; libri sex: quorum duo priores à Nicolao Leoniceno, quatuor posteriores à Thoma Linacro uersi, nuperq; ad ueterum exemplarium fidem recogniti, in lucem exeunt. colum. 5

De differentijs febrium lib. duo, Nicolao Leoniceno interprete, ad fidem græcorum codicum recogniti. 113

De inęquali intemperie liber, Thoma Linacro interprete, recognitus. 159

De marasmo liber, Nicolao Lauachio medico Florentino interprete. 167

De comate liber, Nicolao Regio Calabro interprete. 177

De palpitatione, tremore, rigore, & conuulsione liber, Nicolao Lauachio interprete. 185

De difficultate respiratiõis libri tres, Iano Cornario interprete. 203

De plenitudine liber, nuper primũ à Bartholomæo Syluanio conuersus. 275

De tumoribus præter naturã liber, non ita pridem ab Horatio Limano conuersus. 299

De morborum temporibus liber, Ioanne Andernaco interprete, recognitus. 307

De totius morbi temporibus liber, eodem interprete, recognitus. 319

De typis liber, eodem interprete 327

Ad eos qui de typis scripserunt uel de circuitib. liber, eodem interprete. 331

De causis procatarcticis liber, Nic. Regio Calabro interp. recog. græce desideratur. 343

TOMVS IIII CLAS

SIS IIII

De locis affectis libri sex, Gulielmo Copo interprete, ex postrema recognitione. colum. 5

De pulsibus ad tyrones liber, Herman. Cruserio Campensi interprete. 163

De differentijs pulsuum libri quatuor, eodem interprete. 177

De dignotione pulsuum libri quatuor, eodem interprete. 267

De causis pulsuum libri quatuor, eodem interprete. 331

De præcognitione ex pulsibus libri quatuor, eodem interprete. 397

Omnes hi De pulsibus libri ad græcorum codicum fidem castigatiores sunt redditi.

De urinis liber, Iosepho Struthio Polono interprete, recognitus. 469

De crisibus libri tres, ad fidem græcorum exemplarium recogniti. 477

De diebus decretorijs libri tres, Ioanne Andernaco interprete, recogniti. 551

In primum Prorrhetici librum cõmẽtarij tres, Ioanne Vaseo Meldensi interprete. 618

In Prognostica Hippocratis commẽtarij tres, Laurentio Laurentiano Florentino interprete, diligentissime recogniti. 721

De præsagijs ex insomnijs sumendis libellus, Ioanne Fichardo interprete. 815

De præcognitione liber, nuper à Iul. Martiano Rota in latinum sermonem translatus. colum. 817

In primum Hippocratis De morbis uulgarib. librum commentarij tres, Hermanno Cruserio Campensi interprete, plerisque in locis castigati. 363

In tertium Hippocratis librum De morbis uulgaribus commentarij tres, eodem Cruserio interprete, ad fidem antiquissimorũ codicum græcorum recogniti. 504

In sextum Hippocratis librum De morbis uulgaribus commentarij sex, nuper primum latine in lucem exeuntes, Iun. Paulo Crasso Patauino interprete. 549

TOMVS V CLASSES HABET DVAS, V ET VI

CLASSIS QVINTA

De simplicium medicamentorum facultatibus libri undecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete: locis compluribus restitutis ex uetustissimorum exemplarium collatione. colum. 5

De substitutis medicinis liber, nuper à Iul. Martiano Rota latinus factus 313

De purgantium medicamentorum facultate, eodem Iul. Martiano interprete. 319

Quos purgare conueniat, quibus Medicamentis, & quo tempore, liber, eodem Iul. Martiano interprete. Liber hic, prout ordo Montani postulat, in septima classe post methodũ curatiuam ad Glauconẽ poni debuerat. 325

De theriaca ad Pisonem liber, Ioanne Andernaco interprete, exactissime emendatus. 331

De usu theriacæ ad Pamphilianum liber, nuper primum à Iul. Martiano Rota translatus. 359

De antidotis libri duo, ab eodem Iul. Martiano latinitate donati 365

De compositione medicamentorum localium libri decem, à Iano Cornario medico olim conuersi, ac nuper à Nicolao Macchello medico Mutinensi ad ueterum græcorum codicum fidem castigati. 433

De compositione medicamentorum per genera libri septem, olim à Ioanne Andernaco latinitate donati, postea uero magna diligentia ad uerbum recogniti emẽdaticq; per Bartholomæum Syluanium Salonensem. 791

De ponderibus ac mensuris, Andrea Alciato interprete. 1043

CLASSIS SEXTA

De hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, cutis concisione, siue scarificatione. Ferdinando Balamio interprete. 1051

De uenę sectione aduersus Erasistratum liber, Iosepho Tectandro Cracouiensi interprete, ad græcorum exemplarium fidem recognitus. 1053

De uenæ sectione aduersus Erasistratæos qui Romæ degebãt, liber, eodẽ Iosepho Tectandro interprete, etiam ad Græcorum exemplarium fidem recognitus 1069

De curandi ratione per sanguinis missionem liber, Theodorico Gaudano interpr. ad græcorum codicũ collationem recognitus. 1093

TOMVS VI CLASSIS VII

De medendi methodo libri 14. Thoma Linacro interprete, denuo magna diligentia Martini Gregorij recogniti. colum. 5

De arte curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ad fidem græcorum codicum recogniti. 305 Liber cui titulus est Quos & quando &c. huic libro non incommode successerit.

In libros Hippocratis De uictus ratione in morbis acutis, commentarij quatuor, Ioanne Vasseo Meldensi interprete: plerisq; in locis castigati ex ueterum græcorum codicum collatione. 407

De remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatrio latino sermoni traditus, & à Iun. Paulo Crasso Patauino accuratissime castigatus 567

De remedijs paratu facilibus ad Solonem, spurius, nuper à Iun. Paulo Crasso in latinam linguam transfusus 583

Liber tertius De remedijs paratu facilibus, spurius, nuper latinus factus eodem interp. 628

Documentũ de puero epileptico, Nicolao Leonico Thomęo interprete: cuius tralatio anno superiore primum in lucem prodijt 659

De incantatione, & amuletis, & colli suspensione &c. incerto interprete, spurius. græce non habetur. 667

De oculis therapeuticon, Demetrio Græco interprete, diligentissime recognitus: spurius. græcum exemplar desideratur. 671

De renum affectuum dignotione atq; medela, Christophoro Heyl interprete, accuratissime ad græcorum codicum fidem recognitus: spurius 707

In librum Hippocratis De ijs quæ in medicatrina fiunt, commentarij tres, nouiter Ioanne Bernardo Felicíano latinitate donati. 727

In librum Hippocratis De fracturis commentarij tres, eodem interprete: non admodum pridem conuersi. 823

In librum Hippocratis De articulis, cõmentarij quatuor, eodẽ Feliciano interprete nuper primum in lucem producti. 927

TOMVS SEPTIMVS EXTRA ORDINEM CLASSIVM

Galeni in Aphorismos Hippocratis libri septem, olim à Nicolao Leoniceno translati, ex plurium antiquorum codicum collatione à Iul. Martiano Rota & Antonio Musa diligentissime recogniti. colum. 5

Aduersus Lycum, quod nihil in eo aphorismo Hippocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescunt, plurimum habent caloris innati: liber nuper primum latine æditus, Iulio Alexandrino Tridentino interprete. 231

Cõtra ea quæ à Iuliano in Hippocratis Aphorismos dicta sunt, liber etiam tunc primum latinus factus, eodem Iulio Alexandrino interprete. 249

Linguarum Hippocratis expositio nuper latinitate donata, Mario Nizolio Brixellensi interprete. 265

TOMVS OCTAVVS LIBROS HABET SPVRIOS, ET QVI Græce desiderati, ex antiquis solum translationibus supersunt. Hoc loco obseruandum, in ijsdem translationibus antiquis superesse nihil, quod in hac æditione non reperiatur. id quod eo admonemus, ne quem decipiat inscriptionum uarietas. Sunt enim libri aut ijdem, uerum alijs titulis insigniti, aut horum partes, aut fragmenta: uelut, Opus quod illic Miamir appellatur, idem est cum eo quod De compositione medicamentorum secundum loca inscribitur. Libri De iuuamentis partium, compendia sunt librorum De usu partium. Libellus De præsagitura, finis est libri De constitutione medicinæ. Et qui De commoditatibus theriacæ inscribitur, fragmentum libri est De Theriaca ad Pisonem

De historia Philosophica lib. nuper à Iul. Martiano Rota latinitate donatus to. 5.

Prognostica de infirmorum decubitu ex mathematica scientia, à Iosepho Struthio interpretata. 41

De partibus artis medicinæ liber, Nicolao Regio Calabro interprete. 57

De dynamidijs liber sine principio. 65

Alter liber de dynamidijs. 67

De spermate liber. 135

De natura & ordine cuiuslibet corporis. 153

De anatomia parua. 159

De anatomia uiuorum. 161

De anatomia oculorum, Nicolao Regio Calabro interprete. 215

De compagine membrorum, siue De natura humana. 219

De uirtutibus nostrum corpus dispensantibus. 225

De uoce & anhelitu. 227

De utilitate respirationis. 233

Compendium pulsuum. 245

De motibus manifestis & obscuris liber, quem Ioannitius de græca lingua in arabicam transtulit, Marcus autem Toletanus de arabica in latinam. 249

De dissolutione continui. 267

De bonitate aquæ liber. 285

De uinis liber. 287

Præsagium experientia confirmatum, Georgio Valla interpretete. 291

De utinę significatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. 295

De simplicibus medicamentis ad Paternium. 299

De uirtute Centaureę, Nicolao Regio Calabro interprete. 345

De cathartícis. 351

De gynæceis, id est passionibus mulierum, Nicolao Regio Calabro interprete. 355

Liber secretorum ad Monteum 358

De medicinis expertis liber cui titulus est, Medicinalis experimentatio. 387

De malancholia ex Galeno, Rufo, & Possidonio, primum nuper latinus factus, Iulio Martiano Rota interprete. 409

De cura icteri liber. 415

De cura lapidis liber. 419

Quæsita in Hippocratem. 425

Rationem ordinis, operis totius cognoscere li cet ex epistola doctiss. uiri Io. Baptistæ Montani: initio primi tomi. Numeri, qui in marginibus appositi passim fuere: in cæteris quidem Capitũ, In libris uero Aphorismorũ, Prorrheticõn & Prognosticõn, sententiarum diuisionem atq; ordinem significant. Eos apposuimus, sequentes partim suorum interpretum rationem: partim, ubi id non factitarũt illi, æditionis antiquæ hactenus receptas distinctiones. Ad margines uero appositi sunt, ut si quis uti uolet ijs, queat commode: sin placeat minus, fingere possit non adesse. Vsus eorum est non exiguus in scholis ac disputationibus, quando loci materierum præcise citandi sunt.

ELENCHVS LIBRORVM GALENI IVXTA ORDINEM ALPHABETI.

A

Ad eos qui de typis scripserunt to.3.331.
Aduersus Lycũ, de Aphorismo Hipp. Qui
crescunt, plur.hab.caloris innati to.7.231
de Alimentorum facultatibus lib.3 to.2.1
an animal sit id quod in utero est to.1.1171.
anatomia parua to.8.159
antomia uiuorum to.8.161
antomia oculorum to.8.215
anatomicis administrationibus lib.9 to.1.209
an sanguis natura in arterijs contineatur to.1.179
an omnes particulæ animalis quod in utero est, simul fiant to.1.1169
an qualitates incorporeæ sint. Isag. 27
de antidotis lib.2 to.5.365
in Aphorismos Hippocratis lib.7 to.7.5
ars medicinalis Isag.227.
ars tuẽdæ sanitatis, num ad medicinalẽ artẽ spectet an ad exercitatoriam to.2.353
arte curatiua to.6.355.
assuetudinibus liber to.2.197
atra bile to.1.141
attenuante diæta to.2.137

B

de Bona habitudine to.1.159
bonitate aquæ to.8.285

C

de Catharticis to.8.351
causis procatarcticis to.3.343
causis pulsuum lib. 4 to.4.331
causis respirationis to.1.821
cibis boni & mali succi to.2.101
cognoscendis curandisq; animi morbis to.2.159
comate liber to.3.177
compagine membrorum to.8.219
Compendium pulsuum to.8.245
compositione medicamentorũ localium lib.10 433
to.5
composit.medicament.per genera li.7 to.5.791
constitutione artis medicæ Isag.127
Cõtra ea quę à Iuliano in Hipp.aphoris. dicta sunt to.7
crisibus lib.3 to.4 77
cuiusq; animi peccatorũ notitia & medela to.2.181
curandi ratione per sanguinis missionẽ to.5.1093

D

Definitiones medicæ Isag.153
de Diebus decretorijs li.3 to.4.551.
differentijs & causis morborum symptomatumq; lib.6 to.3.5
differentijs febrium lib.2 to.3.113
differentijs pulsuum lib.4 to.4.177
difficultate respirationis to.3.203
dignotione pulsuum lib.4 to.4.267
dissolutione cõtinui to.8.267
dynamidijs to.8.65
dynamidijs alter to.8.67
documentum de puero epileptico to.6.659

E

de Elementis lib.2 to.1.col.1

F

de Facultatibus naturalibus lib.3 to.1.1033
fœtuum formatione to.1.1135

G

de Gynæceis to.8.355

H

Hippocratis de aere, aquis & locis lib. to.2.fol.2
de Hippocratis & Platonis decretis lib.8 to.1.835
in Hipp.1.& 2.lib.de natura humana com. to.1.89
In Hip.librum De salubri diæta commentarius to.2 123
in Hipp.1.de morbis uulgaribus com.3 to.3.363
in Hipp.li. 3. De morbis uulgaribus commentarij 3. to.3.504
in Hipp.6.li.de morbis uulgarib.com.6 to.3.549
in HippProrrhetic.lib.1.com.3 to.4.611
in Hipp.Prognostica com.3 to.4.721
in Hipp.lib. De uictus ratione in morbis acutis com.4 to.6.407
in Hip.li. De ijs quæ in Medicatrina fiunt t.6.727
in Hipp.lib. De fracturis com.3 to.6.823
in Hip.lib. De articulis com.4 to.6.927
Hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, cutis concisione to.5.1051
historia Philosophica to.8.5

I

de Icteri cura to.8.415
Inæquali intemperie to 3.159
Incantatione, & amuletis, & colli susp.cõ. to.6667
instrumento odoratus to.1.379
interiorib. uide De locis affectis
ingenio sanitatis, uide Methodus medendi
introductio, seu Medicus Isag.183

L

Lapidis cura to.8.419
linguarum Hipp.expositio to.7.265
de locis affectis, aliàs De interioribus lib.6 to.4.5

M

de Marasmo lib, to 3.167
De medicinis expertis to.8.387
melancholia to.8.409
methodo medendi, lib.14 to.6.5
miamir. quęre De compositione medicamẽtorum localium
morborum temporibus to.3.307
motibus manifestis & obscuris to.8.249
motu musculorum lib.2 to.1.1103
motu thoracis & pulmonis to.1.1133

N

de Neruorum dissectione lib. to.1.175
natura & ordine cuiuslibet corporis to.8.153

O

de Oculis therapeuticon to.9.671
optima corporis constitutione to.1.155
optima secta Isag.69
optimo docendi genere Isag.109
oratio suasoria ad artes Isag.col.5
ordine librorum suorum Isag.49
ossibus liber to.1.161

P

de Palpitatione, tremore, rigore & conuulsione to.3. 185
de partibus artis medicinæ to.8.57
paruę pilæ exercitio to.2.155
plenitudine to.3.275
ponderib.ac mensuris to.5.1043
prænotione liber to.4.817
prænotione ex pulsib.lib.4. to.4.397
præsagijs ex insomnijs sumendis to.4.815
præsagium experientia confirmatum to.8.291
prognostica de infirmorum decubitu to.8.41
de propriis libris Isag.35
ptisana to.2.149
pulsuum usu to.1.823
pulsibus ad tyrones to.4.163
purgantium medicamentorũ facultate to.5.319

Q

Quæsita in Hipp. to.8.425
quod animi mores corporis temperaturam sequantur to.1.1135
quomodo morbum simulantes sint deprehendendi Isag.225
quos purgare conueniat, quibus medicamentis, & quo tempore to.5.325

R

de Regimine sanitatis. uide De tuenda sanitate
remedijs paratu facilib. to.6.567
remedijs paratu facilib.ad Solonem to.6.593
remed.paratu facilibus lib.3. to.6.628
renum affectuũ dignotione atq; medela to.6.707

S

de Sanitate tuenda lib.6. to.2.205
secretorum lib.ad Monteum to.8.358
sectis ad eos qui introducuntur Isag.55
semine lib.2 to.1.1179
septimestri partu to.1.1223
simplicibus medicamentis to.8.299
simplicium medicamentorum facultatibus lib.11. to.5.
si quis optimus medicus est, eundem esse philosophum Isag.17
sophismatis in uerbo contingentibus Isag.21
spermate lib. to.8.133
subfiguratione empirica Isag.113
substantia facultatum naturalium to.1.833
substitutis medicinis to.5.313

T

de Temperaturis lib.3 to.1.29
theriaca ad Pisonem to.5.331
totius morbi temporibus to.3.319
tumoribus præter naturam to.3.299
typis liber to.3.327

V

de Venarum arteriarumq; dissectione to.1.179
uenæ sectione aduersus Erasistratum to.5.1053
uenæ sectione aduersus Erasistratæos qui Romæ degebant to.5.1069
uinis to.8.287
uirtute Centaureæ to.8.345
uirtutibus nostrũ corpus dispensantibus to.8.225
urinis liber to.4.467
uoce & anhelitu to.8.227
urinæ significatione ex Hipp. to.8.295
usu partium lib.17. to.1.389
usu respirationis to.1.807
usu theriacæ to.5.359
utilitate respirationis to.8.233
uuluæ dissectione liber to.1.371

FINIS.

Errorum castigationes quære cum in fine primi tomi, tum in calce Indicis.

OPERVM GALENI

LIBRI ISAGOGICI

ARTIS MEDICAE PRIMA QVAEQVE ELEMENTA COMPLECTENTES,

nullo Tomorum numero insigniti, ut quocunqs loco uolet, reponere lector posit.

CATALOGVM EORVM PAGINA VERSA EXHIBEBIT.



BASILEAE. M D XLII

ISAGOGICI LIBRI QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Oratio suasoria ad artes, Ludouico Bellisario medico Mutinensi interp. colũna 5
Si quis optimus medicus est, eundem esse philosophum, eodem interprete. 17
De sophismatis in uerbo contingentibus, liber ab Horatio Limano translatus 21
An qualitates incorporeæ sint, eodem interprete. 27
De libris propriis liber, Ioanne Fichardo Francofordiano interp. recognitus. 35
De ordine librorum suorum, ab eodem latinus olim factus, recog. 49
De sectis ad eos, qui introducuntur liber, à Ludouico Bellisario in latinum sermonem conuersus. 55
De optima secta liber, Iunio Paulo Crasso Patauino interprete, recognitus. 69
De optimo dicendi genere, Des. Erasmo Roterodamo interprete. 107
De subfiguratione empirica, incerto interprete. 113
De constitutione artis medicæ liber, à Bartholomæo Syluanio translatus. 127
Definitiones medicæ, qui liber ab eodem est itidem traductus, atq; ex codicum ueterum collatione plurimis in locis auctus. 153
Introductio seu medicus: hunc librum Ioannes Andernacus latinum olim fecerat, nuper uero Bartholomęus Syluanius recognouit ex græci exemplaris collatione. 183
Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete, recognitus. 225
Ars medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, recog. 227

CL. GALENI PARAPHRASTAE MENODOTI FILII SVASORIA AD ARTES ORATIO.

LVDOVICO BELLISARIO MEDICO MVTINENSI INTERPRETE.

ANimãtiũ generi, quod irrationale appellatur, nulla omnino data ratio sit, sane dubium est. nam etsi caret ea, quæ in uoce uersat, quam sermonẽ nominãt, quæ tamen animo concipitur, quam ratiocinium dicunt, eius fortasse particeps omne genus animalium est, quanq; aliis pars eius, aliis liberalius tributa sit. sed profecto quàm cęteris animantibus homo sit hac ipsa ratione præstantior, nemo est qui dubitet. Cernimus enim q; multæ sint artes, quas hoc animantiũ genus exercet: idq; unum reperiri, quod uel capax scientię sit, uel artẽ quamlibet percipere possit. quandoquidem cęterę animantes omnes, paucis quibusdam exceptis, artiũ expertes cõspiciunt: eędẽq; paucę, quæ artes aliquas tractare uidentur, has natura potius, q; instituto cõsecutę sunt. homo aũt ita ad artes aptus est, ut si quę in alio animantiũ genere sunt, ne eas quidẽ immeditatas relinquat. quippe cũ aranei texturam imitetur, opera exemplo apum effingat, uim nantis animalis exerceat, quanq; ipse in pedestri genere est. sed nec diuinas artes omittit, siquidem in arte medendi tum Aesculapiũ, tum etiam Apollinem æmulatur: quem in cæteris etiã artibus, quibus hic Deus præditus est, imitatur, sagittandi, canendi, diuinandi: itemq; illarũ omniũ studia sequitur, quę singulis musis singulę proprię sunt. neq; enim se à geometria, neque ab astronomia abducit, sed, ut inquit Pindarus, quicquid & in se terra occultat, & ultra cœlum positũ est, contemplatur. quin etiam quod in diuinis bonis maximum est, philosophiam industria & labore consecutus est. Ob eam igitur rem quanquã rationis particeps sit reliquum animantium genus, homo tamen cum longe cæteris sit ratione præstantior, ipse unus excellentiæ magnitudine animal rationale nũcupat. Quid ergo? an nõ turpe est, quę res una homini cõmunicata est cum Diis, eam cũ neglectam habeas, de cæteris solicitũ esse? ita artium studia contemnas? te ipsum manibus fortunæ cõmittas? cuius indicare nequitiã cum ueteres constituissent, eam siue pingendam suscipererẽt, siue fingendam, in fœmineã speciem exprimere non contenti (quanquam hoc satis aptum erat amentię signum) gubernaculum etiam manibus habẽdum dederunt: basim pedibus globosam subiecerunt: eam denicq; orbatam oculis effinxerunt: ut scilicet per has figurandi rationes fortunæ inconstantiam expressam ostenderẽt. Vt igitur in naui adeo tempestatibus iactata, ut & fluctibus obruatur, & submergi periclitetur, eius gubernaculũ cæco gubernatori male cõmendari putauerim: sic in uita quoque degenda, ubi naufragia domibus maiora q; nauibus in mari contingunt, non recti iudicij est, qui per hæc rerũ discrimina cęcæ se Deę eidemq; mutabili credat: quippe quæ tam stupida tamq; amens est, ut & dignos negligat, & indignis diuitias tribuat, & eas quidem nõ stabiles, sed quas eadem ratione qua dedit, eripiat. Deam hanc insciа hominum maximo numero turba comitatur. quę Dea nunquã stabili sede quiescit, sed basi innixa uolubili late rapitẽ uaga ferturq;, ut in præcipitia sæpe, sæpe etiam in pelagus ruat. ubi ut eius miseri sequaces communi morte intereunt, sic illa sola sine noxa euadit, eosq; perdita iam opera lugẽtes, ipsamq; accusantes irridet. Sed talia fortunæ opera sunt. Mercurium uero tanq; orationis parẽtem & artium omnium authorem aspice rursus ut alia quàm fortunam effigie tum pictores tum plastæ decorarunt. nam iuuenis est formosus, nec eiusmodi, ut fucatum quicquam in eo aut comptum deprehendas, sed in cuius forma animi uirtutes protinus eluceant. est enim hilari uultu, acribus oculis, basi innititur sic undiq; figuratę, ut quadrantal referat, qua maxime figura res ipsa stabilis atq; immobilis redditur. Quin & ipsum Deum eadẽ hac figura interdum honestant. Cuius etiam comites æque ac dux ipse Deus hilares splendidiq; conspiciuntur, nec unquã de suo principe queruli, quales fortunę sequaces memorauimus, nec ab eo ulla in parte seiuncti, neq; diuisi: sed eius semper assecłæ, semperq; prouidentia eiusdem fruentes. Fortunæ uero sequacem cœtum omnem desidem cernes, nec ullis artibus eruditũ, sed spe uaria semper deductum, currẽtemq; Deam cõmuni quidẽ sed impari cursu sequentem. nam alij longius distare uidentur, alij propius accedere, alij de manu etiam Deæ pendere, in quibus Crœsum illũ Lydum conspicies, Samiumq; Polycratem: eosq; fortasse miraberis, dum alteri Pactolum cernes auro fluentem, alteri marinos etiam pisces inseruientes. eiusdem ordinis Cyrum, Priamum, Dionysium reperies, quorum tamen omnium status adeo mutabilis est, ut paulo post Polycratẽ cruci affixum inspicias, Crœsum Cyri imperio subditũ, Cyrum in aliorum potestate constitutum, Priamum, Dionysiumq;, ambos Corinthi obstrictos. si in cæteros autem te uertas, qui fortunæ cursum sequuntur quidem, sed tamen non cõsequunt, odio hos omnino

omnino habebis. siquidem plerique aut populi con A
citatores sunt, aut meretrices, aut cinędi, aut ami-
citiæ proditores, tum homicidæ, tũ rapaces, tum
etiam sepulchrorũ prędatores: nec plerique desunt
in id scelus inuecti, ut ne Dijs quidẽ ipsis parcant,
sed nefanda etiã sacrilegia cõmittant. Mercurij ue
ro chorus modestos omes continet, eosdẽq; artiũ
peritos, nõ currentes, non exclamãtes, non inter
se dissidentes, sed inter quos mediũ Deus ipse lo-
cum teneat. hi uero ordine omnes circũdispositi
sunt, sic ut nulli locũ ab eo designatum relinquãt,
eo tamen discrimine: ut qui primã sedem Deoq;
proximã in ambitu occupant, ij geometræ, arith-
metici, astronomi, philosophi, medici, grãmatici
sint. qui uero alterã tenent, ij secundũ chorum cõ
stituunt, in quo pictores, plastę, sculptores, fabri, B
architecti, magistri prima rudimenta docẽtes con
spiciantur. post quos tertius locus sequitur, quo
cæteri artifices omnes continentur. Sic singulis
quidem sedes assignatæ propriæ sunt, omnes ta-
men pariter intuẽtur in Deum, eiusq; cõmuni pa-
rent imperio. sed & apud ipsum Mercurium ple-
rosq; conspicies, quos ille ordine quodam electo
donauit, sibiq; socios nunq; à latere diuellendos
adiunxit, & eos quidem eiusmodi, ut maxime ab
ijs, quorum fautricem fortunã diximus, abhorre-
re conspiciãtur. neq; enim gestis in ciuitate hono
ribus, neq; generis nobilitate, neq; diuitijs solet
hic Deus homínum iudicare præstantiã: sed quis-
quis & bene uiuit, & cæteris est sua arte præstan-
tior, eamq; legitime exercet, & iussis obsequitur C
Dei, hunc ille plurimi facit, hunc cæteris antepo-
nit, hunc à se nunquam discedere patitur. Viro-
rum igitur nomina, qui hunc ordinem illustrant,
si ipse intelligas, eos non solum æmulatione di-
gnos, sed etiam ueneratione putabis. Hic cernes
Socratem, cernes Platonem, Homerum, Hippo
cratem, & qui hos uiros sequuntur, quos omnes
Deus & sibi ministros elegit, & apud se primos,
& quasi alteros Mercurios esse uoluit, quos nos
æque ac Deos colimus, & ueneramur. Sed tamen
è cęteris etiam omnibus qui Deo curę non sit, ne
mo est. ille enim non solum curat, quos coram se
conspicit, sed etiam nauigantibus adest, quibus se
nauigationis quoq; socium præbet: ut, si forte nau
fragium fecerint, his opem possit afferre. Aristip- D
pus enim cum olim sic misere nauigasset, ut naui
tempestatibus perdita, in Syracusia littora eiectus
esset, primum fiduciam cepit, existimãs se ad Grę
cos & sapientes uiros, non ad barbaros esse dela-
tum, argumento quòd geometricam figuram in
arena descriptam uidisset: deinde Syracusas acce-
dens, ut in gymnasium uenit, quo loco illud Grę-
ce exprompsit,

Quis uagum atq; errantem Oedipum
Hodie rariś excipiet muneribus?

habuit qui sibi occurrerent, & salutationibus ex-
cipientes agnoscerent, & præstantem quidem ui-
rum, sed tunc egenum necessarijs rebus donarent.
cum autem Cyrenem eiusdem Aristippi patriam
è Syracusis quidam nauigare constituissent: ideò
que ex eo quærerent, nunquid familiæ suæ man-
dare uellet: præcipite meis, inquit, ut eas res sibi
curent parandas, quæ cum possessore in naufra-
gio erratent. quàm multi igitur miseri sunt, qui-
bus contra quàm ille præcepit, euenire uidemus,
ut cum omnia sua uiuendi consilia in diuitias re-
ferant, si forte in eiusmodi casus incurrerint, ne
tum quidem auri & argenti obliti, sed utroq; cor-
pori undique appenso, cum his & corpus & ani-
mam etiam perdant. nec id miseri intelligere pos-
sunt, à se in primis in genere animalium rationis
experti ea magis diligi, quę sint artibus ornata: e-
quos enim bello aptos, canes quibus uenandi uis
tributa sit, cęteris præferendos arbitrantur. Quin
& seruos artibus curant eruditos, idq; magna ar-
genti impensa, seipsos autẽ neglectos habent, nec
ullius dignitatis esse curant. An igitur turpe non
est, cum seruus decem milibus denariorum æsti-
mandus uideatur, dominũ ne ullo quidem dignũ
existimari? sed quid inquam ullo? ne siquidem gra
tuitam seruitutem polliceatur, qui eum recipiat,
reperiet quencq;. quid item? an non è rebus omni-
bus seipsos tantummodo ignobiles reddunt? nam
cum se nullis artibus instituendos curent, in gene
re animantium rationis experti nõnullas studijs,
quibus uis arti similis est, erudiendas statuant, ser
uum si segnis sit, & artis expers, nihili faciendum
arbitrentur, curam nec prædiorum nec rei ullius
reijciant, sed operam dent, ut hæc omnia quàm o-
ptima sint, quoad eorũ natura patiat, ipsi uero ne
sibi quidem inesse animam intelligentes, seipsos
ex omni parte negligant, haud sane dubium relin
quitur, quin seruis, & ijs quidem abiectis se simi-
les efficiant. Quocirca huic hominum generi iu-
re id obijciendum putarim: ò bone uir domus tua
bene se habet, & serui omnes, & equi, & canes, &
prædia, denicq; quęcq; possides, ijs bene est, tui uero
ipsius cura nulla habet. recte igitur uterq; & De-
mosthenes & Diogenes: quorũ alter oues aureo
uellere opertas eos uocat, qui diuites ijdẽq; rudes
sint: alter eosdem fico in præcipitio natæ assimilã-
dos arbitratur. ut enim eius fructũ non homines sed
corui gracculiq; depascuntur, sic talium diuitum
opes nihil prosunt bonis ciuibus, sed ab adulato-
ribus absumi cernuntur. qui tamen post, si forte lo
cupletis res omnis cõsumpta sit, huic forte occur
rentes, cum eius cognitionẽ dissimulent, sine salu
tatione prætereunt. Qua de re nec ille inelegans,
qui huic locupletũ generi similitudinẽ cum fonti-
bus esse ostendit. quandoquidẽ hos, cum forte hu
more omni exhausti sunt, q ante ab ijsdem aquari
solebãt, mox abducta ueste perringũt. illud igi-
tur non ab re putandũ, quisquis nõ alia re, sed tan-
tum diuitijs efficit ut sit undiq; cõspiciendus, hũc
simul ac diuitijs priuatus sit, à cęteris etiam rebus
destituí, quę ei partę opũ gratia fuerant. nam quid
est, cur his ita nõ eueniat? quando nullum è bonis
proprijs possidẽt, sed alienis semper, & à fortuna
tributis gloriãtur? nõ desunt aũt quibus hoc idem
eueniat

euenìat. nam qui se splendore generis efferunt, ij A
quoq; cũ bonis careãt, quę propria sunt, ad ipsum
genus ostentandum confugiunt, cum ne id qui-
dem intelligant splendori generis, quo admirabi-
les uideri uolunt, perinde ac ciuitatũ numismatis
usu uenire, quę cum apud ipsas ciuitates probata
plurimum ualeant, apud alias tamen gentes & a-
dulterina haberi, & nihili fieri cernunt. qua de re
nõ inepte dictũ uidetur, quod ego sic exprimam.

Nec̨ te in sublime generis extulit decus,
Nec̨ me dum nil habui, aluit genus.

Præclarus igitẽ, ut inquit Plato, thesaurus sunt
maiorum uirtutes: præclarius, posse illud Sthe-
nei obijcere,

Maiores superat uirtutis gloria nostrę.

Si quam em̃ generis decus utilitatẽ affert, eam B
esse putandum est: inde nobis studia moueri æmu
landi uirtutũ exempla, quibus maiores illustrati
sunt, ne si longe ab his egregia illa uirtutis laude
superemur, hoc illis dolorẽ, si modo sensus est uita
defunctis, nobis dedecus afferat. quod etiã eo
maius habeẽ, quo nobilitas magis elucet. nã quis-
quis inscius idemq; genere obscurus est, eum sal-
tem fructum è suo genere capit, ut quicquid in eo
uitij est, id multorũ cognitionem effugiat: quos au
tem splendor sic illustrat generis, ut ne uitia qui-
dem latere permittat, quẽ fructum ijs decus gene-
ris affert? nisi ut cũ miseri sint, noti etiã esse cogan
tur? cũq; suo se genere indignos reddant, grauius
& accusentur, & uituperentur? Itaq; qsquis splen- C
dorem prædicat generis, cum ipse rudis atq; iners
sit, is quicquid in se uitij habet, id minus uenia di-
gnum esse declarat. homines em̃ quos humile ge-
nus obscuros reddit, non eque atq; ij, quos splen-
didum illustres efficit, inquisitione explorati iudi-
cantur: sed illis cq; uis mediocris sua sit uirtus, igno
scimus tamẽ, eosdemq; etiã comprobamus, quod
istorũ deest uirtuti, ignobilitati ascribẽtes. hos ue-
ro nisi eã laudẽ adepti sint, quę digna sit maiorum
uirtutibus, etiã si longe cęteris præstare uidentur,
nulla tamen admiratione dignos esse putamus. ex
quibus rebus intelligiẽ, nisi quis admodũ uecors
sit, artes nobis esse suscipiẽdas, easdẽq; tractandas.
quæ res efficiet, ut siue quis nobilis sit, suo dignus
genere uideatur, siue ignobilis, ipse suum genus
illustret, antiquũ illum imitatus Themistoclem, D
qui cũ ei olim genus probro obijceretur, Ego, in-
quit, posteris meis lucem excito, & meum ex me
genus ortum habet, tuum uero in te desinit. notus
etiam est Scytha ille Anacharsis quàm & admira
bilis apud omnes sit, ut sapiens appellet, quanq;
barbarus erat, qui et ipse cum olim sibi barbariem
exprobrari audiuisset, tum inquit: Patria mihi de-
decori est, tu uero patriæ. ut his uerbis belle homi
nem reprehẽderet, qui cum nulla laude dignus ui-
deretur, se illustrem splendore patriæ prædicabat.
Si igitur rerum euentus paulo diligẽtius animad-
uertas, reperies non ciuitatum splendorem glo-
riam attulisse ciuibus, sed cõtra et uirtutes ciuium
& eorum in artibus præstantiã nomen decusq; ci-
uitatibus peperisse. Quis enim Stagyras celebret,
nisi hę lumẽ ab Aristotele accepisset? Quis So-
los extollat, nisi his præstãtes uiri Aratus & Chry
sippus eluxissent? Vnde Athenarum gloria tam
longe lateq; propagata est? non soli fœcunditate,
quod tenue satis esse scimus, sed laudibus uirorũ,
qui eo loco nati complures ijdemq; præstantissimi
gloriam suam patriæ impertiti sunt. Hoc autem di
lucide uerum esse cognosces, si tibi in mentem ue-
niat Cleonis & Hyperboli, qui talem fructum ex
nobilitate Athenarum ceperunt, qualem uitia, ut
famosa sint, expostulant.

Dicta sues fuit olim gens Bœotia uecors.

inquit Pindarus. idem rursus.

Si Bœotium edamus suem.

Hæc ille, cum uellet rudis gentis infamiam suo B
carmine breuiter absoluere. is igitur, qui Athení-
ensibus leges tulit, dignus laude uidetur, quod le-
ge prohibuit, nequis patrem aleret, qui filiũ non
artibus erudiendum curasset. nam cum eo maxi-
me tempore artes petendæ sint, quo formosissi-
ma nostra corpora cernuntur: plerisque contin-
git, ut, cum se forma conspicuos intelligant, om-
nem animæ suæ curam spernant, atque reijciant.
post autem, cum iam eos pœnitet, id frustra que-
ruli dicant, utinam forma, quæ me perdidit, male
pereat. ijsdemq; tum uenit in mentem Solonis il-
lud, quo præcipit, nihil magis esse spectandum cũ
uitæ finem. itemq; senectutem accusant, cum se
ipsos debeant, Euripidis uero præceptum laudãt,
non temperantis esse formam supra quàm medio
crem petere. satius ergo putandum est, adulescen-
tes suam formam uernos flores imitatam cogno-
scere, eamq; breuem uoluptatem pollicerí. itaque
& Lesbiam esse laudandam, cum inquit: Formo-
sus tantus est, quantus in cernendi sensum cadit:
Probus uero idem protinus & formosus est. & pa
rendum Soloni, qui hoc idem sentire uidet. con-
tra autem senectutem, quę aptiori & uestitu & do
micilio eget, & mille alijs rebus, tanq; aduersus
tempestatẽ imminentẽ præparare se quenq; debe-
re exemplo boni gubernatoris, qui & procellas
præsentit futuras, & sese multo ante parat, ut earũ
impetum sustinere possit. siquidem miserũ est Ho
meri illud, Rem excors intelligit actam. Quis igi
tur fructus ex formoso eodemq; rudi adolescente C
capi potest? an ad bellũ utilis est? sed potius eius-
modi adolescentibus Poetę illud modo nominati
non ab re obijciendum putarim.

At tibi connubij tractentur mollia facta,
Ito domum, rerumq; tibi sit cura tuarum.

Item de Nireo idem Poeta.

Ad Troiam uenit forma præstantior unus,
Verum mollis erat. qua de re eius semel tan-
tum in enumerandis Græcorum nauibus Poeta
meminit, quòd indicaret, ut mea fert sententia, for-
mæ nullam utilitatẽ esse, nisi res ad usum uitæ ne-
cessaria illi adiuncta sit. Nec uero audiendi sunt
miseri quidam, qui diuitias fructum esse formæ au
dẽt dicere. quęstus enim qui & libero dignus, nec

laudis expers, & ſtabilis ſit, ex arte fieri poſtulat. A ut artibus ipſam præferendã putetis. quandoquidẽ
quem uero formoſus ex ſuo corpore facit, is tur- & apud maiores argenteis donis quotidie celebra
pis eſt, & ſemper ignominię habendus. Itaque ò a- tam, & eque ac armis optimos honoratã intellígi
doleſcentes audite, moneo, uetus illud præceptũ, mus. Eam igitur ob rem ſatius eſt uos aliquam in
ueſtramq; in ſpeculo effigiem interdum inſpicite: hoc genere ſtudij præmeditationem habere. fallit
ut, ſiue quis ueſtrum ſe forma egregium iudicet, enim facile quiſq;, qui rem deliberandam non præ
idem operam det, ne minori animæ laude præcel- meditatus ſuſcipit. Hominum igitur genus ò pue
lat, turpe exiſtimans formoſum corpus rudis ani- ri partim cum Diis, quòd rationis particeps eſt,
mę domicilium eſſe, ſiue ſe cernat deformi, eo magis elaboret, ut animę præſtet pulchritu- partim cum belluis, quòd mortale, cõmunicatum
dine. quò canere illud Homeri poſſit. eſt. uos ergo cõmunicationis meliori parte electa,
Eſt alius cui parua quidem ſit gratia formę, dare bonis artibus operam debetis. quas ſi conſe-
Sed tenuem formam uerbis Deus ornat, & illum quemini, quod in bonis maximum eſt, adepti eri-
Cernere dicentem cunctos iuuat, ora pudore tis. ſin minus, nõ tamẽ uos inertiſſimis belluis pu-
Suffuſum placido: hic reliquos ſupeminet omẽs: debit eſſe deteriores. Athleticũ uero ſtudiũ quiſ-
Hic urbe incedit gaudens. ſibi quiſq; uidetur B quis ſequitur, id niſi cõſequatur, turpiſſimũ eſt: ſi
Inſpexiſſe Deum, dum lumina figit in illum. uero cõſequitur, non tamen belluis melior effici-
Ex quibus omnibus nulli dubium relinquitur, tur. Quis enim leone aut elephanto fortior? quis
niſi quis planè amens ſit, quin neque ſuperbia ge- lepore celerior? Quis item eſt q neſciat, & Deos
neris, neque opum gloria, neque fiducia formæ, ipſos nulla de re prętercą artibus eſſe laudatos? &
contemnenda artiũ ſtudia ſint. Hęc diſſeruiſſe ſat homines præſtantiſſimos diuinis honoribus cele-
erat: ſed fortaſſe non incõmodum eſt addere Dio- bratos, non quia bene uel in ſtadijs cucurrerint,
genis quendam ueluti non reticendum epodum. uel diſcum in ſublime iecerint, uel luctã exercue-
hic cum apud quendam epularetur, qui nulli re- rint, ſed artium beneficia in homines cõtulerint?
rum ſuarum ſtudio, aut diligentia deerat, nullam Aeſculapium quidem & Bacchum, ſiue prius ho
uero ſui ipſius curã habebat, excreans Diogenes mines fuerint, ſiue Dij à prima origine ſint, maxi-
undiq; circumſpexit quò inſpueret, ac tandem be mis honoribus proſequimur & celebramus: alte-
ne agi putauit, ſi cęteris rebus parceret, ipſum ue- rum, quòd medicinę peritus eſt: alterum, q homi-
ro dominũ conſpueret. qui cum indignatus eſſet, nes colendę uitis artem edocuit. q ſi mihi nõ cre-
cauſamq; facti quęreret, tum inquit Diogenes, ni- dis, dei certe Pythij te mouebit authoritas, qui et
hil tam in tota domo neglectum q̃ tu mihi uiſus C Socratem omniũ ſapientiſſimũ pronunciauit, &
es, ſiquidem parietes omnes egregijs picturis or- Lycurgum ſalutans his uerſibus affatus eſt.
natos inſpiciam, pauimentum ex teſſeris tam pre- Te mea cõſpicio uenientẽ ad templa Lycurge,
tioſis extructũ, ut ſimulacra eorum ex ſeſe expreſ- Quẽ chorus omis amat Diuũ, quẽ Iuppiter ipſe.
ſa repręſentent, uaſa omnia pura ac nitentia, lectũ Sis ne Deus dubito, uel ſis mortalis habendus:
& eius fulcra miro artificio elaborata: te uero ha- Sed potius te ſpero Deum numenq; Lycurge.
rum rerum dominũ cernam ex omni parte negle- Idem Deus Archilochũ quãquam uita defun-
ctum: ſolent autem homines loca, quę uilia maxi- ctum non mediocri honore dignatus eſt. cũ enim
me neglectaq; ſint, quò expuant, eligere. Itaq; ò a- qui illum occiderat, ingredi in templum uellet, eo
doleſcẽtes ne patiamini uos eiuſmodi eſſe, ut qui- carmine deterruit Deus.
ſpiam uos conſpuendos putet, ne ſi quidẽ cætera Vatem occidiſti, à templo procul ito profane.
omia in uobis pulcherrima cõſpiciant: quanq; ra- At uero tu mihi uiciſſim narra, quæ Diis un-
ro euenire uidemus, ut in eodẽ nobilitas, diuitiæ, quam cum Athletis alloquia fuerint. quod non fa
forma reperiantur. quę etiã ſi interdũ concurrant, cies: ſiquidem quid dicas, non habes. ſed fortaſſe
turpe tamen uos in eo contemptu haberi, ut cęte- teſtem quaſi non fide dignum reijcies: id enim in-
ris rebus exceptis, uos tantũmodo conſpuamini. D dicare uideris, dum in teſtimonia uulgi oratione
Agite igitur ò adoleſcentuli, qui & me diſſerentẽ uertis, & gloriam petis ex eodem. quãquam ſcio
audiuiſtis, & ad artes cõcitati eſtis, cauete ne quiſ- te, ſiue ægrotes, non medicorum uulgo, ſed pau-
piam fallax & impoſtor ſic animũ ueſtrũ pręſtrin- cis quibuſdam, & ijs quidem arte medendi præ-
gat, ut uos ipſos ſinatis in ſtudium uel prauæ, uel ſtantiſſimis curandũ traderes. ſiue nauiges, non
inanis artis deduci. illudq; intelligite, quęcũq; ho- cuilibet nauigationis miniſtro, ſed uni gubernato
minum ſtudia ad uſum uitę non pertinent, eorum ri commendares. denique & in paruis eandem ra-
nullum, artem eſſe. Sed in cęteris id ipſum uos co- tionem haberes. nam ſi fabrile opus petas, fabro
gnoſcere arbitror: ut in iaciendis teſſeris, ut in ſtu- crederes: ſi calceos, ſutori. ſi igit hæc ita ſunt, cur,
dio uel ambulandi ſuper tenues funiculos, uel uol cum de rebus maximis cauſa agitur, te iudicem
uendi ſe raptim in gyrũ, ſic ut non offundantur ca ipſum conſtituis, uiros autem te ſapientiores reij-
ligines. qualia Myrmeciadis Athenienſis & Cal ciss? ſed ut in præſentia Deos prætereã, audi quid
liſtrati Lacedęmonij ſtudia fuere. Athleticam ue- de Athletis Euripides.
ro tantũmodo ſuſpicor ne, & uiribus corporis & Cum mala innumera per Græciam ſerpant,
populari gloria propoſita, aliquẽ ueſtrũ decipiat, Nullum deterius Athletarum ſtudio eſt.
Qui primum ſibi nec parare diuitias

Patiun-

Patiuntur, dum poſſunt. quo enim modo
Quiſquis eſt gulæ deditus, uentriq; indulget,
Diuitias parabit, ut alat familiam?
Deinde nec ſe egenos, parare ue rebus
Aduerſis. nam in malis diu uerſati
Moribus, res duras pro deſperatis habent.
Rurſus eundem, ſi placet, audi, quàm inutilem omnem Athleticæ partem dixerit.
Quis lucta præſtans, quis pedibus celer,
Quis bene uel diſcum extollens, uel maxillam
Percutiens, patriam ſeruauit coronam?
Quòd ſi minutiora deſideras, audi quę rurſus ſi-
An cum hoſte pugnabunt, dum manibus (le.
Diſcos habent? an clypeis cum è patria
Expellent, pedes dum curſu fatigant?
Nullus. hæc fatua ſunt, ſi ferro conferas. B
Quòd ſi quis Euripidẽ, cæterosq; eius generis authores cõtemnat, philoſophos uero iudices ſta tuendos arbitretur, ex his etiam omnibus quaſi uno ore loquentibus audiet uitio dandam eſſe Athleticam. nec eam uero ab ullis unquam medi cis laudatam nouimus. quandoquidem illud pri mum apud Hippocratẽ leges: Affectio Athletica non eſt ſecundum naturam: melior eſt ſalubris ha bitus. deinde & apud cæteros præſtantes medi cos qui poſt illum fuere, hoc idem reperies. Sed omnino teſtium fide rem agi nolebam: hoc enim potius oratoris eſt, quàm hominis ueritatem co lentis. quia tamen aliqui ad popularem laudem confugiunt, inanemq; gloriam ex uulgo petunt, ſtudiumq; propoſitũ externis rebus remotis con- C templandum negligunt: idcirco teſtes hoc quoq; loco adhibere cogor. ut hi ne in hac parte quidem ſe nobis potiores intelligant. itaque Phrynę illud commemorandum occurrit. Cum olim in conui uio quodam talis ludus celebraretur, ut per uices inter conuiuas quicquid libebat, imperare lice-ret, illa cum cæteras mulieres tum anchuſa, tum ceruſa, tum etiam fuco pictas cerneret, iuſſit aquã afferri, eamque manibus hauſtam ſibi fœminam quamq; ad faciem admouere, mox linteo proti nus eam detergere: quod cum ab illis omnibus, & à Phryna ante alias actum eſſet, cernere erat fa ciem cæteris quidem fœminis continuo maculis repletam, ut laruas te uidere diceres, Phrynę uero formoſiorem redditã. quippe quæ nõ fucata erat, D ſed ſuapte natura formoſa, nullaq; arte ad formam egebat. Quemadmodum igitur uera pulchritudo tunc optime exploratur, cum ipſa per ſe ſola eſt, cæteris omnibus remotis, quę foris aſſumuntur: ſic Athletæ ſtudium perpendere ſolum oportet, uidereq; an ullam utilitatem uel publice ciuitati bus, uel priuatim Athletis ipſis afferat. Cũ igitur bona, quæ in rerum natura continentur, alia ani mi ſint, alia corporis, alia exteriora, nec præter hęc ullum aliud bonorũ genus excogitari poſſit: nulli dubium eſt, quin ne in ſomnis quidem ullius ex bonis animi participes Athletæ ſint: quandoqui dem ne ſi quidem animũ habent, intelligunt: non modo non rationis particípem eum eſſe ſciunt,
A nam cum & ſanguinis, & carnis mole ſe offerent, animam ſuam quaſi largo cœno ſuffocant, atque obruunt, ut nihil paulo reconditum intelligere queant, ſed amentes perinde ac belluę ſint. At hi fortaſſe inſtabunt, ſecq; alicuius è bonis, quę ad cor pus attinent, authores eſſe contendent. ſed quod erit illud? an ſanitatem, in eo genere bonorũ pul cherrimam, id eſſe dicent? immo qui in maiori uitæ periculo ſit, ex uitioſo ſcilicet corporis affec tu reperies neminem, ſiquidem Hippocrati cre das, à quo bonus ad ſummum habitus periculo ſus dictus eſt, quem tamen iſti aſſectantur. quin etiam illud & ab eodem recte ſcriptum eſt, & ab omnibus probatum habetur, ſanitatis ſtudium ci tra & cibi ſatietatem, & rerum omnium tardita tem poſitum eſſe. Athletæ uero ſic contra præ ceptum id agunt, ut plus iuſto ſe & in labori bus corporis retineant, & cibis impleant, & om nino quicquid ſenex ille præcepit, bacchantium more inſanientes contemnant. ille enim cum ſa lubrem uictus rationem præcipere conſtituiſſet, ſic ſcriptum reliquit: Labores, cibi, potiones, ſom ni, uenus, omnia moderata. iſti uero & gymnaſia quotidie ſine modo fatigant, & cibis ſic utuntur, ut eos ui ſæpe ingerant, & ad mediã noctem pro ducant, ut Homeri illud iure in eos dicendum arbitrer.
Noctem Dij reliqui totam, miſeſq; trahebat
Deſeſſus, placido reſoluti membra ſopore.
Sed nullus miſeros Athletas ſomnus habebat.
In ſomnis autem eam moderationem adhibẽt, quę cæteris uitæ ſuæ partibus proportione reſpõ deat. nam cum alij, qui ſecundum naturam ui uunt, à muneribus ſuis deſiſtunt, cibumq; petũt, tunc Athletæ à ſomno excitati, exurgunt: ut eo rum uitam ſues imitatam dicas, niſi ſues neq; im modicis uterẽtur laborib. neq; ui cibis explerẽt: quod utrunq; in Athletis nouimus. adde q ijſdẽ terga rododaphnis dirumpuntur. ad hæc autem, quę ab antiquo Hippocrate dicta retulimus, il lud item ab eodem ſcriptore præceptum habe mus: Multum & ſubito uel implere, uel exinani re, uel calefacere, uel refrigerare, uel modo quo uis alio corpus mouere periculoſum. omne enim multum, inquit, naturæ inimicum. Athletę uero neque hęc præcepta audiunt, neque alia, quæ ut ille recte ſcripta reliquit, ſic iſti negligunt, atque reijciunt, ut omnia agant, quę à præceptis ſalubris uictus abhorreant, ex quibus rebus relinquitur, ut non ſanitatis ſtudium, ſed morbi potius hoc ge nus exercitij dicendũ putarim, idemq; ſentire Hip pocratem, cum inquit, Affectus Athleticus non eſt ſecũdum naturam, melior eſt ſalubris habitus. quibus uerbis Hippocrates non Athleticã ſolum à modo naturę abhorrere declarauit, ſed etiã Ath letici corporis affectui habitus nomen eripuit, ut illos eo nomine priuaret, quod corpori uere ſano ab antiquis tributũ eſt. ſiquidem habitus ſtabilis eſt, uixq; mutabilis affectio: bonus uero ad ſum mum Athletarum habitus & facile mutabilis eſt,

& periculosus. nam cũ neq; capax incrementi sit,
siquidem ad summũ peruenit, neq; possit in eodẽ
consistere, neq; quiescere, relinquitur ut uiã in de-
terius capiat. Habes igitur qualis Athletis dum
Athleticã tractant corporis affectio sit. cũ uero ab
eo studio cessant, deterius multo eorũ corpora af-
fecta cernũtur. aut enim paulo post mortẽ obeũt,
aut si ad prouectam ætatem, nõ tamen ad senectu-
tem perueniunt. quam etiam si attigerint, à Litis
tamen Homeri nihil differunt. quandoquidem
Claudos, rugosos, strabones conspicis illos.

Sicut enim murus urbis machina ante concus-
sus, facile quacunque ui dissicitur, dissipatur que,
neq; terræmotum ferre, neq; casum leuiorem po-
test: sic Athletarum corpora crebris ictibus dum
suo utuntur studio debilitata, ruptaq;, & languida
reddita, lædentibus causis quibuscunq; uel leuissi-
mis obnoxia relinquuntur. oculi enim tum sæpe
circumfossi, spatio temporis cum uires corporis
resistere, ac membra tueri desinunt, fluore, (Græ-
ci rheuma uocant) repleri cernuntur: dentes item,
quos sepe ante concussos, uires interiecto tempo
re destituunt, deciduos fieri uidemus. quin & in-
torti articuli infirmi redduntur, ut ullam uim uel
leuem occursantem ferre nequeant. & quæq; siue
ruptio, siue neruorum diuulsio, quam Græci spas-
ma uocant, facile incidit. Ex quibus rebus patet,
qui in ratione sanitatis magis sit q̃ Athletę miser,
reperiri neminem: ut eos nomine non degenerasse
iure dixeris, siue à misero, quem Græci athlium
dicunt, athletę nominati sint, siue communi origi
ne ambo à miseria, quam athliotitem uocant, tan-
quam ab uno fonte nomẽ acceperint. Sed cum de
maximo ex bonis corporis, quod sanitatem nun-
cupamus, à nobis disputatum sit, ad reliqua eius-
dem generis bona transeundũ est. quantum igitur
pulchritudine præstent, intelliges, si eorũ natura-
lem formã non modo nihil ab Athletica iuuari,
sed etiam eorũ plures, quibus ante satis apta esset
membrorũ compago, à Gymnastis exceptos, sagi
natosq;, & in molẽ carnis ac sanguinis auctos, in
diuersam formæ rationẽ traductos uideas. eorũq;
nonnullis, & ijs maxime, qui pãcratio, aut cæstu
decertant, faciem ex omni parte deformem, uisuq;
horribilem, cernas: sed cum membrum aliquod
planè abruptum est, aut intortum, aut effossi ocu
li, tunc, opinor, tunc inquam maxime pulchritu-
do, quæ fructus Athletici studij est, perspicua eui
densq; efficitur. Hæc igitur, dum se in suo studio
retinent, sibi ad pulchritudinem parant. Cum ue-
ro ab eo dimissi sunt, tum & reliqua corporis sen-
soria pereunt, & membrũ quodq;, ut ante dictum
est, distortum uarijs modis corpus informe red-
dit. Sed in cęteris fortasse, de quibus modo disse-
ruimus, Athletæ cedent: quod uero reliquum est
corporis bonum, quod uires appellamus, id sibi
uendicantes instabunt, (hoc enim est quod mihi
uidere uideor) idemq; cæteris omnibus præuale-
re profitebuntur. sed ô Diį immortales, quænam
sunt eæ uires, quas isti sibi uendicant: aut ad quod

A uitæ munus utiles: an ad agros colendos: sed ô q̃
bene & fodere, & metere, et quicquid aliud, quod
ad agriculturam attinet, agere possunt. sed fortas-
se ad belli munera obeunda: rursus igitur Euripi-
dem accerse, ut eos suis uersibus celebret.

An cum hoste pugnabunt, dum manibus
Discos habent: uere enim
Nullus. hæc fatua sunt, si ferro conferas.

Sed forte cõtra frigus æstumq; ualidi sunt, Her
culis illius æmuli, ut una & per hyemem, & per
æstatem pelle operti uitam traducant: ut sine cal-
ceatu incedant: ut sub dio dormiant: aut humi cu
bent: quin potius ad hæc omnia imbecilliores nu
per natis infantibus cernuntur. Quid igitur reli-
quum est, in quo hi suas uires ostentent: aut quid
B est, ex quo superbi incedant: certe non eo, q̃ uel
sutores, uel ędificatores, uel fabros materiarios in
palæstra substernere, aut in stadio possunt: sed eo
fortasse q̃, dum se in puluere uersant, dies absumi
tur. at eadẽ gloria & perdices & coturnices effer-
ri licebit, quandoquidẽ & ipsæ totum diem cœno
se proluentes consumunt. sed per Iouem Milo ille
Crotoniata immolatum taurum humeris susce-
ptum olim per stadium gestauit. ô incredibilem
amentiã, quando ne id quidem intelligũt, q̃ eius-
dem uictimæ corpus paulo ante cum adhuc uiue-
ret anima sua gestauit, idq; longe facilius quàm
Milo, ut illa currere etiam sub onere posset, quan
quam præ Mironis anima nullius erat dignita-
tis. sed & genus mortis, quam ille obijt, q̃ amens
C esset, declarauit. Nam cum olim in iuuenẽ quen-
dam ligna interiectis cuneis scindentẽ incidisset,
eumq; irridẽs à munere suo abduxisset, ipse solis
iniectis manib. ligni partes utrinq; apprehendẽs,
ausus est eas in diuersa diuellere: sed in primo co-
natu totis exhaustis uiribus, ligni quidem partes
utrinq; usque eò distraxit, ut dimissi cunei decide-
rent, operi uero perficiendo non suffecit, sed diu-
tius renixus, tandem uictus est: nec tamẽ manibus
eripiendis consuluit, quæ à ligni partibus in se re-
currentibus sic attritę sunt, ut post Mironi miserã
mortem inferrent: quàm magnũ igitur fructum
cœpit ex mortuo gestato tauro, quominus in ma-
li quicquam incurreret: q̃ bene res Græcorũ pu-
blicas dum cum Barbaro bella gererẽt, hic Milo-
D nis in tauro labor, non Themistoclis seruauit sa-
pientia: qui ut recte primũ oraculi sententiã asse-
cutus est, sic talem deinde se imperatorem præsti-
tit, qualem tanti imperij ratio postulabat: Sapiẽtis
enim consiliũ unum multorũ manus superat, In-
scitia uero cũ semper per se mala sit, iuncta armis
peior est. Ex ijs igitur, quę dicta sunt, iam satis pa-
tere arbitror, nullã uitæ partẽ reperiri, quæ ullam
ab Athletica utilitatẽ capiat. Athletas uero nec ip
sos ullam sibi è suis actis dignitatẽ parere inde opi
nor cognoscetis, si uobis eam narrẽ fabulã, quam
non inelegans quidam Græcis uersibus expressit,
quos dicam sic ut res possit intelligi.

Si Iouis sententia cunctis animantibus
Communis esset uiuendi ratio

Sic

Sic, ut olympijs dicatus præco
Non solum homines ad certamen uocaret,
Sed & cæteris mandaret animalibus
Vt in stadium uenirent idem: nullus
Opinor, homo ferret coronam, sed in
Dolicho (quasi longo curriculo dicas)
Superior alijs gaudebit equus:
In stadio lepus sibi primas assumet:
In diaula (quasi in ambitum curriculo
Deflexo dixeris) uictoriam feret
Caprea. ita relinquetur excluſus
Homo ab omni pedum uictoria.
O celeres uos, qui exercetis Athleticam.
Sed nec post Herculem quisquam leone
Aut elephanto fortior uidebitur.
Taurum arbitror æstu coronandum.
Asinus inquit, si calcibus contendat,
Ante alios ibit corona superbus.
Quare in historia, qua multa reconduntur,
Scribetur asinus pancratio uicisse
Homines, cum prima & uigesima
Olympiade uisus est rudisse uictor.

Eleganter admodum fabula hac declarantur uires corporis Athletici nihil ad humana munera pertinere: quibus si nil cæteris Athletæ præstant animalibus, quod aliud reliquũ erit in genere bonorum, quod isti sibi uendicent: nam nec, si quis bonum corporis uoluptatem statuat, eius Athletis pars ulla tributa est, siue Athleticã exerceant, siue ab eadem cessarint: quandiu enim sese exer-
C cent, tandiu in laboribus & miserijs cernũtur, nec idcirco tantum quòd crebris fatigationibus rumpuntur, sed etiam quòd ui se cibis explent. cum uero exercitatione deposita se in quietem recepe-
runt, tunc pluribus amissis membris trunco cor-
pore conspiciũtur. Sed eò fortasse se laudib. ex-
tollunt, quòd in congerendis opibus cæteros om
nes superãt: quin potius eos omnes uidere est alie

A no ære obstrictos, non modo dum suo utũtur stu-
dio, sed etiam dum ab eo dimissi quiescunt: ut eo-
rum neminem reperiri liceat diuitis familiæ œco-
nomo quamuis ignobili locupletiorem. Sed nec
hoc ipsum omnino ab eo genere studij diuescere,
quod non artem sed exercitium appellamus, di-
gnum esse putandum est: uerum eam artem tene-
re, quæ nusquam artificem deserat, sed ei semper
assistens, etiamsi in naufragium incidat, cum eo
enatet. qua arte carere uidemus, & qui res locuple
tum procurant, & qui publicani nuncupantur,
quiq; mercaturam exercent, quanquam hi maxi-
me diuitias ab exercitijs parãt. at ijdem uero si for
te pecuniam amiserint, exercitationes unà perdãt
necesse est. quandoquidem hę sorte aliqua egent,
qua se sustineant, quæ quandiu abest, tandiu reno
B uari amissum exercitium nequit. nec uero qui eos
fœneret, reperiunt quenquam, nisi pignorib. aut
hypothecis oppositis. Quocirca si quis uestrũ sta-
bilem certumq; quæstum sibi faciendum optat,
eam artem tractandam suscipiat, quæ nisi artifi-
cis morte finiatur. Cum artium igitur duo prima
genera sint, aliq; nobiles, quę in munere animi po-
sitę sunt, quas liberales uocãt, aliæ ignobiles, quæ
labore corporis tractant, quas mœchanicas appel
lant: satius existimare debetis, si uos primo genere
electo, aliquã ex liberalib. discatis: alię enim dese-
rere artificem in senectute solẽt. in primo genere
sunt Medicina, Rhetorica, Musica, Geometria,
Arithmetica, Cõputãdi scięntia, Astronomia, Grã
matica, Legumq; peritia: quib. adde, si placet, Pla
sticen, & Picturã: nã & si utraq; opificis manu tra
ctatur, neutra tamẽ uirib. iuuenilis corporis eget.
Itaq; ex hoc artiũ genere aliqua uobis ô adolescẽ-
tes eligenda exercẽdaq; est (nisi forte cui ingeniũ
planè hebes sit) in primisq; Medẽdi scięntia, quæ iu
dicio meo in eo genere præstantissima est, quod
deinceps indicabimus.

CL. GALENI SI QVIS OPTIMVS MEDICVS EST, EVNDEM ESSE PHILOSOPHVM:

LVDOVICO BELLISARIO MEDICO MVTINENSI INTERPRETE.

T Athletæ quamplurimi sunt, qui uictoriam ferre ex olympijs optant, nullam tamen operam ut id consequantur, impendũt: sic multis medicis euenire uidemus: qui cum Hippocratem laudent, & in arte medendi cæteris antepo-
V nant: ipsi tamen omne aliud potius agunt, quàm ut ei, quem prædicant, similes efficiãtur. Ille enim non minimum esse, quod in medicinam astrono-
mia conferat, admonet: & geometria scilicet, quæ astronomiam præcedat necesse est: medici uero, qui multi sunt, ab harum utriusque studio usq; eò ipsi abhorrent, ut alios etiam id conantes coargu-
ant. Ille idem naturam corporis, quam totius me-
dicinæ ordinis principium statuit, optimè co-
gnoscendam esse præcipit: at ijdem isti in ea re
ita studium ponunt, ut non modo nullius ex par-
tibus corporis substantiam, aut formationem,
aut magnitudinem, aut nexum, aut quæ est cum
propinquis communicatio, sed ne posituram qui-
dem nouerint. Idemq; quod per genera, speci-
esq; ignota sit morborum diuisio, idcirco medi-
cis à curandi scopis errare cõtingat, animaduertit

Hippocrates

Hippocrates, cum nos ad rationalem contempla- A
tionem (Græci logicam uocant) adhortatur: no-
stræ uero ætatis medici ita ab eius studio auersi
sunt, ut eos etiam, qui in ea re operam consumãt,
quasi inutilia tentantes reprehendant. Sic & ille
idem Hippocrates ad præcognitionem morbo-
rum, & qui præteriere, & qui præsentes, & qui fu-
turi ægro corpori sint, multam nobis parari opor-
tere prouidẽtiam admonuit: at ijdem medici huic
etiam artis parti usque adeo operam nauant, ut si
quis cursum sanguinis è naribus, aut sudorẽ præ-
dixerit, eum & magum, & admirabilia contra-
opinionem omnium loquẽtem exclament: ut ij-
dem isti multo etiã minus, si quid aliud prędictum
sit, sustineant: multo minus formam rationis ui-
ctus ad morbi futurum consistendi uigorem con-
stituant: quanquam eiusmodi rationem ciborum
habendam censet Hippocrates. Quid igitur reli-
quum est, in quo uirum æmulantur? siquidẽ non
in dicendi grauitate, cuius laudem ille assecutus
est: hi uero ita sunt ab ea uirtute remoti, ut eorum
multos uidere liceat bis uerbo in uno peccantes,
quod ne intelligi quidem facile potest. Quibus de
rebus quærendam causam putaui, ob quam isti,
quanquam omnes uirum admirantur, à lectione
tamen eiusdem scriptoris sese auertant: uel si quis
eius scripta legit, non tamen ea intelligit, quæ ab
authore dicuntur: uel etiam si intelligat, non ta-
men ad eam intelligentiam exercitationem adiun
git, ut disciplinam confirmet, atque ad habitũ per-
ducat, compertum habens, nos eam laudem, quæ C
in quocunque rerum genere summa est, uolunta-
te simul, & potentia consequi: ut quisquis earum
altera careat, eum à fine, quem expectat, frustrari
necesse sit. etenim ne ab Athletarum exemplo di-
scedam, aut quia carent innata corporis habilita-
te, aut quia sine exercitatiõe id languescere sinũt:
ideirco quod optant, id consequi non posse uide-
mus. at illis ijsdem Athletis si corporis habitus di
gnus uictoria sit, si exercitatio reprehensione ca-
reat, quid est, quod eos impedire possit, ne coronã
è certamine ferant? num igitur utriusque rei ino-
pes nostri temporis medici sunt, ut neque faculta
tem, neque uoluntatem satis dignam in artis stu-
dium conferant? an cum alteram habeant, altera
carent? nũc igitur nasci neminem, qui artis capax D
tam humanæ sit, alienum à ratione mihi uidetur,
cum mũdus idem sit, qui olim fuit, tempora eun-
dem ordinem seruent, sol circuitus suos nulla ex
parte mutatos percurrat, denique quæcũq; stella si-
ue fixa siue errãs eandẽ omnino status rationẽ re
tineat. Verũ ratiõabile est, tũ propter malã uictus
rationẽ, qua tẽporib. his utunt homines, tũ pro-
pter diuitias uirtuti prepositas, uel qualis Phidias
inter plastas, uel qualis inter pictores Apelles, uel
qualis inter medicos Hipp. talem hac ætate effici
neminem. quãquam nobis, quibus post antiquos
illos nasci contigit, & ab ijsdem artes plurimum
prouectas accipere, non paulo plus commodi ad
artes ipsas datum est. Facillimũ ergo erat, nos ea,
quæ ut inueniret diu elaborauit Hippocrates, bre
ui tempore edoctos, quod uitę supererat, id in ijs,
quæ arti deerant, inueniẽdis consumere. At quis-
quis plus diuitijs, quam uirtuti tribuit, artemq;
non de hominibus benemerendi, sed quęstus gra
tia petit, eum non licet artis finem expetere. quem
si expetimus, antè diteſcẽt alij, q; nos ad id, quod
habemus animo, peruenìamus. non enim simul
possumus & pecuniam congerere, & arti tam ma
gnæ operam dare: sed qui alteram uehemẽtius ap-
petat, alteram contemnat necesse est. Quid igitur?
an nostris seculis quenquã memorare possumus,
qui tantum habere cupiat, quantum satis sit ad u-
sum uitæ necessarium? an reperiri liceat, qui non
uerbis tantum effingere, sed etiam propriis uitæ B
exemplis docere possit, diuitias, quę quidem sunt
secundum naturam, non ultra quam fames, sitis,
frigus absit, progredi? sed si quis tamen eiusmodi
est, is & Artaxerxis, & Perdicæ potestatem con-
temnet: nec unquam in conspectum alterius ibit:
alteri uerò sic ægrotanti, ut Hippocratis artẽ desi
deret, medebitur quidem, non tamẽ semper cum
eo esse uolet: sed Cranonem, & Thasum, aliaq; op
pida multa proficiscetur, ut pauperibus his locis
ægrotantibus curationes adhibeat: Coïs hominì-
bus ciuibusq; suis Polybum aliosq; discipulos re
linquet: ipse Græciam peragrans omnem perqui
ret. nam cum scribere aliquid de natura locorum
oporteat, eam, ut quemadmodum ratione didi-
cit, sic experimentis comprobet, eum urbes intue
ri proprijs oculis necesse est: nunc eam, quę uersa
ad meridiem est, nunc quæ ad septentrionem, nũc
quæ ad solis ortum, nunc quæ ad occasum: cerne-
re etiam quæ humili loco, quæ ue excelso posita
sit: eam contemplari, quæ aquis obnoxia, siue lit-
toribus maris superfluant, siue de fontibus scatu-
riant, siue de cœlo decidant, siue ex stagnis, flu-
uijs ue redundent, alluatur: uisere eam etiam, quæ
ad magnum flumen, quę ue ad stagnum, quæ ad
mare, aut ad montes sita est: quærere si qua gens
aquis uehementer frigidis, si qua calidis utatur, &
si qua nitrosis, aluminosis ue, aut si quæ aliæ eius
generis sunt: ad summã, ne agam de singulis, cę-
tera omnia considerare oportet, quę nos & ipse
Hippocrates edocuit. Quas ob causas, si quis ta-
lis futurus est, eum non modo aspernari diuitias,
sed etiam summo labore, atq; industria uti neces-
se est. at non licet industrium esse quenquam, qui
se aut uino obruat, aut cibis expleat, aut ueneri
dedat: deniq; qui pudẽdis, uentriq; indulgeat. Ex
quo efficitur, ut si quis uerus medicus est, idem
sit, ut ueritatis, sic etiam moderationis amicus. il-
ludq; intelligitur, eundem esse methodi rationalis
studiosum, ut morborũ quot genera sint, speciesq;
cognoscat, utq; in singulis illis quo pacto sumẽda
sit indicatio remediorũ intelligat. atq; hac eadem
methodo ipsam corporis naturã docemur: & quę
ex primis constat elementis, quę tota inter se tem-
perata sunt: & quæ ex secundis composita est, quę
& sensibilia sunt, & (ut eo nomine utar) similaria
appellantur

appellantur: & quæ tandem ex partibus organicis A
expletur. quinetiam & quæ utilitas ex omni harũ
partium genere, & quæ actio animalibus est ex illa
eadẽ methodo cognoscimus: quandoquidẽ & eas
oportet non inexploratas negligere, sed demõstra
tiõe perceptas habere. Quid igitur? an aliquid iam
restat, cur medicus non philosophus sit? is inquam
medicus, qui arti operam Hippocrate dignam im-
pendat. si enim ut corporis naturam cognoscat, &
morborũ differentias, & præsidiorũ indicationes:
eũ rationalem contemplationẽ exercere oportet.
ut autẽ in harum rerum studio, industriam ponat,
retineatq;, diuitias contemnere & temperantia uti
necesse est: hic iam omnes philosophiæ partes ha-
bebit, & quæ ad disserendi rationem, quam logi-
cam: & quæ ad rerum naturam, quam physicã: & B
quæ ad mores, quam ethicam Græci dicũt, attinet.
Nec uero timendũ est, ne, qui pecuniã cõtemnat,
& modestiã seruet, is turpe quicquã, aut uitiosum
cõmittat: quicquid enim homines iniuste audent,
id aut auaritia impellente, aut uoluptate præstrin-
gente cõmittunt. sic & reliquas uirtutes eundẽ ha
bere necesse est: quandoquidem omnes inter se cõ
nexæ sunt: nec potest qui unam habet, nõ cæteras
omnes statim habere, tanquam ex uno fune reuin-
ctas. Si igitur, si, ut & artẽ primũ intelligãt, & ean-
dem deinde exerceãt, philosophia medicis necessa
ria est, haud in dubiũ relinquit, quin si quis medi-
cus est, idem omnino sit & philosophus. nõ enim
illud demonstrationẽ desiderare arbitror, ut, si quis
arte probe utatur, ei opus philosophia sit, cur non
desint, quos tam cupidos sæpe uideamus, ut uene-
fici, non medici sint: artemq; in contrariũ scopo e-
iusdem abusum detorqueãt. Num igitur iam de-
nominibus certabis: nugisq; cõtendes: ut tempe-
ratum, continentẽ, diuitias infra se ducẽtem, iustũ
debere esse medicũ dicas, non tamẽ philosophum:
eundemq; corporũ naturas cognoscere, instrumẽ-
torum actiones, partiũ utilitates, morborum diffe-
rentias, nõ tamen operam disciplinæ rationali de-
disse: an rebus concessis, te contendere de solis no
minibus pudebit: at serò quidem, satius tamen, ut
iam respiscas: nec ut graculus, aut coruus de uo-
cibus contẽdas: sed in inquirenda rerũ ueritate ope
ram cõsumas. nõ enim habes, cur sutorẽ bonũ, aut
textorẽ sine disciplina, & exercitatione, quenquã
effici posse neges: iustum uerò aliquem, aut tempe
rantem, aut demonstrationis peritum, aut rerum
naturæ scientem, repentè apparere dicas: quanquã
neq; doctoris eruditione, neq; sui ipsius exercita-
tione sit usus. Itaq; si hoc impudentiæ est, illud ho
minis non de rebus, sed de nominibus altercantis,
certè nos primum studium debemus in philoso-
phia consumere, si ueri Hippocratis æmuli esse uo
lumus. quod si fecerimus, nihil impediet, quomi-
nus eo meliores efficiamur, nedũ similes: si cogni-
tis ijs, quæ ab illo bene dicta sunt, cætera, quæ arti
desunt, ipsi inueniamus.

CL. GALENI DE SO-
PHISMATIS IN VERBO
CONTINGENTIBVS.

HORATIO LIMANO INTERPRETE.

ARISTOTELES philo-
sophus cum librum De so
phisticis elenchis, quasi re-
dargutionibus dixeris, cõ-
scriberet, nobis sophisma-
ta quot modis in dictiõe cõ
tingant aperit: modosq; ip
sos sex esse ad hunc modũ A
ponit. primum in æquiuo-
catione, in ambiguitate alterũ, tertium in accẽtu,
quartum in compositiõe, quintum in diuisione, in
dictionis figura sextum. Sophisma in æquiuocatio
ne uocat, ubi ancipitem oratio sensum ratione no
minis cõtinet, ut uenatus sum canem. plura enim
hęc oratio significat uitio uocis eius canẽ: Sophis-
ma uero in ambiguitate appellat, cũ oratio ipsa ex
se tota duplicem sensum significat, ut, nunc lice-
ret capere me, in qua oratione nihil anceps est ra-
tione nominum, sed oratio ipsa ut oratio est, sen-
sum in agendo & patiendo confundit. Vitiũ uero
ex accentu dicit, cum culpa accentus qui nomẽ in
diuersas significationes trahat, dubia oratio efficit.
ut orus, hoc est mons, aut terminus stabat. ipsum
enim duplex propter duplicẽ accẽtum est, in prin-
cipio propositũ aut sublatũ. Sophisma uero in cõ-
positione & diuisione, cũ ipsæ significationis diffe
rentiam faciũt, ut, Quinquaginta uirũm centũ ip-
se reliquit Achilles. differentia enim est, uerbo, ui-
rũm, aut cõposito cũ quinquaginta, aut à quinqua
ginta diuiso. Secũdum uero dictionis figurã, cum D
aliud dictio uere significat, aliud uero propter spe-
ciem et figuram significare uidetur. ut uerbum, au
dio: nam passionis est, cũ actionis esse uideat, pro-
pter prolationem, id est figurã similem ijs, quæ uer
borũ actionis sunt, ut curro, intelligo. trahet enim
ad utrãq; partem sophisticus homo: ad passionem,
quoniam ita est: ad actionem, quia ita uidetur. His
uero sex enumeratis modis, deinceps ostẽdit nul-
lum esse ab eo prætermissum. neque posse aliquod
in uerbo sophisma, extra modos propositos cade-
re. Verba uero quibus id ostendit, hæc sunt: Hu-
ius rei fides est, & ea, quæ per inductionem fit,
& syllogismus, si alius aliquis sumatur, & quòd tot
modis, nominibus ijsdem, & orationibus non

eandem

eandem rem significamus. si enim singula in uerbo sophismata percurras, sumasq; nec ullum horũ appareat extra prædictos modos cadere, perspicuũ iam ita est, nullum prætermissum esse modũ. quod uero sequitur omnino obscurum est, quid uelit: cũ dicit, & syllogismus, si alius aliquis sumat, & quod tot modis, nominibus ijsdem, & orationibus non eandem rem significamus. siquidem nec quonam modo alium aliquẽ sumamus syllogismum, dictum est. id uero, & quòd tot modis, nominibus ijsdem, & orationibus non eandem rem significamus, syllogismi conclusioni magis simile est, q; syllogismo. consueta uero est hæc huic philosopho dicẽdi breuitas, et ueluti per signa expromere multa: quia ad hos, qui iam audiuerant, scriberẽtur. Qui igitur eũ exposuerunt, alij hæc in diligentiam ferre, quod de cebat, ne tentarũt quidem: alij non cõsecuti sunt. nos uero tentemus nõ Aristotelis causa, neque ut orationi eius opem feramus, sed causa nostra. Philosophi enim est, non solum sumptis propositionib. ratiocinari, ut multorum mos est: sed etiam conclusione posita propositiones ipsas construere. Quoniam uero monstrare propositum est, tot modis in uerbo sophismata fieri, quæ penes ipsum duplex sunt, quot modis Aristoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonstranda esse: alterum omnia in uerbo sophismata penes ipsum duplex esse, alterũ tot esse numero penes ipsum duplex, perspicuumq; illud omnibus est, omnia in uerbo sophismata, ex uitio huius cõtingere necesse esse. hoc enim tanquã principium sequentes sophistæ capiunt imperitiores in ea re homines, neq; uitii conscios. Si uero recte uolumus quot in uerbo sophismata contingũt, accipere, quot uitia sunt sumendum est: quod cognoueris, si uirtutem sumas unicam esse, aut plures. error enim à uirtute esse uitiũ uidetur. quare recte cognita, statim hoc quoq; cognoscitur. quoniã uero, ut alibi demonstratum est, ipsum bonum uirtusq; in eo est, ad quod nata aut facta res est, ut hominis in uiuendo, gladii in scindendo: idcirco ad quod nata aut facta est dictio, sumendum est: manifestum uero est, ad unum hoc, ut significet. patet igitur in hoc & bonum & uitium esse. patet quoq; solam è uirtutibus hanc in dictione esse per se: reliquas uero per accidens, extrinsecusq; esse, nec rei ipsius, ut congruitas & apta literatio. hę enim & si quibusdã se bona ostẽdant, non tamen se secundũ rem habent, sed perinde ac si ensis manubrio eburneo sit, aut fucatus oculus: hęc etenim his extrinseca sunt, quę uero sunt per se, ea in scindẽdo, & in cernendo sunt. Si igitur uniuscuiusq; rei uirtus in eo est, ad quod nata res, aut facta est: hinc uirtutum numeri inuentio patet, quod ipsæ sint. si enim ad multa res genita sit, plures illæ sunt: si ad unum, una uirtus est. apparet sanè dictio ad unũ nata, hoc est ad significãdum. Si igitur bonum ipsum in hoc positum est: hoc ipsum non significare, aut nõ recte significare, uitium erit. nam considerandum uidetur, an quæ nõ significat, ea dictio statuenda sit: non enim tibicen is est, qui tibia non aptus est ullo modo canere, nec malus igitur tibicen est. sic nec dictio est, quæ non est ad significandum apta: quare nec uitium dictionis erit nõ significatio. hoc uero protinus signũ est, solam eam, quę nunc à nobis dicta est, uirtutẽ esse dictiõis per se. in quo enim unaquęq; res esse habet, in hoc ipsa uirtus est. Dictio habet in significando esse, eoq; corrupto, neq; dictio est. igitur in hoc ipso uirtus est. quare hæc unà cum significatione deperditur: reliquæ uero, propterea quòd non secundum rem ipsam sunt, non impediuntur circa hanc esse, quæ non significat, ut congruitas, & apta literatio. Has ob res quæ linguæ barbaræ sunt, earum alteram meliorem altera dicimus, ut persicam æthiopica, quanquam nihil nobis significãtem. causa uero est, quia potius uox est quàm dictio. sed & si uitium uideatur non significatio, cum propter similitudinem nominis decipiamur, patet non propter hoc uitium sophisma contingere. Quis enim est, qui cõsentiat, aut quis est, qui proponat dictionem significatione priuatam, & ignotam? Restat igitur ut propterea cõtingat sophisma, quia nõ recta significatio sit: hæc uero talis est, quia duplex. in hoc enim solo dictio habet quidem, quod significet, uerum non recte. Canis enim nomen aliquid significat, non tamen hoc aliquid, neq; diffinitum quidquam, quod erat recte significare. Illud uero recte à Platone dicitur, quęcunq; proprio uitio corrupta sunt, horum omnium dictionem corrumpi: ducit enim in ignorationem quodammodo, sed non simpliciter, ut ea faciunt, quæ nihil significãt: ignoratio uero prius dicta est perfecta esse dictionis corruptio. quapropter solum uitiũ est ipsum duplex. nisi quis ea quoque uitia putet, defectum, longitudinem, superfluitatem dicendi. Latere autem hunc arbitror deceptum, & ignarum, nullum horum esse simpliciter dictionis malum, nisi ignorationem, aut duplicitatem efficiat. si uero solum hoc dictionis uitium est, & recte supra dictum est, omnia quæ in uerbo sophismata sunt, ex eius uitio fieri: propter ipsum duplex erunt omnia, quæ in uerbo sophismata contingunt. Post uero demonstrandum est, propter quid tot modis ipsum duplex accidat, quod Aristoteles scribit: id uero si uere inueniri debet, sumendum prius est, ex orationib. orationẽ esse. etenim & ipsæ propositiones orationes sunt: harum alicui, aut aliquibus quęrimus ipsum duplex. Oratio sanè erit, quod in præsenti dicere sat est, nominum cõpositio (uoco uero nomina, & si uerba sint, significentq; utcunq; aliquid, propterea quòd sic notius uocabulum est) necesse est ipsum duplex aut in aliquo horum nominum esse, aut in oratione ipsa: nõ enim habemus quomodo tertium aliquid constituatur: neque si utraque in re nomine orationeq; duplicitas ipsa coniungatur, idq; aut actu, aut potentia, aut apparentia: præter hæc enim nihil est quod esse aut dici quispiam inueniat, ut alibi demonstratum est. Omnia uero hæc comprehendentes modi prædicti habent. Ipsum enim actu duplex modus habet, & qui secundum æquiuocationem

est

est, & qui secundum ambiguitatem: sed in nomine duplicitatem is habet, qui secundum æquiuocationem est: in oratione, qui secundum ambiguitatem. actu uero esse dicuntur, quoniã re uera res duas significant, Potentia uero cum accentu duplices fiunt, compositioneq; & diuisione. hi enim non plura significant, sed prorsus unum. propterea uero quòd ad utrunq; uerti licet, duplices dicũtur. quare hos potentia dicimus. tale enim est hoc ipsum potentia esse. id ipsum uero rursus (ut supra quoque diuisum est) uel in nominibus, uel in oratione est: in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad utramq; partem nomen accentus, ut in oratione hac oros, hoc est mõs uel terminus stabat accentus aspiratus facit, in principio cum aut ponitur, aut abest. in oratione uero compositio & diuisio duplicitatẽ facit: in cõpositis quoq; nominibus eandẽ facere potest, quia orationi similia sunt. ut in nomine Neapolis & calocagathos, id est probus, mutaret ea quis dissoluẽs: non in nomen (hoc enim solus accentus facit) sed in orationem: sicut rursus & ipsam orationem in nomen componeret: ut in proposito nomine est. uidebitur autem nihilo minus absurdum fortassis id, quòd propter accentum compositionemq; & diuisionem sophismata contingere dicamus: siquidem hæc propter ipsum duplex (ut supra dictum est) contingunt. accentus uero & quę eius generis sunt, ipsum duplex ijs quæ duplicia sunt, eripiũt: etenim ut hęc alterum significent, efficiunt. sed tamen nihilo minus uere dicuntur propter hæc sophismata contingere. quia enim oratio per eadem hæc ipsum duplex accipit: alterum in principio sophistæ sumunt: alterum concludunt, orationem per ea ipsa mutantes: (prorsus enim non aliter sophisma cõtingeret): ratiocinantes uero tanquam idem accipientes. quale est, unum quid rationale nomen est: proprium hominis est ipsum rationale: igitur unum proprium hominis est. præterea si oros, hoc est terminus, hic stabat is, qui agros separat: oros autem, hoc est mons, hic nõ stabat. sed neminem lateret id, q; sic adulterinum est. uerum ubiq; etiam ad minimum ut apta oratio sit, sophistæ studebant. nam & in ijs quæ actu duplicia sunt, hi illud idem faciunt, ut aliud sumentes, aliud concludentes ratiocinentur. sed ibi obscurius, quoniã quicquid significet sermo, ipsi sibi consentiat: hic uero manifeste. quare ijsdem nominibus & orationibus Aristoteles dixit. etenim ij sophistę sunt, qui speciem uiolant. cũ iam habeamus id ipsum quod actu dicitur, item quod potentia: quod reliquum est, ad apparentiam attinet, quæ secundum figurã dictionis est, ut est supra dictum. ostenditur enim ipsum nomen, similiterq; oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in singulis quę prædicta sunt, adeo quis exempla ex Eudemo, ex alijs ue caperet. cum igitur iam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipsum fieri possit: habemus omnia in dictione contingentia sophismata. hæc enim penes ipsum duplex sunt. sequitur uero id, quòd tot modis nominibus ipsis & orationibus, non eandem rem significamus: nam aut actu, aut potentia, aut apparentia id facimus. manifestum uero est & syllogismi modum, modo habita diuisio sit, fieri posse: utrũuis quis eligat: aut è directo, aut ad impossibile ducẽtem. si enim possibile est alium haberi modum: is erit neq; in nomine, neq; in oratione, neque actu, neque potentia, neq; apparentia. præter hæc autem nihil sermo ostendit. secundum igitur ipsum diffinitum sit in hunc modum. q; uero non ex eius diuisione inuenimus (non enim ad Aristotelis gratiam nunc scribimus, sed omnia hæc methodo scripta sunt) perspicuum est. nam aut in nomine aut in oratione ipsum duplex esse oportere aperte ipse dixit, cũ scribit, quòd ipsis nominibus & orationibus. ipsum uero actu esse, aut potentia, aut apparentia notum ex ipso ordine est. scripta igitur separatim sunt in singulis generibus quæ eiusdem sunt generis. primaq;, quæ ad actum attinẽt: secunda, quę ad potentiam. tertio loco, quæ ad apparentiam, ut decuit. aut cur hæc non fuere confusa? sed fortasse ridiculum est his fidem aliam afferre conari quàm eam, quæ à re deducitur. etenim si sic se habent, ut ars, qualis Medicina est, artisq; sunt: diuisionem ullam fortuitò aut casu factam non reciperent. sed de his satis hæc in præsenti sint. Dictum quoq; à Stoicis aliquid est de partitionis dignitate, nosse si quis modus extra propositos cadat, tentantibus. erit enim inductio fides hæc. Et aliam æquum est nullam probatorum uirorũ opinionem obiter ponere. ambiguitatis igitur definitio quanquam cum multis nostris pugnare uidetur, in præsentia tamen præteriemus: de his enim cõsiderare alterius negocij est. quæ uero ambiguitates dicuntur, harum differentiæ sumendæ sunt. Sunt quidem apud grauiores uiros numero octo. Vna est, quam communem ei, quod dictum est, cum diuisibili nominant. qualis est, quæ aulitris, id est tibicina, nominis est: atque eius, quod dictum est. Altera, quæ in simplicibus est, ut uirilis: aut enim tunica, aut homo. Tertia uero ad ipsam in compositis æquiuocationem attinet, ut homo est. ambiguus enim sermo est, utrum substãtiam, an casum esse significat. Quarta ex defectu est, ut tui est. deest enim quod ad mediũ locum attinet, ut domini, aut patris. Quinta ex superabundantia, quale est ei ut non nauigaret, denegauit. adiecta enim ea negatio, non ambiguam orationem facit, utrum nauigare negauit, an non nauigare. Sextam esse dicunt eam, quæ haud notum facit quæ cum qua significatione carens pars ordinata sit, ut illud est, & nunc & non appulit, pars enim ea non disiunctiua esse potest. Septima est, quæ ignotum reliquit quæ cum qua significatiua pars constructa sit, quale est: Quinquaginta uirum centum ipse reliquit Achilles. Octaua est, quæ non declarat quid ad quid referatur: quale est, Dio Theo est. incertum enim est, utrum ad utriusque existẽtiam uerbum est referatur, an ad

id, ut Dio sit Theo: aut contra. Hi sunt à grauioribus uiris numerati modi. quicunq; uero non obiter quæ supra dicta sunt audiuit, manifestum est ei, eos omnes in hos cadere modos, qui à nobis numerati sunt: carereq; methodo & arte perspicuũ est. neque enim ex ijs quæ dicta sunt, demonstrationem quis caperet: ut nullus alius modus ambiguus constitui possit. in connexisq; æquiuocationem contingere dicere hominis est nomen non audientis. non ineptum uero est generalibus differentijs speciales enumerare, ut ea quæ ad diuisionem attinet, per partem significatione carentẽ, & per significantem diuidatur. sic enim quis speciales differentias plures acciperet. quin etiam ad hunc modum quis differẽtias speciales dictas plures faceret: quia illæ secundum id, quod à fortuna: hæ uero secundum analogiam, aut similitudinem, aut alium aliquem modum constituantur. quin & æquiuocationis eius, quam ipsi in oratione dicunt, plures modi casibus similibus appositis fiunt: quale illud est, futurum est Socratem uincere, cæteri uero modi minores sunt. Id uero dubitatione dignum est, quo modo quę ad apparentiam attinent, duplicia sunt: magis'que quo modo quæ ad accentum. qui enim secũdum compositionem duplex ponunt, quo modo non secundum accentum? ut illa per continuationem totius & per silentium ad ipsum duplex trahi potest, sic ipsum nomen per accentum. quemadmodum orationis extrinsecũ inane tempus cum sit, nec eius pars: eam tamen facere duplicem potest, sic accentus quoq;: itemq; Sophistæ ut eo, sic hoc ad contentiones utuntur. & quis secum cogitans quemadmodum secundum compositionem & diuisionem contendunt: sic secundum etiam accentum idem fieri posse cognoscet. Manifestum uero in scriptis orationibus est, cum nõ adiecta sunt diuidentia puncta. ut enim his egent ad diuisionem, sic accentu quoq; non semper propter hunc duplex oratio fieret.

CL. GALENO ASCRIPTVS

LIBER QVOD QVALITATES INCORPOREÆ SINT.

HORATIO LIMANO INTERPRETE.

VM nihil è rebus meis ignotum tibi uelim, ne si id quidem minimum esse C uideatur (hoc ipsum enim absconde re aliquid amico, non minimum est) exponere tibi uolo disputationem mihi cũ quodam ea, qua licuit, diligentia habitam. sermo enim, qui ex improuiso habetur, diligentia caret: præsertim si, cum quibus is habetur, ij ambitiosi contẽtiosiq; sint. Erat uero de qualitatibus sermo, deque accidentibus omnibus, quæ Stoicorũ iuniores esse corpora dicunt. Aduersus quos dicere hæc oportet: an non cum quispiam corpus dicit, statim intelligere nos euenit, triplici contentam spatio substãtiam renitentem? D si solum hoc dicat, triplici contentam spatio: non erit, ut corpus magis intelligamus id quod dicitur, quàm uacuum & locum. oportet uero diffinitiones ipsas & descriptiones logicasq; declarationes quorũdam esse & earum solum rerum declaratiuas, quas declarare uolumus, nõ cum alijs rebus communes: quandoquidem de communibus rationem reddimus. patet uero hoc esse commune, quod triplici spatio contentum dico, corporis, uacuiq; & loci. id Stoicos fateri necesse est: utpote qui uacuum ipsum in tractatu rerum naturę reliquerunt: quamuis id in mundo esse negent. cæteros uero philosophos intelligere id omnino necesse est. quomodo enim uacui naturam negarent, nisi ipsum uniuersum unum intelligerent? si uero intelligunt, non aliud quicquam intelligere dicent (si uerum fateri uolunt omnes) corpus. quemadmodum non sine tempore patet, neq; id sine loco, & hoc ipso quoq; triplici contento spatio, ut in seipsum rem triplici contentam spatio suscipiat. eius rei testis est sensibilium unũquodque corporum. quod enim uerbi gratia cubitali longitudine corpus est, palmumq; latitudine æquat, altitudine uero digitos quatuor: loco eget qui ipsum capiat, sibi proportione respondente. hoc nobis statutum sit, & de ratione corporis omnis speculandum. cum talis uero de corpore intelligentia sit, & secundum hanc oratio diffinitiua, patet quemq; esse fateri paratum, nisi litigiosus sit, non eandem rationem accipere, neq; intelligentiã, nec horum singula, id est spaciorum trium æqualem naturam habere, neque eandem definitionem accipere, neque totum corpus dicere licet ipsam corporis longitudinem nisi per cõnexionem, sed corporis accidens. similis uero in latitudine, altitudineq;, & grauitate, & figura, ratio est, & in reliquis, ut summatim dicam, qualitatibus accidentibusq;. Sed secundum aliquos non sine corpore hæc esse neque intelligi. quòd si consideraue rimus horam unam omnia facere, prolongare, & nihil aliud esse dicere, quàm unũ solum corpus. innumeræ enim sunt substantiarum naturę secundum proprietatem, & qualitatum, accidẽtiumq;, quæ inter se differunt, uariaq; sunt, & contraria. in his igitur nullum alteri idem dicamus, ubi nobis sermo

sermo de differentia habetur, itemq; accidens corporis figuram dicemus, patet nos corpus corpori accidere dicturos, quod absurdum est. quod enim eorũ substantiam magis, quod ue accidens dicemus? si unicum habemus intellectum corporis, ut corporis. qui figuram corpus dicit, aut uacuũ intellectu, nomen de accidente profert. aut æquiuoce cum corpore nominat. utrunq; uero absurdum est. etenim significat aliquid. quamobrem nomen est, & intellectum aliquem indicat à corpore diuersum, & si non est à figura separabile corpus. similis in reliquis accidentibus ratio est, coloribus, saporibusq;, & quæ ad olfactum attinent, & quæ ad auditum, hæ uoces sunt, uerba, sibili, stridores, popysmi, gemitus, crepitus, rhocasmi, bombi, soni, strepitus. si uero quispiam dicat, ipsa hæc & quæ B talia sunt, omnia esse quodãmodo percussum aerem, huic illud Menandri obijcere fas est. Hæc ó nequã perdidit id, q̃ non sine corpore tale aliquid intelligitur. quod ego quoq; cõfiteor, nego tamen rem habentem unam & eandem habitæ rei existimandum esse. neq; enim Cleanthes tuberculum erat, cum hoc ei contigisset in morbo. neq; Chrysippus itemq; Epicurus urinæ substillum, postq; contigit his ex hoc morbo uitam lędere. neque igitur aeris percussio, aer est: sed & natura differt, & intellectu, & diffinitione quid sit horum utrunq; declarante. Quòd uero diuersæ sint inter se, & à corpore figuræ, petam in præsenti testes ad hunc sermonem. Aliam geometræ circulo cæterisq; figuris definitionem reddunt, aliã corpori, quarum C rerum diuersæ rationes sunt, significationesq;, longeq; magis animi conceptus. hæc omnia quomodo unum esse quis sapienter dicet? uel si quæ corpori accidunt, corpora dicemus, quorum alicui accidere dicemus, utrum hæc ex ijs sunt, quæ ab omnibus corpora nominari solent, cum omnibus his cõmunicatione, aut singillatim cum singulis corporibus. utrunq; enim absurdum est, siue hæc corpoream substantiam habeant, siue dicãtur corpori accidere. si igitur corpora accidentia sunt, omnia entia corpora nominaremus: nõ autem alia accidentia, alia corpora. si uero non corpora, sed aliqua alia, non igitur ipsum accidens corpus est. uel si cum omnia hæc corpora sint, his ipsis quod uere ab omnibus corpus uocari consueuit, accide D ret. id uero similiter dixeris, & audiueris, si indiuisibile manere omnibus his accidere dicatur, non in æquales numeros diuisis. hoc enim nec aliquid temporis sine dubitatione mãsit, ne minimũ quidem. contra quidam existentibus rebus accidere dicunt. q̃ si quis hoc ut absurdum fugiens, æquali numero dicat uocatis accidentibus (quæ & ipsa corpora uocat) substantiam accidere, nescit se rerum naturam conceptumq; immutare, si corpora accidentia dicat, corpusq; accidentibus accidere, accidensq; corporibus corpus faciat. quare & iure dubitare quempiam dico, & dicere oportere, siue æquali numero accidentibus diuisum sit id, quod dici corpus solet, singulis horum proprium A quoddam accidit, alia corporis pars, alij accidentis parti accidet. aut si accidentia corpora sunt: omne uero corpus in infinitum diuiditur, singula horum infinitorum corporum omnibus alijs accidentibus, cum hæc quoq; corporata sint, accidẽt. Considera quàm multa absurda eueniunt, corpus corpori accidet, idemq; cum unum putetur, infinitis: simulq; & totum & non totum. totũ quidem, si uniuersa figura, rotunditasq; mali quãta est, omnibus alijs, quæ malo accidunt, accidat. non totum uero, si ex infinitis membris singula non eadem ei sunt, ex quo dissecta sunt. uel si corpus mali corpus est, & figura, colorq;, & odor, & gustatum spectãs sapor, & unumquodq; horum in infinitum scinditur per se, an nõ ex infinitis malis cõpositum erit? quorum unumquodq; & rotũdum erit non aliter quàm totum malum. siquidem eiusdem particeps est figuræ, luteumq;, dulceq; uerbi causa aut austerum, taleq; ad olfactum est, & rursus singulæ infinitæ partes malum erunt, si omnia hæc habẽt. ex infinitis igitur corporibus magisq; malis compositum erit quod oculis malum elucet. quæ res multis modis ridicula est. uerum sanè & partium unaquæq; rotunditatem non habens, non erit amplius malum, sed pars mali, cum figura enim rotũda erat malum. si uero unum malum solum est: ex unica corporea substantia, multis uero diuersis accidentibus constabit. an non manifestum est, nullum corpus esse? utrum horum singulum proprium locum obtinet: an omnia eundem? si proprium, patet neq; proprietatem qualitatemq; inter se habere mutuo communicatã, neque malum esse in rotundum formatum, neq; pallore coloratum, neque ad gustum se certo modo, aut ad olfactum habere. si uero simul omnia sunt, & unum locum occupant, proprietatum confusio est, ut in compositis mistisq; è pluribus & diuersis generibus medicamẽtis, in quibus proprietas qualitasq; uniuscuiusq; mistæ materię syncera non seruatur, sed unum quoddam undiq; fit. non igitur syncera est singulorum cognitio generum, huius rotundæ mali figuræ, coloris huius, & singulorum accidentium cæterorum: itemq; magis nisi appositæ inter se tangant hæ partes, sed per totas totæ mistæ sint, propria uniuscuiusque qualitas perit. sed neque mistionem licet hanc proprie dicere. quomodo enim per se proprietates aliquę unitæ non sunt, atque detentæ? hæc mista dicenda sunt. Ipsum uero infinitum intenditur orationis, si & longitudo corporis corpus est, si latitudo, & profunditas. simul enim infinitæ inquam erunt corporum infinitudines in breui loco ad sensum circumscripto. itemq; multorum horum magisq; infinitorum corporum multitudo. an igitur sempiternam, quomodoq; substantiã primam qualitate carentem amplius dicẽt? ex qua & mundum ipsum, & unamquanq; speciem particularem factam esse dicunt. aut è tempore quodam facta sunt: & omnia in idem conuenerunt, ut ex cooperatione syncrimata, hoc est res compositæ

fiant. uerum hoc quoque maxime absurdum esse dicimus. idemq; multis modis. primum, quòd nõ unius esse materiæ corpora uidentur. multæ autem infinitæq; differentiæ communis substantiæ sunt, alia quidem figurarum specie infinitarũ: alia uero coloris, huiusq; numeri secundum speciem: alia saporis gustatum spectantis, cuius rursus interminata differentia est. alia uero eius est, qui ad olfactum attinet, cum hic quoq; uarietatem plurimam habeat. infinitæ igitur erunt in ipsis infinitudines & differentiæ qualitatum corporatarũ. una autem erat, quæ facta est, quam super incertas scilicet partiri oportet, quanquam opem hanc quandam habeant, ut corporeæ fiant. anteuertunt sanè corpus substantiæq; quædam esse factæ. singulaq; corporum horum infinitorum in infinitum secentur: quomodo infinitudines infinitæ concurrent, & quando? ipsum enim infinitum pertransiri nõ potest, & lumen corpus est & albedo, colorq;. omne uero corpus quotum est & quantum, & coaugescentem naturam in se habere uidemus, incalescensq; à sole aqua cumulatior maiorq; fit, ut maiori loco egeat. quomodo uero in angustum locũ nec milij uerbi gratia corpus excedentem figuratio reliquorum que accidentium singula conueniunt? simulq; spirare & ab æterno, neque mutari deberent in uniuersum neque corrumpi. ipsum enim æternum immutabile est, quales sunt Deorum naturæ. si uero hoc uerum est, quomodo aliquam transformabimus uerbi gratia ceram? quidq; fiet, si cum in quadrangulo sit, rotundam eam efficiamus? an substãtiæ figura quadrangularis erat? si enim substãtiæ ceræ ante erat, nunc rotunditas est, unde hæc uenit? & qua causa inducta tum est? si per corpus, absurdum id est. corpus enim per corpus ire, cogitationem fugit. si quis renitentiam instituat, id propriũ corporis est, ut de hoc præcedens sermo docet. si per uacuum, absurdum nihilominus est. quoniam nihil esse in mundo Stoici uacuum dicunt, corpusq; rotunditatem esse, reliquaq; accidentia, & figuram. quę & ipsa rursus ex altera corporata figura fore ut sit patet, & illa ex altera, & hoc in infinitum. & si ex rotundis, quæ in infinitum secantur, figuris aggregatum hoc uisui nostro rotundum tactum constat, fabulam considera, quantaq; figmentum hoc infinita sequuntur. si non ex rotundis, quomodo ex his aliquid rotundum fit? ridiculum quoque est, si dicas in figuras rotundas figuram rotũdam diuidi: eo contra id teste adhibito, quòd quadrangulum in quadrangula non diuiditur. quid uero in transfiguratione ceræ dicent? utrum inter se cedunt unà cum intellectu diuersorum corporum figurationes? & quomodo non ridiculum, tanquam animatas & rationales substantias exire cedereq; inter se ceu è constituto: magisq; infinitum etiam fit quod dicitur, si porrigimus unà cum cogitatione digitos & contrahimus. si enim non accidens est pugnus neque porrectio, sed incorporea, infinitas simul figuratas figurationes abscedere accederęq; dicere oportet. quòd si duas solas esse dicas, nec numero æquales secundum porrectiones & contractiones, adhuc uarie infinitum est, quod dicitur, adhucq; magis infinitum, nisi contractionis porrectionisq; figurationes accedant, sed altera in manu, altera defluit. Oportebat enim momento temporis ordinem dissolui, inter se latenter ab hoc cedentibus corporibus. ad hoc uero dicent, si quidem communitatis causa sunt effectitia corpora, quonam pacto acetum fiat? quomodo uero incoctionem parat? quomodo abit? unde ueniunt effectitia qualitatis aceti corpora? si uero una res cum uino erat, quomodo tunc uinum erat, & non acetum? signum quædam ex utroque tertia qualitas est: quæ neque uinum neque acetum est, siue per mistionem temperatura est, siue per appositionem. ad ea, quę absurda dixi, nihilominus etiam dicere oportet substantiam esse è multis uarijsq; & differentibus atque contrarijs infinitisq;, aut solis non infinitis numero collationibus compositam, itemq; in infinitas rursus collationes diuisam, unam hanc quandam quæ cernitur, uerbi gratia, mali naturam: quam Stoici primã materiã primamq; substantiã uocãt, è qua aiunt & mundũ, & eorũ quę ipso continentur unũquodq; factum, semper uti qualitates corpus erant, quomodo non erat hæc quoque qualitas? siquidem qualitatem habebat, si alias qualitates non habebat scilicet, omnino inesset pondus, quæ corporis esse dicunt. quomodo simplicem etiam primam substantiam dicunt, nõ autem compositam? Si uero terminatam esse dicunt, terminisq; utentem, patet huic figuram esse. absurdum enim est proprijs circumscriptum terminis corpus nõ secundum figuram omnino esse. & si non mente conciperetur hoc ipsum secundum suppositionem. quare si nouerunt hic omnia, hæc uero sunt (ut dicũt hi) corpora, neque qualitate expers scilicet, neque simplex erat. multorum uero & diuersorum corporum conuentus erat atque collectio. sic uero nihil non mistum erat secundum ipsos. sin autem nihil horum habebat, primum quidem animo incomprehensibile, & præter nomen nihil est. si enim tale esse non oportet, nihil est. si quale, non autem dimensiones tres habere & figuras, omnino huic accidens proprium cogitationemq; fugiens, neque graue hoc esse, neque leue. non minus absurdum si quispiam dicat hoc habere simul utrunque, & secundum eadem, non ad diuersa comparatum. neque illa substantiã habente eorum. quę ab ipsa (ut inquiunt) facta sunt, cum singula quatuor qualitatem prima habeant. rationabilius enim est, si qualitate expers erat, quę ex ea fiunt fingũturq;, illam habere. si uero nec illa hanc haberent, neq; unum secundum suppositionem sunt, ætherius uero ignis ille esset, à quo & elementa & mundum facta esse dicunt, quomodo hæc sese habent genita effectaq; & ficta, non magis auri qualitatem figulus ijs, quæ è luto fingit, circumponet. medicus igitur author unus de multis

tis medicamentis æquam qualitatem omnib. habentibus diuersum qualitate medicamentũ permistionem efficit. Iouem autem negãt miscere primæ substantiæ figurationem, lõgitudinem ue, aut aliud aliquod accidens. si uero miscet, cum entia quoque ipsa sint, hęc propria esse patet. quomodo etiam dicũt solam primam materiã æternam esse qualitate expertem, nõ uero reliquas qualitates, omniaq; accidẽtia? neq; enim effectorẽ esse ueluti manualem artificẽ Iouem dicunt, sed totum per materiam totam illabentem rerum omniũ creatorem factum. diuinicq; ignis quãtitatem & singula quę quãtitati accidũt, longitudinẽ latitudinemq; & profunditatẽ, itemq; eius rationabilitatẽ, & beatitudinem, si substãtias esse dicẽt, & corporeas eas fatebuntur, è corporibus Iouem cõstare patet, nec simplex esse sed compositũ. si uero sine substantia naturas ipsas in accidẽtibus dicent, superat quod à nobis dicitur, non corporatam substantiam accidentibus esse, neq; qualitatibus. si uero transformans se ipse Iuppiter æquali cum ijs numero quę dixi accidentibus, mutationes infinitarum qualitatum habet, peior fabulis agitato Proteo est. hic enim in paucas naturas transponebat transformabatq;, easq; non indecoras.

Barbati in primis formam capit ille leonis.
Postq; draco pardusq; fuit, sus deinde fit ingens.
Humida factus aqua est, atq; arbor frondib. alta.

Ille autem quin turpe fiat nõ est. per uirum quidem imprudentem, imprudens scilicet est. per sententiã autem de turpi, turpia efficiens. per animalia irrationabilia, in ferinam naturã uersus. per lapides & ligna, expers animę factus. per fœda tractantẽ, abominabilis natura, itemq; inutilis. si ipse uero utpote materiã transformare figurareq; & facere quærit, quomodo potest hęc ipsa facere non magis quàm fictor statuam auream è plumbo facere potest? illaq; amare contentiosis uiris nõ absurdum est. etenim si motus accedũt corporibus, rursusq; recedunt, corpora esse dicunt. Iam ut dicamus hora est, moueri nos præcedentibus corporibus, rursusq; ab ipsis quiescere. deinde affectus accedunt, rursusq; recedunt. dicuntq; hæc corpora esse. quomodo non ridiculum est, pruritum dicere corpus, nec solum quod scabit, sed etiã quod scabitur? sed quoniam sine corpore & agente & patiẽte nullus affectus fit, eo capti sunt, ut & affectus ipsos corpora uocent. uerum si per modum nominandi per relationem sic nominarent, neque ego in illos inueherer. noui enim sic quoque uitem dici albam per relationem ad albos ab ipsa factos racemos, & mala tempora propter calamitates quę in his accidunt. & noctem auxilij expertem, in qua auxilium non assequimur. si uero primum principaliterq; uocent, errant. rem enim figuratam corpus dicimus, affectamq;, & motam, non autem figuram affectumq;, & motum. neque pugnum esse corpus, sed manus quodammodo figuratas. itemq; facient aduersus eos, qui dicunt neque fieri corpora, sed sola incorporea. quid ad Aristotelem? qui & ipse generalem rerum diuisionem faciens, alias esse substantias dicit, alias accidentia. quid ipsi quoq; sibi uolentes dicũt substantias & accidentia? si & hęc corpora dicunt, quæ neq; ut partes corporis corpora nominantur, ueluti manus digitusq;, neq; ueluti in trutina mina. si quidẽ figuram hominis corpus dicunt, iam tempus est ut animalitas corpus dicatur, generabileq; & corruptibile, rationabilitasq; atque prudentia, Athenienseq; esse. atque in philosophia uersari, & Sophroniscì filium esse, simumq; & caluum, & prominens habere abdomen, cęterisq; accidentibus paria numero si corpora dicas, ultra Briareum Typhonemq; ipsum, multiplicẽ magis magisq; corporatum esse animal dices. sicq; animalitas corpus est, quomodo cunctis animalibus accidit? quomodo ipsum esse? quomodo in loco esse? ac si quemadmodum proprium locum occupat transparens corpus omnis oculus, sic & accidentia singula, id absurdum est. sic enim horum admistio nulla aliqua ipsorum natura efficietur, difficileq; est, ut dixi, si omnia locum unum occupare dicas. cõfusa enim dum miscentur in uase, alteritatẽ non seruaret, neque suam unumquodq; naturam, ut in mistis medicamentis fieri dixi. utrũ inquam totum animalitatis corpus tam multorum accidentium singulis accidit, an prout numero pari diuiditur? utrũq; enim absurdũ esse præcedentia uerba demõstrarunt. quid autem inquã egent corpore singula eorũ, si ipsa esse corpora dicũt? inde uero accidens nullum esse corpus disceres. oculis enim occlusis corpus quidem tactu spatio tẽporis deprehendimus, colorem uero aut saporẽ nõ unà deprehendimus, neq; figuram, corpus tangẽtes. oportebat autem singula hæc à materia nõ tactus comprehensione deprehendi, neq; enim ratione mali (uerbi gratia) rotunditas speculãda est. similis de sapore ratio est. ac si unũquodq; accidẽs corpus est, quid sibi uolentes inquiũt, solum corpus in infinitũ diuidi? nõ autem figurã, dulcedinemq; (uerbi gratia) & quę reliqua sunt? nõ cõnexionis modo dico, neq; relationis ad id, quod. corpus uocari solet, sed recti modo. cur uero solius, ut dixi, corporis hãc esse definitionem dicũt? triplici cum renitentia spatio contentum, nõ autem colorem, succumq;, & saporem, cæteraq; accidentia singula sic definiunt? si corpus omnia hæc esse dicunt. & si enim specie differunt, communiter tamẽ omnia esse corpora dicunt. quemadmodum igitur cum hominem definio, cum equum, & bouem, generabile animal & mortale dicam, quę communia sunt, proprietatem uero singulorum addam: sic quoque accidẽtia singula definientes, substantiam corporatam dicant triplici contentam spatio cum renitentia. Hæc à Stoicis chare Pindare solui dignum puta, non alios secum unà trahere, ut ijsdem erroribus implicitos, sed accusationes demolientes. non enim est falsarum opinionum contradictio aut communicatio ad amicos, sed solutio.

CL. GALENI DE LIBRIS PROPRIIS LIBER.

A IOANNE FICHARDO FRANCOFORDIANO LATINITATE DONATVS.

35

VOD mihi de cõscribendo librorum à me editorũ cõmentariolo consiliũ optime Basse dederas, re ipsa nuper q̃ commodũ esset comperi. Nam cũ forte in Sãdalario (ubi multa sunt Romana bibliopolia) essemus, disceptãtes aliquos de libello quodã tum uẽdito, meus ne esset ille, an alterius cuiusdam, ipsi uidimus: erat enim inscriptus, Galenus medicus. Emẽte igitur, tanq̃ meũ, aliquo, cõmotus noua eius inscriptione uir quidã literatus, cupiebat libelli argumentũ cognoscere. Priores autẽ duos uersus cum percurrisset, abiecit statim: hoc solũ addens, hãc dictionem nõ esse Galeni. Et falsò librũ illũ inscriptũ fuisse. Is uero qui tũ hæc dicebat, primas illas disciplinas, quib. Græcorũ pueri ab initio apud grãmaticos & rhetoras instituebãtur, probe doctus erat. Verũ plerique nostro hoc seculo, qui medicinã aut philosophiam ambiũt, antequã rectè legere etiã possunt, eos doctores frequentãt, qui maxima illa pulcherrimaq; rerum humanarũ theoremata, quæ docet philosophia & medicina, profitentur. Et hæc quidem negligentia iam multis retro annis, me dum adolescẽte, inceperat: uerum eò nondum euaserat tum temporis, neq; tantum, quantũ nunc, inualuerat. Hanc igitur ob rẽ, & quoniã libros meos multi multifariã læserunt, tanquã ipsorum proprios, alij in alijs gentib. legentes, quædã tum demẽdo, tum addẽdo, tum immutãdo, cõsultũ mihi uisum est, eã prius causam, quã propter illi hactenus corrupti sunt: & deinceps, qui mei reuera sint libri, & quę cuiusq; materia, exponere. Primũ igitur quæ causa sit, ꝙ mea pro suis nõnulli agnoscãt, ipse iã ante optime Basse nosti. Illa etenim cũ non edẽdi gratia, uerũ propter amicos aut discipulos, eorũ quę à me audierãt, aliquod cõmentariolum efflagitãtes, scripta essent, absq; titulis data sunt. Qui uero post illorũ obitũ ea habuerũt, cũ ipsis placerẽt, ut sua legerũt. Alij, quib. nostra ab ijs, q habebãt, cõmunicata essent, in patriã profecti moratiq;, titulos alius aliter fecerũt. postea omnibus tẽporis spatio deprehẽsis, multi eorũ qui ea iterũ habuere, meũ illis nomẽ inscripserũt: & quoniã inueniebãt cũ ijs, quæ etiã apud alios extabãt, exemplarib. discordare, ad me, quò ipse emendarem, miserunt. Cum igitur ea nõ ad editionem publicam, uerum eorum, à quibus rogabar, & caprũ, & usum à me scripta essent, par est in alijs productam, in alijs uero contractam interpretationem fuisse, ipsam præceptorum doctrinam aut perfectam esse aut mutilatam. Quapropter manifestũ est, in his, quæ prædictis scripta sunt, neque absolutam, neque exactam doctrinam contineri: quandoquidẽ illi quibus ea destinabantur, neque rogabant, neque poterant exactè omnia percipere, antequã habitum in necessarijs essent adepti. Eorum igitur qui ante me fuerunt quidam huiusmodi libros subfigurationes inscripserunt: quemadmodum alij Subformulas, alij Introductoria, alij Compendia, alij deniq; Enarrationes inscripserunt. Ego uero cum eos discipulis tantum darem, nihil istorum inscripseram. Quãobrem cum ad plures deinceps compluresq; peruenissent, alius alium his titulum indidit. Eos igitur libros, qui corrigẽdi gratia mihi transmissi à quibusdam fuerant, uisum est Introducendis inscribere. Quare de ijs prius dicere instituam.

36

De ijs commentarijs, qui Romæ mihi prima profectione scripti sunt.

Ego igitur omnium eorum commentariorum, quos quidẽ uel iuuenibus hæc primũ studia ingredientibus dicaueram, uel amicis quibusdam eos exigentibus, dederã, nullũ prorsus apud me exemplar retinuerã. Postea uero, cum secũdo Romã uenissem, istis ad me, ut dixi, emẽdandi causa missis, eos fortè recuperaui: titulumq; his, Introducẽdis, imposui. Inscripsi igitur librũ, De sectis ad eos, qui introducũtur: qui quidẽ ijs, quotquot ad huius artis medicæ cognitionem contendunt, primus est omnium perlegendus. Illo etenim, eę, quæ secundum genera sunt, sectarum inter se differentiæ traduntur. Secundum genera dixi, ꝙ sunt priuatæ etiam suæ ipsis differẽtiæ, in quibus deinceps iam introducti plenius instituuntur. Trium uero Sectarum nomina nemo nũc ferè ignorat: unã uidelicet Dogmaticã, siue Logicam: alteram autẽ Empiricam: tertiam Methodicã nominari. Quæ igitur propria cuiusq; sint, quæq; earum inter se differentia, libro à me isto tractatum est. Similiter autem & liber De ossibus, liberq; De pulsibus, Introducendis à me est dictatus. Amico præterea cuidam Platonico, sub hanc profectionem, libellos Isagogicos duos: alterum De arteriarum & uenarum, alterũ De neruorum dissectione dedimus. Et alij cuidam, Institutionis Empiricæ subfigurationẽ. Quorum ego quidem nullum apud me seruaueram: sed posteaquam Romam redijssem, ab ijs qui fortè habebant, accepi. Ex alijs tamen quibusdam, quæ amicis tunc scripseram, nonnulla apud me exemplaria remãserunt, quòd diligẽter aliquãdo illa absoluere statuissem. Quo ex numero sunt, De causis respirationis, libri duo. Et libri De uoce, quatuor: dedicati consulari cuidam uiro

uiro Boetho nomine, Aristotelicã philosophiam sectanti. Eidem quoq; libros De Anatomia Hippocratis: & deinde etiam illos De Anatomia Erasistrati nuncupauimus: quos propter Martialem (cuius in Anatomicis duo libri etiam nunc apud plerosq; extant, qui eo tẽpore magnopere probati erant) ambitiosius aliquãto scripseramus. Erat autem uir ille sanè inuidus, contentiosusq; in primis: quanquã annos iam ultra septuaginta natus esset. Quare cum audiuisset ea, quæ anatomica proposita materia dixerã docueramq; publicè, ab ijs omnibus, qui ea assecuti essent, summis laudibus extolli: cœpit homo meorum amicorum quendam interrogare, cuiusnam ipse sectæ essem. Audiens uero seruos me istos, quicũq; uel Hippocraticos, uel Praxagoreos, uel ex alio quocunq; tandem uiro se nominarẽt, appellare solitum: eligere autem ex singulis quę præstantissima essent, consueuisse, quærebat deinceps, quem igitur ueterum potissimum commendarem.

Hic desunt quædam.

Erasistratum uero & in his, & in alijs artis Medicæ locis, uirum admirãdum iudicabat. Propter eum igitur ardentius aliquanto sex illos De Hippocratis, & alios De Erasistrati Anatomia tres libros, conscripsi. Cum porrò etiam perorarem aliquando, in ueterum Medicorum libros publicè: proposuissemq; mihi librum Erasistrati De eductiõe sanguinis: graphio tum, ut moris est, in eam quæstionem incumbente, citanteq; eam eius libri partem, qua phlebotomiam reijcit, uehementius adhuc in illum dixi: quo magis ureretur Martialis, Erasistrateus esse uolẽs. Ea autem oratio mea cum satis tum placuisset, rogauit amicus me quidam (& is Martiali infensus) ut quæ dicta erant, ei, quem ipse missurus ad me esset, notulis ad celeritatem scribere exercitatum, recitarem: ut si quãdo ex Vrbe domũ proficiscerer, obijcere ea Martiali in morborũ inspectionibus posset. Post hæc uerò, cum ipse Romam ab Imperatoribus aduocatus, secũdo ueniissem, ille nescio quo pacto mortuus erat. Libellus autem, iuxta ambitionem temporis illius, quo publicè dicebam, scriptus, (etenim iuuenis eram cum hæc facerem, annum agens trigesimumquartum) apud quamplures erat. Ex eo tamen tẽpore & docere publicè, & monstrare desij: cum ægrorum curatio felicius quàm optassem succederet. Cum enim tot æmulos uiderem, qui, si quis medicus alius laudaretur, inuiderent, moxq; illum Logiatron exclamarẽt: ut inuidam istorum linguam declinarẽ, deinceps nec apud eos, quos curabam, plus quàm erat necesse profabar: nec in congressu, uelut antea, docebam, aut quicq; ostentabam: ipsis de cætero factis, qualem in hac disciplina facultatem consecutus essem, declaraturus. Tribus uero præterea annis Romę cum essem uersatus, ingruente magna peste, confestim urbe excedens in patriam properaui.

Desunt hic pauca.

In eo autem tempore libros, De Hippocratis Platonisq; placitis sex, adhortãte Boetho, scripsi. Et de usu præterea partium, unum, qui prior est. Quibus Boethus acceptis, & ipse ex urbe profectus est: uerum prior me, Syriam Palestinã tum prouinciam obiturus, in qua postea & mortuus est. Verum longo post tempore opus utrunq; multis subinde negocijs intercurrentibus, post reditum meum in patriam, quæ mox commemorabo, absolui.

Libri quidam à me conscripti, posteaq; mihi ad patriam è Roma proficiscenti, ab amicis traditi.

Profectus itaq; sum è Roma in patriam, cõpleto iã mihi septimo & tricesimo ętatis anno. Tres aũt libelli à me scripti, anteq; Smyrnam ex Pergamo, Pelopis medici, & Albini Platonici gratia proficiscerer, à quibusdam mihi redditi sunt. Erat uero unus, De matricis dissectiõe: perparuus quidem ille. Alter De cognoscendis oculorum morbis: & is paruus. Tertius autem iustæ magnitudinis, De experientia medica. Quorum primus destinatus erat obstetrici cuidam. Secundus adolescenti oculos curanti. Postremus aũt ex ea disputatiõe, quam Pelops cum Philippo Empirico habuerat: illo quidem asserente, medicinam per solam experientiã consistere non posse: hoc autem contendente posse, desumptus erat. Eorum igitur, ultro citroq; habitas oratiões cum in ordinẽ redegissem, mei tantũ exercitandi gratia conscripserã: uerum nescio, quomodo & ille, ignorante planè me, ad alios deuenerit. Præterea tres etiam alios libellos, interim dum Smyrnæ agerẽ, cõposui: De pulmonis uidelicet & thoracis motu: condiscipulo his, qui secundũ illos anatomicam facere quandã demõstrationẽ, paulo post in patriã abiturus, cupiebat, gratificaturus. Demortuo itaq; interim adolescẽte, libelli apud quosdam, sed qui meos tamen suspicarentur eos esse, fuerunt; & deprehensus quidam est, qui procœmium his quoddã præfixerit, deinde tanquã proprios legeret. In prędictorum aũt libellorum Tertio, mea quoq; nonnulla quæ ipse adinuenerã, ad finem adscripsi: nam quę tribus istis tractauerã, præceptoris mei Pelopis (apud quem Smyrnæ uersans, eos conscribebam) dogmata erant.

Desunt paucula.

Post eam igitur è Roma profectionem cum tandem in patriam peruenissem, istic considens, cum amicis uersabar. Verum breui post tempore, ex Aquileia mihi literæ ab Imperatoribus missæ perferuntur: quibus illi me reuocabant, statuerant enim ex hybernis expeditionem contra Germanos facere. Hac igitur ego necessitate compulsus, redibam: sperans tamen interea posse excusationem me aliquam nancisci. Alterum nanq; qui senior erat, uirum modestũ, æquum, facilem, & humanum esse perceperã. Is aũt primo quidem Verus uocabatur: sed postquam Antoninus (ille qui proxime post Adrianum imperauit) successorem sibi eum in principatu cõstituisset, socium

hic ſibi, antea Lucium dictum, aſciuit, & eum qui dem Verum, ſe autem Antoninũ tranſnominauit. Cęterum ipſe Aquileiã cum peruenisſem, peſtis, quantum antea nunquam, graſſari cœpit. Vnde Imperatores ſtatim Romam, cum paucis militibus fugere coacti: nos uero cum multis longo uix tempore euaſimus: abſumptis pleriſque, non tam ob peſtis uehementiam, quàm quòd media hyeme malum id ſæuiret. In itinere autem è uiuis cum exceſſiſſet Lucius, Romam deportatus ab Antonino, funeratusq; eſt. Et poſt hęc ſuſceptam aduerſus Germanos militiam urgens, omnibus modis me ſecum abducere laborabat. Perſuaſus autem ille ut dimitterer, cum ex me audiuiſſet, diuerſa deum patrium Aeſculapium (cuius me eſſe medicum nouiſſem, ex quo is mortali me apoſtemate laborantem ſeruauerat) iubere: reueritus deum, expectare me reditum ſuum iuſſit: ſperans breui pòſt tempore bellum ſe iſtud confecturum. Et ſic ipſe profectus eſt, relicto filio Commodo, ætate tum admodum puero: omni cura illius ſalutem nutritoribus tuendam mandans: ſiq; forte in aduerſam ualetudinem incideret, ut me ad eius curationem accerſerent. Interea autem temporis, quæ uel à præceptoribus meis didiceram, uel ipſe inueneram, collegi, & in habitum conſtantiorem redegi. ac ſiquid nonnullis quærendis circa eorum inuentionem habebam, conſcripſi: ſtudioſe me ipſum in uariis tum medicinæ, tum philoſophiæ queſtionibus exercens: quæ pleraque in magno illo Templi Pacis incendio, cum aliis multis perierunt & conflagrarunt. Cum uero præter omnem ſpem iſti expeditioni diutius immoraretur Antoninus, omne illud tempus ad pulcherrimam mihi exercitationem ceſſit. Vnde & tractatum De uſu partium, ſeptemdecim libris compleui. Et reliqua libris De Hippocratis & Platonis dogmatibus adiunxi. Quædam etiam Anatomicorũ theorematum, quæ olim Boetho dederam, De uſu uidelicet partium librum primum: amplius inquirens, in ſecundo inſuper muſculos, cuiuſque digiti articulos mouentes, à me inuentos expoſui: qui omnes ignorati diu fuerunt, uelut uniuerſis qui ante me extiterunt. Diſtuli autẽ in opere illo, de motibus ſuperciliorũ dicere, ſolum hoc in eo rurſus demonſtrato, falſò eos motus à quibuſdã hactenus eſſe traditos. Quare cũ mihi ipſi primũ, & deinde aliis, qbus hęc cõmonſtrabã, & hos motus, & alia quęcunq; in Anatomijs aut perperam à prioribus aſſerta, aut omnino fuerant omiſſa, inueniſſe me perſuaſiſſem, tunc iam & anatomicas adminiſtrationes perſcripſi. Cum uero libri De uſu partium, priuſquam hi ederẽtur, ad plurimos iam peruenisſent: diligenterq; medicis fere omnibus, quotquot ueteri medicinæ ſtudebant, tum philoſophis Ariſtotelicis legerentur: poſteaquam & illius talis quidã tractatus extabat: cœperunt mox maleuoli quidam, inuidia ſtimulãte, flagitioſis implere urbem rumoribus: me eſſe, qui, cũ ſtudeam uideri quamplurimum ueteres exuperaſſe, multa quæ omnino non appareant, inuexerim, in quę Anatomicis meis ſcripſerim. neque enim latere ea omnes poſſe. Ego uero ridebam quidem illos, contemnebámque: cæterum amici rei indignitate commoti, me adhortari, ut in aliquo magno auditorio ueritatem meorum in Anatomicis theorematibus ſcriptorum, publice aſſererem. Poſtquam autem perſuaderi me non poſſe æmuli ſenſiſſent, (iam enim eius gloriæ contemptum præ me ferebam) ſpem illi concipiebant ueluti timidum me reprehendendi: qui, quanquam eorum nugas non parui facerem, magnanimitatem tamen quandam ſimularem, nec ſcommatum finis erat. Iam uero & quotidie in templũ Pacis, quem admodum et ante incendium congregari ſolebãt, quicunque artibus logicis erant dediti, conuenie bant. Tandem igitur ab amicis compulſus, publicè multis diebus demonſtrare cœpi, mę quidem nuſquam falſa tradidiſſe: prioribus uero multa nõ ſatis comperta fuiſſe. Eorundem porrò hortatu commentarios tum ſcripſi demonſtratorum & dictorum: titulum habentes, De ignoratis Lyco in Anatomijs. Hanc igitur ob cauſam, cum demonſtraturus nihil tradidiſſe me in commentarijs meis Anatomicis falſi, proceſſiſſem: in medium omnium Anatomicorum libros propoſui, liberum unicuiq; preſentium faciens, quam uellet partem diſſecandam proponere, mecq; mox oſtenſurum, quãtum reuera cum priorum ſcriptis mea pugnarent. Propoſito igitur thorace, cum ipſe à uetuſtiſſimis facerẽ exordiũ, eorũq; libros in manus ſumerem, rogauerunt me inſignium medicorum quidam, in iſto conſeſſu ſedentes, ne inaniter tempus cõſumerem. Cęterum quoniam quidem Lycus Macedo, Quinti in Anatomicis omnium expertiſſimi, quondam diſcipulus, ea quę ad ſuam uſq; ętatem inuenta fuiſſent, omnia conſcripſiſſet: uolebant ut aliis dimiſſis, illius tantũ ſcripta meis conferrem. Eorum igitur petitioni morem gerẽs, ita in ſingulis, quoquo die propoſitis, feci. Hæc autem omnia propterea neceſſe habui cõmemorare, ut cognoſcant illi, q ſunt aliquãdo libros meos lecturi, qua ętate quoſq; ſcripſerim, et quã ob cauſam. Inde enim intelligere poterunt, quę ſint tanq; imperfecta ab iis quæ elaborate abſoluta ſunt, diſcernenda: & quę in arrogantium confutationem, quæq; rurſus ad inſtitutionem ſunt ſcripta, dignoſcere. Quod porrò in ſequẽtibus etiam, ſicubi res poſtulabit, indicabo. Nunc uero ad libros à me editos qui extant recẽſendos pergam, initio ab Anatomicis ſumpto.

De Anatomicis libris.

Ex hoc primum numero iſte libellus eſt, quem de oſſibus Introducendis ſcripſimus. Poſt eum uero alij libelli, itidem Introducendis inſcripti: ut eſt ille De uenarum & arteriarum ſectione: & alter De neruorum anatomia. Eſt præterea liber alius De muſculorum ſectione, qui quidem exacte compendio tradit omnia quę in Anatomicis adminiſtrationibus De muſculis ſcripta ſunt.

Quod

Quòd ſiquis perlecto De oſſibus libro, protinus Anatomicas aggredi adminiſtratiões cupiat, poterit quidem illos De uaſorum neruorumq; diſſectione libros præterire: quemadmodum & eum, qui De muſculis eſt ſcriptus. Sunt enim uniuerſa in adminiſtrationibus ſcripta. In horum autem librorum Primo, De manuum muſculis & ligamentis: Altero, De pedum muſculis & ligamentis: Tertio, De artuum neruis & uaſis: Quarto De muſculis genas & labra mouentibus, & iis qui ſunt circa inferiorem maxillam: Præterea etiam de his qui caput, collum & ſcapulas mouẽt: Quinto, De muſculis thoracis, epigaſtrij, lumborum, & ſpinalibus: Sexto, De organis nutritiuis, qualia ſunt inteſtina, uenter, hepar, lien, renes, ueſica, & quæ ſunt huiuſmodi alia: Septimo & octauo, De partium ſpiritualium anatomia: illo quidem de iis partibus quæ cordi, pulmoni, & arterijs, tam mortuorum quàm uiuorum adiacẽt: hoc autem quæ circa uniuerſum pectus ſunt, tractatur. Nono porrò libro, cerebri & ſpinalis medullæ cõtinetur anatome. Decimo oculorum, linguę, ſtomachi, et confinium partium: Vndecimo, eorum quæ ad laryngem ſpectant, & os hyoides uocatum & quæ iis continuantur, præterea neruis ad ea peruenientibus: Duodecimo, arteriarũ & uenarum: Tredecimo, neruorum ex cerebro deſcendentium: Quartodecimo, neruorum à medulla ſpinæ deuenientium: Quintodecimo, tandem genitalium partium, anatomia continetur. Et hæc quidem ſunt, quæ ad Anatomicam theoriam ſunt neceſſaria. Præter autem hæc, alia quoque ſunt utilia quidem & hæc quæ Marinus uiginti Anatomicorũ libris, nos aũt poſtea Epitomatis quatuor librorum (quemadmodum & Lyci duobus) complexi ſumus. Subijciam uero hic utriuſque tractationis, ex primo noſtrorum Epitomatum libro ſummam: & priùs librorum Marini, quos uir ille in Anatomia reliquit. Eorum igitur, ex priorũ Primo, totius theoriæ præfatio: in de De cute, De pilis: poſtea De unguibus & carnibus, De adipe & pinguedine, continetur. In Secundo, De glandulis, pelliculis, ex membrana tunicis, nempe peritonæo, & ſuccingente, & diaphragmate commentatur. In Tertio porrò, De monſtrabilibus ſermone uaſis, uenis, arterijs, earumque anatomia: & Num naturaliter in arterijs ſanguis contineatur. In Quarto, quæ ſit arteriarum operatio, quis uſus, unde proueniant: & quę alia circa eas quæri ſolent, exequitur. Deinceps autem tractat De ureteribus, & urinarijs meatibus, & uracho [hoc eſt eo, ex quo hæret pendetque fœtus ad umbilicum] & uaſis ſeminarijs. De humorum bilioſorũ uaſis, & meatibus. De glandulis. De eo quod à glandulis eſt uaſe. De gutture. De uaſis mammarum, quibus lac continetur. De iis quæ fuſa ſunt per corpus uaſisq; contenta, & qui humorũ atq; chymorum quibus uaſis contineanẽ. De alimentis. In Quinto, De capitis aliarumq; partiũ futuris. De faciei futuris & iuncturis, ac omnibus capitis oſſibus. De capitis & faciei cauernulis. De inferiori mandibula, & eius foraminibus, & num habeat iuncturam. De dentibus. De capiti adiacẽte gutturis oſſe, quęq; iuxta ſunt, & locum circa tonſillas occupant. In Sexto ſcribit, De teſticulis, De oſſe ſacro, De uertebro coxarum. De latere. De pectore. De humeris. De ſcapulis, iugulis, brachijs, cubitis, radijs. De oſſibus palmæ, & digitorum. De femore. De chartilaginoſis oſſibus ab utraque genu parte. In ſecundo autem noſtrorum commentariorum quod Anatomicæ Marinæ contemplationis compendium eſt, Septimum, Octauum, Nonum, & Decimum Marini librorum ſumus complexi. Capita uero libri Septimi ſunt. De caluæ cum pelliculis aliſq; que membranis cerebri coniunctione. De totius faciei neruis. De temporum & mandibularum muſculis. Item de iis quæ ſupra maxillas & labia exiſtunt. Item De cæternarum in quibus dentes infixi ſunt, malarũq; muſculis. Item de interioribus inferioris malæ muſculis. Item De malæ inferioris muſculis ſeorſim. De muſculis naſi * De muſculis iuxta linguam. De lingua eiusque muſculis. De oculorum muſculis. In Octauo autem Marini libro, hæc capita cõtinentur. De ore. De labris & dentibus. De gingiuis. De columella. De gula. De lingula. De tonſillis. De glandulis. De naſo, naribus, auribus, collo, eiusq; muſculis. De muſculo ſub latere, qui * De colli natura. In nono libro, De muſculis, qui circa ſeptum pectorale, ſpinam, meſopleuria, & partem quæ eſt ſupra umbilicum, ſunt. Pręterea De muſculis brachiorũ, ſcapularum, cubitorum, extremarumq; manuum tractat. In Decimo uero, De cubitis, pedibuſq;, & eorum muſculis. De articulis genicularibus. Intertio porrò Epitomatum meorum libro, Vndecimus, Duodecimus, Tredecimus Marini liber includitur. Quæ igitur in Vndecimo ſcribit hæc ſunt: Num feratur ex dorſo humiditas aliqua ad pulmonem. An uentus per aſpirationem & eſum in uentrẽ attrahatur. Deinde De ſtomacho. De gutture. De pulmone & corde. De thymo circa cor. In Duodecimo aũt operis ſui libro, Marinus tractat, De hepate et eius bile. De ſplene, & uentre, & meſenterio. In Decimo tertio, De primis inteſtinis. De renibus, uretere, ueſica, uracho, itinere urinali. Inde De uirga uirili, pudẽdoq; maris & fœminæ. De matrice, & iis quæ in ea geſtantur. De teſticulis, quos didymos appellat: Deniq; de glãduloſis tractat. In Decimoquarto anatomiam omnium quæ ſupra hepar ſunt uenarum aperit. In Quintodecimo uenam quæ à corde ad reliqua defertur: & eas omnes quæ ſubter diaphragma: & quæ in uniuerſum per totum corpus ſunt, arterias indicat. Quarta denique & poſtrema Epitomatum pars reliquos Marini quinque libros, à quindecim uidelicet ad uiginti continet. In Decimoſexto igitur De cerebro quæſtiones, & apparentia, ut an pulſatilis in ipſo motus:

& Num

& Num ſpiritus quẽ trahimus ad id perueniat, ex equitur. Et deinceps De ſpinali medulla, & pelliculis cerebri. In decimoſeptimo, De dominatrice cerebri ui diſſerit. In Decimo octauo, De motu animali: Tum ſingulorũ neruorũ differẽtijs: & unde quidã eorũ emanent, docet. In Decimonono libro, De neruis, diſtillationibuſq; ex cerebro prouenientibus: & unde incipiat ſenſibilitas eius: & De oculorum neruis, quos Herophilus & Eudemus poros uocant, ſcribit.

Hic in Græco exemplari multa deſiderantur.

Præterea libri De morborũ & ſymptomatum differentia ſunt. Sequitur aũt liber De morborum differentia, liber alter, De cauſis morborum: quemadmodum & alterum De Symptomatum differentia, Tres de Symptomatum cauſis libri ſequuntur. Poſt hos libri ſunt De locis affectis. Et liber De temporibus morborum: qui ex illis eſt, qui Therapeuticam materiam præcedũt. Et liber De febrium differentia. Liber item De plenitudine. Et ille De præter naturã tumoribus. Præterea liber De cauſis morbum antegreſſis: & liber De cauſis morbum continentibus. Et liber De tremore, rigore, palpitatione, & conuulſione: Et tandem ille qui inſcribitur Ars medica.

Libri Therapeutici.

Quatuordecim porrò libri De methodo curãdi mihi ſcripti ſũt. Duos præterea eiuſdẽ generis ad Glauconẽ, & tres De phlebotomia cõpoſui. Primum quidem contra Eraſiſtratum. Alterum contra eos qui Romæ ſunt Eraſiſtrateos. Tertium uero quo meam de curandi ratione ſententiam ſuper intuli. Extat enim libellus quidam meus Therapeuticus & ipſe, De tabe inſcriptus. Conſcripſi quoq; amico cuidam meo libellum, cuius nuper poſtquam ad multorum manus perueniſſet, antigraphum recepi. titulum autem habet, Cõſilium puero comitiali morbo laboranti datum: quare Therapeuticis adſcribo. In quorum quidem numerum & tres illos De alimentorum facultatibus libros: & librum De extenuante diæta: & alium De boni malíq; ſucci cibis, non inepte quis referet. In hoc autem Therapeutico negocio nihil recẽſitis inferiores etiam iſti ſunt: quos De curandi ratione ſecundum Eraſiſtratum ſcripſimus. Et duo illi quos Glauconi philoſopho dicauimus. In hunc ordinem ponere quis & eum libellum poteſt, quem de Hippocratis in morbis acutis diæta, edidi. poterit ſanè idem & cum ijs commentarijs quos in Hippocratem ſcripſimus: his enim quamplurima curationum theoremata continentur. Qualia ſunt etiã diaprognoſtica & prognoſtica.

Libri Prognoſtici.

Primum quidem in hoc genere tres libri De iudicialibus diebus extant. Et rurſus tres De criſibus. Deinde tractatus De pulſibus: in quo primũ quidem De eorum differentijs libri quatuor ſunt: quos ſecundo ſequuntur, De pulſuum dignotione libri totidem: & Tertio libri De cauſis eorum, numero ſuo pares: & quarto De præſagijs ex his ſumendis. Qui ſunt in uniuerſum ſedecim. Præter uero hos ſeorſim introducendis ſcriptus, De uſu pulſuum libellus habetur. In quo cum nonnulli quæſiuiſſent, quę nam eſſet cauſa, quòd febricitantium pulſus, non proprio notaretur nomine: reſpondeamus ijs, maiorem eſſe hanc, altioriſq; inueſtigationis quæſtionem, quàm quæ iſtuc ad introducendos faceret. Et hæc quidem in libelli huius initio nobis dicta ſunt. Duas uero medicis eſſe opiniones ibidem oſtendimus. Alteram nempe quorundam talem, ut arbitrentur, etiam arteriarũ ſyſtolen ſentiri poſſe: Alteram uero eorum qui inſenſibilem illam aſſerant. Nobis autem cõſultius uiſum eſt, eos qui introducuntur, facilioribus primum exerceri. quare ad priorem tum partem nos acceſſimus, & inſenſibilem eſſe huiuſmodi ſyſtolen aſſeruimus, febriſq; nullũ eſſe in pulſibus proprium indicium. Iuxta alteram uero ſectam, in magno illo ſedecim librorum opere, oſtenſum nobis eſt indicium febris proprium. Sed has quæſtiones illi mouent, qui abſq; præceptoribus diſcunt, ſimiles, iuxta paroemiã, ex libro gubernatoribus. Mihi uero alibi ſatis eſt expoſitum, aliam eſſe eorum qui introducuntur primum: & aliam rurſus omnino diuerſam, eorum qui omnia perfecte edocentur, inſtitutionem. Porrò quoq; libellũ quendam unum ſedecim ſupradictorum librorum compendium, ſcripſi. Et præter hos omnes, octo libros, De pulſuum tractatione Archigenis: unumq; eorum uſus complectentem, edidi. In hũc ordinem, & tres illos De difficili reſpiratione, non abſurde quis retulerit.

De libris cõmentariorum in Hippocratem.

Quẽadmodum nec aliorum meorum, quos amicis dederam librorum, quenquam facile ad plures peruenturum opinabar: ita enarrationes quoque has meas in Hippocratem, mihi tantum ſcriptas ſperaueram. Nam à principio quidem nihil, ipſum me exercens, in iſta quondam commentaria cõſcripſeram. Quod idem & in uniuerſa adeo medicinæ cotemplatione, circa unamquanque eius partem feci: mihi tantum libellos quoſdam parans, qui omnia Hippocratis in arte Medica, dogmata complecterentur: dilucidámque & undequaq; abſolutam inſtitutionem continerent. Sic enim priuata mihi commentariola, De Criſimis diebus ſecundum Hippocratis ſententiam, & ſimiliter De Criſibus, De difficili reſpiratiõe, & ſic in alijs ſingulis, compoſui. Item & curationũ Methodum uniuerſam eodem conſilio, libris quatuordecim (quantum ad omnia therapeutica pertinebat) complexus ſum: atq; id quidem iuxta uiri illius ſententiam. Extabant autem aliorum ante me complurium in ſingula Hippocratis dicta, nõ ſpernenda commentaria. In quibus quæ perperam ſcripta mihi uidebantur, ocioſum arbitrabar arguere. Oſtendi uero hoc in ijs quæ nuper adhortantibus dedi, raro quicquã dicens contra eorum intrerpretes. Ego etenim à principio nullos

eorum

eorum cõmentarios Romæ habebã, cũ libri mei in Aſia eſſent omnes. Sicubi igitur meminiſſem quod ab eorum aliquo dictum praue admodum eſſet, ut magnopere circa hanc artem exercẽdam lædatur qui ei cõfiderit, id indicaui. Cętera autem omnia nullam aliter exponentium mentionem faciens mei ipſius iudicio dixi. Et hoc modo cõmentaria à me in Aphoriſmos: in librum De fracturis: & librum De articulis: & in Prognoſtica: & librũ De ratione uictus in morbis acutis: & librum De ulceribus: & libros De capitis uulneribus: prioremq; librum Epidemiarum, hoc eſt, morborum paſſim graſſantium ſcripta ſunt. Poſtea uero cum forte commendantem quẽdam reprobam Aphoriſmi interpretationem audiuiſſem, cepi cõſilium reliqua etiam mea omnia quibuſdam communicare: quæ tamen ita conſcripſeram, ut publicam magis editionem, quàm eorum tantum qui ea acciperent, captum reſpicerent. Sunt autem hæc. Commentaria in Secundum, Tertiũ, & Sextum Epidemiarum librum ſcripta. Præterea in librum De chymis, De nutritione, De prędictiõe, De natura hominis, De medico uulnerario: & in librũ de locis, aere, aquis: quem ego De habitationibus & aquis, & temporibus, & regionibus aſſero inſcribendum eſſe. Feci igitur in Aphoriſmos commentariorum libros ſeptem. In libros De fracturis, tres. In libros De articulis, quatuor. In Prognoſtica, tres. In librum De in morbis acutis dięta, tres quidem in eam partem quæ citra controuerſiam huius eſt: duos uero, in eam quæ illi attribuitur. In librum De ulceribus, & illum De uulneribus cerebri in utrunq; libros ſingulos. Interpretationum porrò in Primum Epidemiarum libros tres ſcripſi: & totidem in Tertium. In ſecundum autem ſex. In ſextum octo. In librum uero De chymis, commentarios tres, quemadmodum in Prognoſtica: & medicum uulnerarium: & librum De locis, aere, aquis: quem ego de habitationibus & aquis, & temporibus et regionibus inſcribendum dixi. In librum autem De nutritiõe, libros quatuor compoſui. Tum in libros De natura hominis, duos. Quibus iam abſolutis, cum audiuiſſem calumniari quoſdam hũc librum, tanquam adulterinum, commotus ſum alios adhuc tres libros conſcribere: qui huiuſmodi habent inſcriptionẽ. Quòd Hippocratem in alijs ſuis ſcriptis concordem habere ſententiam, cum eo De hominis natura libro, appareat. Denique ad Hippotratem & illi pertinent, De uiuendi ratione in morbis acutis, ſecundum Hippocratem. Similiter & Expoſitio antiquarum apud eum dictionũ. Et liber contra Lycum, ſuper Aphoriſmo, cuius initium eſt: Creſcentia plurimum habent natiui caloris. Item liber cõtra Iulianum Methodicum, de ijs in quibus Hippocraticos Aphoriſmos reprehenderat. Ad Hippocratem & ille libellus faciet, in quo diſſero, Optimum Medicum eundem eſſe & philoſophum: qui libellus ob breuiorem titulum ijſdem uerbis inſcriptus eſt.

De libris contra Eraſiſtratum ſcriptis.

In primum quidem Eraſiſtrati De febribus, cõmentarios tres ſcripſi. Quorum tertio De febribus præcipue cõmentationum therapeuticarum Eraſiſtrati cõtinet. Ipſe uero therapeuticus tractatus, De Eraſiſtrati medẽdi ratiocinatiõibus inſcribitur. Quinq; aũt cõmentarijs ille conſtat. Sunt præterea & De anatomia Eraſiſtrati, libri tres. Et De phlebotomia duo. Ad hos unus contra ipſum Eraſiſtratum, & eos qui Romæ ſunt Eraſiſtrateos ſcriptus. Ad Eraſiſtratum & ille libellus pertinet, in quo quærimus, Num ſecundum naturam in arterijs ſanguis cõtineatur. Similiter & ille De uſu reſpirationis. Et tres De naturalibus potentijs: qui iudicium omnium eorum, quę ab Eraſiſtrato in uniuerſum de naturalibus operationibus ſcripta ſunt, continent.

De libris qui ad Aſclepiadem ſpectant.

De Aſclepiadis quoq; dogmatibus libros octo ſcripſimus. Et alium adhuc libellum De eſſentia animæ ſecundum Aſclepiadem, inſcriptum.

De libris contra Empiricos ſcriptis.

De Iſagoga Theodæ cõmentarij quinq;. De libris Menodoti Seuero, undecim. De libris Serapionis contra ſectas, duo. Informationes Empiricæ. De Medicinali experientia. De Empiricorum controuerſijs, tres. Contra obiecta ad controuerſias Empiricorũ: & Theodę * Contra Menodoti Seuero adhortationem ad Medicinale cõpendium Heraclidarũ, tres. De Empirica ſecta, libri ſeptem. De differentijs illorum à Methodicis. Methodicæ ſectæ, ſex. Contra obiectiones Iuliani in Hippocratis Aphoriſmos.

De libris qui ad Apodixes conducunt.

Poſteaquã omnes mortales in quacunq; diſceptatione, & ſua ſe demonſtraturos, & alios confutaturos, promittere ſolere, animaduertiſſem: nihil prius, neq; ſtudioſius diſcendum mihi Demonſtratiua theoria duxi. Quare mox philoſophos (nam illos docere eam audiebam: & ſi ulla alia Logicæ philoſophiæ pars, hanc Demonſtrationum, quarum deſiderium alijs ſe implere poſſe profitebantur, eſſe iterum atq; iterum obſeruandam, tradere) rogabam, quænam eſſet Methodus, quam doctus aliquis, tum alterius diſputationes Apodicticas exacte dignoſcere, utrum ueræ ſunt illę uel in ſpeciem quidem, inſtar adulterinorum numorum apparentes, ſed ad ueritatem collatæ prauæ: tum ipſe uia quadam inſiſtens, circa quodq; eorum quæ inueſtigari ſolent, ad inuentionem eius peruenire poſſit. Ob hæc autẽ cum deinceps me & Stoicorum & Peripateticorum, illis temporibus celeberrimis mancipaſſem, diſcebam quidem Logicorum theorematum alia multa, ſed quæ poſtea conſiderans inutilia prorſus ad Apodixes inueni. Videbam enim inter illas, pauciſſimas eas eſſe quæſtiones, quæ utilitatem aliquam continerent, & ad potiundum propoſito ſcopo conferre poſſent. Quinimmo & controuerſa ab illis pleraque, nonnulla etiam naturali rationi

pugnantia

pugnantia reperiebam. Quare profecto ad Pyrrhoniorum ferè per præceptores hæsitantiam & ipse recidissem, nisi Arithmeticæ, Geometriæ, Dialecticęque cognitione, quibus ab auo etiam proauoq; desumptis, à patre iam ab initio institutus fueram, retentus essem, Cum uero mecum reputarem manifeste ueras esse Eclipsium prędictiones, Horologiorum, Clepsydrarumq; instrumenta, quęq; alia iuxta Architectonicen inueniuntur, satius arbitrabar typorum Geometricorum demonstratione uti: maxime cum eos etiam philosophos qui Dialectices callentissimi habebantur, non inter se solum, uerumetiam sibiipsis discordare uiderem: quanquam ex æquo omnes Geometricas has apodixes commendarent. Vnde plenius etiam cognoui abstinendum esse ab illorum dictis, sequendos uero characteres illos & lineares demonstrationes. Discrepare quidem inter se dico in logica theoria philosophos, Peripateticos, & Stoicos, & Platonicos manifestum est: à seipsis uero rursus quosque priuatim in sua. Et parua quidem inter Peripateticos discordia est, magna uero apud Stoicos & Platonicos. Qui igitur uolent in linearibus istis demonstrationibus exerceri, consulo ut in ijs ipsi primum se instituant, postea uero nostrum legant De demonstrationibus opus, quindecim libris expeditum. Scripsi autem & alia multa meipsum exercitandi gratia: quorum alia quidem in incendio illo, quo & templum Pacis conflagrauit, perierunt: alia autem amicis data, apud multos adhuc integra, quę admodū & reliqua nostra, extant. Eorū autē quę scripsi commentariorum quædam ipse amicis dederam: quædam uero à domesticis furtim surrepta, & euulgata sunt, quæ deinceps ab alijs qui habebant, accepi. Quo quidem in numero sunt, Tres illi, in Aristotelis De Enunciatione librum, commentariorum libri: & quatuor item in Priorem De syllogismis: similiter & in Posteriorem, pari numero. Inscribunt autem hos omnes ferè hodie Resolutoriorum priorum: quēadmodum illos de demonstrationibus, Resolutoriorum posteriorum. Ipse sanè Aristoteles illorum tanquam de Syllogismo, horum autem tanquam de Demonstratione sibi scriptorū meminit. In quos qui dem utrosque & nostra extant commentaria: sex in priores, quinque in posteriores. Horum igitur commentariorum nullum ad editionem scripseram: quemadmodum neq; sex illos in Theophrasti librum quem De affirmatione & negatione in scripsit. Commentaria quoque in primum Eudemi De dictionibus, antea alijs me rogitantibus, scripseram. In decem uero cathegorias ipse quidem commētationes nullas feci: neque mihi, neque alijs unquam tale aliquod commentariolum parauī. Vnde cum post aliquando rogaret à me amicus quispiam in eum librum ad earum disputationum solutionem, Commentationes, uti tantum ijs iusi quæ à præceptore fuerant istum in librum prælecta: aut omnino similibus, ex aliorum commentarijs, sicuti Adrasti & Aspasij erant. Cæterum & puer adhuc cum sub patre instituerer, iscq; mihi post Logicam theoriam Chrysippi & celebrium Stoicorum libros proposuisset, in illius tum syllogisticos libros commentaria conscripsi. Quæ ipsa quoque postmodum apud multos fuere, in Pergamo cum alijs quibusdam lucubrationibus, quæ iuuenis scripseram, relicta: atque per familiarem postea rogantibus quibusdam communicata. Quæ uero ipse post tractationem De demonstratione elaborata latius scripsi cum in illis breuiter essent dicta, nominatim hæc sunt. De requisitis ad demonstrationes, liber unus. De ijs ꝓpositionibus quæ in dictione demōstrationū omittunt. De ęquipollētib. ꝓpositiōibus, liber unus. De demonstratiōibus propter quid, unus. De numero syllogismorum, unus. De exemplis libri duo. De inductione, liber unus. De Imagine, unus. De similitudine, libri tres. De ex hypothesi principijs. De generis, speciei, eorúmque cōiugatorum significatione propria, liber unus. De possibili. De eo quod multipliciter dicitur, libri tres. De communibus & propríjs artium, unus. De implicātibus se ipsas orationibus, unus. De contingentibus propositionibus, unus. De mistis propositionibus & syllogismis, unus. Quomodo discernenda sit negocialis quæstio à nominis & significati quæstione, liber unus. De Clitomacho, eiusq; demonstrationum solutionibus. De communi oratione, libri duo. De optimo docendi genere, cōtra Phauorinum. Super Epictetum contra Phauorinum unus. De usu syllogismorū. De usu in syllogismos, theoremata, duodecim. De optima secta, liber unus. De nominum rectitudine, libri tres. De eo quod est, unumquodque & unum esse & multa. Quòd ad oppositа unum & idem ex necessitate consequi impossibile sit, unus. De demonstratiua secta, unus. De ui & contemplatione Logicæ, unus. Dialogi ad philosophum, liberalius ab eo qui est de cōmunibus notitijs. Contra eos qui omnem calumniandi occasionem ex uerbis aucupantur, liber unus. De communibus, & propríjs artium príncipíjs. De artiū constitutione, libri tres. De significatis generis, speciei, & his adiacentium. Compendium Demonstratiuæ theoriæ, unus De discernendis dogmatum controuersijs. Quòd separari à prima substantia quantitas non possit, liber unus. De príore demonstratione per impossibile, unus. De ijs quę sui causa fiunt, unus. De multipliciter dictis duo. De nominis & signficatorum quæstione. Quæstiones autem Moralis philosophiæ, quantum mihi uidebatur, infra scriptis libris exposui.

De suis cuique passionibus & uitijs dignoscendis, libri duo. De moribus, quatuor. Cōtra Phauorinum pro Socrate. De indolentia, unus. De fine philosophiæ, unus De congressu auditores ostentantium, unus. De submisse legentibus, unus De pœnis & peccatis exæquandis, unus.

De con

De consolatione, unus. De Diatriba in aula Menarci, contra Bachidem & Cyrum, unus. Quale genus congressionis obseruari debeat in Dialogis, unus. Contra forenses rhetoras, unus. De uoluptate & labore unus. De ijs quæ unūquodque uitę propositum consequuntur, unus. Concionum contra sectas, unus. De cōcordia, unus. De pudore, duo libri. Concionum contra adulatores, duo. De calumnia: in quo & de priuata uita tractatur. Cronisci septem, in uno uolumine. Concionum contra sectas habitarum sub Pertinace, unus. Quatenus sit honor & gloria persequēda. De testamentis cōdendis. De pertinentibus ad Platonicam philosophiam. De secta Platonica, liber unus. De medice dictis in Platonis Timæo, libri quatuor. Ad amicos, siue Plato. De ijs qui suis tribuunt, libri tres. De Logica theoria secundū Platonem. Compendij dialogorum Platonis, libri octo. De egressionibus quibus in Philebo Plato usus est, unus. De animæ partibus & potentijs, libri tres. Quòd animi mores tē peraturas corporis sequantur. libri duo. Et alius quidam, qui aliter editus est. De Hippocratis & Platonis dogmatibus. De spectantibus ad Aristotelicam philosophiam. Commentariorum in librum De enunciatione, libri quatuor. In príora Analytica, libri sex: in posteriora quinque. In decem prædicamenta, commentaria quatuor. In librū Theophrasti, De affirmatiōe & negatione commentaria sex. In librum quot quidque modis dicatur, commentaria tria. In primum mouens immobile. In librum De dictione Eudemi, libri tres. De demonstrationibus propter quid, unus. De cōtingentibus propositionibus, & syllogismis, unus. De syllogismis ex mistis propositionibus, unus. De fallacijs quæ in dictione consistunt. De differentijs Stoicorum philosophorū. De Logica theoria secundum Chrysippum, libri tres. Chrysippi Syllogisticæ primæ, libri tres. Secundę, unus. De Logica facultate & theoria, septem. Quòd Geometricæ resolutiones præstantiores quàm Stoicorum, liber unus. De usu theorematum in syllogismos, unus. De spectantibus ad Epicuream philosophiam. De felici & beata uita secundum Epicurum, libri duo. De uoluptatis * secundū Epicurū, duo. Quòd effecti ua uoluptatis imperfecte ab Epicuro sint expressa unus. De uoluptuaria secta. Num Philologia morum studio conferat, unus. De illis qui sophistis conuersantur, unus. Metrodori epistola ad Celsum Epicureum. Epistola Pudentiani Epicurei. Quæ communia Grammaticis & Rhetoribus. De uocabulis Atticorum scriptorum, libri xlviii. Forensium apud Eupolidem uocabulorum, libri tres. De forensibus uocabulis apud Aristophanem, libri quinque. Forensium uocabulorum apud Cratinum, libri duo. De exemplis uocabulorum Comicis propriorū, unus. Num utilis ijs qui erudiuntur lectio ueteris Comœdiæ. Cōtra illos qui incessunt solœcissantes uoce libri sex. In alijs septem. Electus Atticorum, in uno. De perspicuitate & obscuritate. Num idem possit esse Criticus & Grammaticus, liber unus.

CL. GALENI DE ORDINE LIBRORVM SVORVM LIBER AD EVGENIANVM, A IOANNE FICHARDO FRANCOFORDIANO OLIM LATINITATE DONATVS.

RECTE tu quidem mi Eugeniane facis, q libellū à me, ordinē cęterorum qui scripti sunt mihi librorū expo nētē efflagitas. illorū nanque omnium neq; scopus idē, neq; uis, neq; tractatio eadē est. Etem quosdā ut nosti, amicis me id rogitantibus scripserā, eorum modo captū conficiēs: quosdam uero tantum introducendis adolescentibus destinaueram. Mihi autem neutrobi fuit interim propositum, uelle istos nostri seculi hominibus edere: quòd uidebam nec eos admodū, quos iam ante emiseram, curæ multis esse. Admirantur enim nunc alij alios & medicorum, & philosophorum; licet illi nec suam ipsorum professionem ullam'ue demonstrandi scientiam satis teneant, aut falsos à ueris discernere sermōibus nouerint: admirantur tamen, uel quòd patres ipsis fuerint empirici, aut dogmatici, aut methodici: uel quòd præceptores, uel quòd amicos habeant: uel denique, quòd maioris eos in urbe gloriæ & existimatiōis sectę suę nomine esse uideāt. Sicuti in philosophia quoq;, alius aliā ob causam sibi aliquā sectā eligit: Platōicis, aut Peripateticis, aut Stoicis, aut Epicureis sese adiungens. Et hoc tēpore, ex quo hereditariæ etiā esse cœperūt sectæ, eam plerique profitentur, in qua fuerunt à pueris enutriti: maxime cum iam uitę formam, quam sequantur, habeant nullam. Quare cum ipse sic mihi persuasissem, ne si ipsas quidem nunc musas librum scribere contingeret, acceptiorem multo futurum illum, uel indoctissimi alicuius hominis scriptis: cu-

piebam sanè mearum lucubrationum nihil in uul A
gus editum. Quando uero apud multos iam illæ
extabant, me inuito adeo, (quod quidem scis) si
quid erat reliquum commentationum mearum,
grauatim profecto amicis impertiebam. Com
pulsus itaque sum ab his, ut librum De optima Se
cta conscriberem. Non quidem qualem iam an
tea superiorum medicorum philosophorúmque
multi scripserant, suam nominatim Sectam extol
lentes, laudibusq; uehentes: sed quo eam solam de
monstrarem uiam, qua quis insistens, optimam se
ctam uel ad medicinam, uel ad philosophiam, aut
aliam quamcunque artem constitueret. In eo ue
ro libro dictum demonstratumq; est mihi id cuius
paulo ante mentionem feci, Demonstrationum
primum esse peritum illum debere, quicunque se B
ctarum rectus esse iudex cupiat. Neque tamẽ hoc
unum sufficit, sed & affectiones præterea quate
nus amant aut oderunt sectas eum exuere conue
nit: ne ueluti multi, circa illas excæcetur. Qui e
nim sepositis his, uel iuxta demonstratiuam Me
thodum inuestigabit ueritatem, uel de aliorum di
ctis iudicabit; is demum solus eam, quæ est opti
ma, Sectam inueniet. Nosti uero & tu, quàm ex
medicis philosophisq; multi, cum demonstratiuã
Methodum nihil exercuisse coarguantur, in con
trarias uias deflexerint: quibusdam ex his Apo
dixim omnino negantibus, quibusdam uero adeo
concedentibus, quòd etiam natura eam omnibus
usque eò notam dicerent, ut neque disciplina ad
hanc, neque exercitatione opus habeamus. Qui C
bus quis tandem respondere dignetur, eò stupo
ris deuenientibus? Sed hic aliquis forte illorum
(ut sunt plerique audacissimi, præsertim in ijs quę
maxime ignorant) mecum pugnabit, méque ma
ioris arguet audaciæ: quòd ne audiam, apudq; a
lios defendere me necesse habeam, cogito iandu
dum nihil uelle librorum edere. Verum cum illi,
quos amicis destinaueram, ad plures iam perue
nissent, cogebat sanè necessitas, propter eosdem
de optima quoque Secta commentari. Eius au
tem tractationis causa in eo tum mihi libro satis
dicta est. Hos igitur si quis omnium primos le
gere uoluerit, recte prudenterque fecerit. Quòd
si persuasus his ille, antequam disciplinam iudi
ciúmque Sectarum omnium consecutus sit, De D
monstrationum etiam peritus esse cupiat, habet
De demonstratione tractationẽ, à nobis descri
ptam. Ex qua ille si non methodos solas percipi
at, sed secundum eas etiam se in omni rerum syl
ua exerceat, ueritatem inueniet. Quod fiet, si & e
ius rei studiosus accedat, neque temeraria affe
ctione sibi aliquam deligat: eorum instar qui in E
questribus ludis diuersorum colorum studio, ci
tra rationem ducuntur. Idem uero hic, ubi quos
supra commemorauí, aggressus fuerit, absque ne
gocio, quæ uel uere illis cognita, uel falso fuerint
recepta, discernet. Quare nostrorũ quidem libro
rum, unum hoc initium esse lectionis debet illis
hominibus, qui & natura dociles, & alioqui ue
ritatis sunt studiosi. Porrò autẽ citra hanc si quis
& nostrarum ipsorum uitam & clara artis huius
facta, quæ forte apud ægrotos designarim, fuerit
expertus, ut sit persuasus uel ex animi mei mo
ribus, neque inuidia, neque contentione, neque
temerario quodam amore quo erga Sectam ali
quam sim affectus, agi omnia: aut ex operibus de
nique meis circa hanc artem mihi elaboratis, ut
dogmatum ueritati respondent, & præter Apodi
ctícam illam contemplationem poterit sanè is li
bris nostris iuuari. Et quanquam id non per exa
ctam rerum cognitionem, (ista eñ solis illis de
monstrationibus paratur) per opinionem tamen
rectam consequetur: qua de ueteribus merito di
ctum est, nihil illam ad operationem esse ipsa sci
entia inferiorem, licet ei legitimum illud, solidũq;
absit. Leget igitur is illa primum omnium, quæ
sunt Introducendis scripta. Librum uidelicet De
Sectis, qui eo etiam titulo est inscriptus, De se
ctis pro Introducendis. Et illum, De pulsibus pro
Introducendis. Tertio, De ossibus librum, & ip
sum Introducendis inscriptum: qui inter Anato
micos primus est. Eum igitur ante alios aggredia
tur, qui ad Anatomiæ cognitionem studet perue
nire. Tradit enim is omnes in Anatomia apparen
tes particulas: cuiusq; magnitudinis, situs, formę,
cohærentiæ, coloris, & societatis ad inuicem sint,
ostendit. Qui autem in Anatomiarum inspectio
nibus exercitatus fuerit, earum deinceps Opera
tiones discet, alias quidem Naturales, tribus à me
libris expositas, & De potentijs naturalibus inscri
ptas: alias uero Animales dictas, in alijs pluribus
à me tractatas. Quas præcedit liber De Anatomia
mortuorum. Hunc autem duo sequuntur, De se
ctione uiuorum. Et eos rursus alij duo, De sectio
nis controuersia. Post hos sunt tres illi, De thora
ce & pulmone. Duo item De causis respiratio
nis. Vnus etiam De uoce. Ex hoc genere sunt li
bri quoq; De motu musculorum. Et quę De uo
cabulis tradidi. Et uero quę De demonstratione
elementorum traduntur, non omnia sum in libro
executus, sed quatenus ipse Hippocrates usus fue
rat. Quòd si quis absolutissimam elementorũ cor
poris nostri cognitionẽ requirat, legenda sunt illi
quę in decimotertio Demonstrationum libro, &
in quinto & sexto De Asclepiadis dogmatibus, à
nobis exposita sunt. Præterea quæ De purgan
tium medicaminũ potentijs scripsimus. Differui
mus etiam quædam in eo quem De elementis se
cundum Hippocratem inscripsimus, commenta
rio. Seorsim deniq; in alio quodam libello ea de
re tractauimus. Post librum uero De elementis se
cundum Hippocratem, sequũtur De temperatu
ris, libri tres. Et eos rursus tractatus De simpliciũ
medicaminum facultatibus. Hunc autem alter il
le De compositione medicamẽtorum tractatus.
In prioribus igitur, de proprio cuiuslibet indicio,
in posterioribus autem de pharmacorum compo
sitiõe disseritur. Si porrò quis post duos illos, aut
tres, uoluerit uel eum De optima constitutione

corporis

corporis, uel De bona habitudine, uel De inæ A
quali temperatura libellum legere, conuenien
ter, nec sine ordine id fecerit. Parui quidem sunt
illi, & amicis tantum sic exigentibus conscripti,
ab illis uero in plures deinceps euulgati. Nam &
eorum facultatem in tractatu sanitatis expedie
ram, quæ differentiam constitutionis corporis no
stri complectitur.

Hic desiderantur multa.

Habebis præterea & nostros in quędã Hippo
cratis Cõmentarios. qui quando iam partim scri
pti sunt, etiã reliquos adijcere tentabo. quod om
nino quidẽ si uixerimus, fiet. Sin autẽ morte præ
uentus, antequam utilissima uiri illius scripta ex
posuerim, uita excedam, habebunt tamen stu
diosi eius sententiam, meaq; ut dictum est, opera: B
unà cum ijs quę nunc extant, commentarijs. At
que utinam Pelopis mei præceptoris, & Numisia
ni (pauca enim illorum ab interitu adseruata sunt)
& præterea Sabini, Rufiq; Ephesij, in Hippocra
tem interpretationes omnes haberẽtur. Quintus
autem, eiusq; discipuli, uiri illius sententiam non
planè sunt assecuti: unde factum, ut in suis exposi
tionibus multoties aberrarint. Lycus autẽ repre
hendit quoq; nonnunquam Hippocratem, men
daciíq; illum (cuius tamen non intelligit dogma
ta) arguit: nota enim passim eius Commentaria
sunt. Noster uero præceptor Satyrus, (nam huic
primo conuersati sumus, postea uero Pelopem au
diuimus) non easdem Lyco Hippocraticorum li
brorum expositiões faciebat. Confitetur uero Sa C
tyrus diligentissime se Quinti dogmata obseruа
re, adeo ut nec addere qd illis, nec demere uellet.
nã Ephicianus aliquanto etiã magis ad Stoicorũ
ritũ concessit. Nos aũt cum postea audiuissemus,
primo Satyrum Quinti interpretationes recitan
tem: deinde quædã etiam Lyci legissemus, utrun
que reprobauimus, ut qui Hippocratis sententiã
non exacte perceperit: melius enim ab ijs intelle
ctus est qui Sabinum, Ruffumq; sequebantur.
Quod facile quidem iudicare poterit qui in no
stris fuerit cõmentarijs præexercitatus: ex quibus
& quæ bene rectęq; dixerint, & ubi lapsi fuerint
cognoscet. Sed de exegesibus in Hippocratẽ iam D
satis dictum: quare ad reliqua nostra uolumina,
quæ ad rem logicam pertinent, pergamus. Ex il
lis autem, tibi quidem, mi Eugeniane, & quot
quot uni medicinæ student, ea quæ De demon
strationibus scripsimus, sufficere possunt: alijs
autem quicunque philosophiæ se addixerunt, cæ
tera quoq; legenda sunt. Nisi si quis fortasse utraq;
que, & medicinæ & Philosophiæ theorias, com
mode beneq; possit perdiscere, eum uero & inge
niosum, & memorẽ, & laboriosum esse oportet:
præterea eam sortitum felicitatem, quę nobis con
tigit, q sub patre docti, arithmetica, logica, gram
maticaq; sumus instituti: in hisq; humanioribus
disciplinis, usque ad ætatis annum decimum quin
tum enutriti, ad dialecticamq; ab illo contempla
tionem, ut soli deinceps philosophię uacaremus,
perducti sumus. Annum postea decimum septi
mum agens, claris insomnijs monitus medicinã
sum aggressus, cum philosophia illam cõiungens.
Talem uero ego meam felicitatem, quanquã ma
iorem etiam redderem, quòd citius meliúsque re
liquis omnibus, quæcunque docebar, discerem:
nisi tamẽ per uniuersam adeo uitã, in illis medici
næ philosophiæq; theorematibus me diligenter
exercuissem, nihil præclarum, excellensq; eram
consecuturus. Quapropter mirum non est, in tan
ta hominum multitudine, qui in medica & philo
sophica exercitatione, studióque uersantur, inue
niri tam paucos, qui recte in illis profecerunt. Aut
enim natura parum ad eas sunt appositi: aut non,
ut conueniebat, sunt instituti, aut studijs non fi
deliter sedulòq; insiterunt: sed ob rempublicam
capessendam, ab his discesserunt. Et hæc quidem
obiter nobis dicta sint: quanquam non omnino
parerga. Post eos igitur De demonstratione li
bros, nostras philosophicas theorias legere opor
tet. Quæ uero illarum subiecta, & quot sint, circa
quasque earum scripsimus. Sed hæc latius in eo li
bello, quem De omnium librorum meorum con
scriptione conficiam, exequar. Quod autem me
de tractatu in quo usurpata apud scriptores Atti
cos nomina secundum ordinẽ primarum in ipsis
literarum ex eorum scriptoribus collecta sunt, ro
gasti: quæ iam antea tibi respondi, operæ precium
arbitror hic etiam tibi commemorare. Nam com
pertum habeo, alios quoque multos, quodnam
eius libri sit argumentum quærere. Et quidem in
eo tractatu nõ hoc agimus, quod hoc nostro secu
lo multi: qui omnibus Attice loquendi syncerita
tem imponunt: siue illi medici, siue philosophi, si
ue geometrici, siue musici, siue Iurisconsulti, aut
nihil etiam horum, sed alioqui uel opulenti, uel di
uites sint: uerum contrarium intendo, neminem
prorsus, ob orationis solœcismos, esse reprehen
dendum incessendúmue. Præstat etenim lingua,
quàm uita, solœcismos, barbarismósque commit
tere. Quin & libellus aliquando mihi scriptus est
contra eos, qui in solœcissantes uoce, inuehũtur:
tantum abest ut eruditionis esse partem aliquam
Atticismos asseram. Præterea quoque propter
multos & medicorum, & philosophorum, quo
rum alij noua nobis Græcorum uocabulorum si
gnificata præscribunt, alij aliud, Commentaria
uocabulorum, octo ac quadraginta libris con
scripsi: ex Atticis illa scriptoribus partim et Co
micis congerens. Quod opus mihi, sicut recensui,
scriptum est propter significationes. Illud autem
qui legent, simul & Atticorum nominum noti
tiam adipiscentur: quæ ipsa per se quidem nihil
magno studio dignum habet. Sed & alius à me tra
ctatus De uocabulorum rectitudine editus
est: propter illis perperam utentes:
quem sanè uel primum om
nium diligentius euol
uere fuerit con
sultum.

CL. GALENI DE SECTIS
AD EOS QVI INTRODVCVNTVR.

LVDOVICO BELLISARIO MVTINENSI INTERPRETE.

D sanè quòd medicina intendit, sanitas est: hanc ipsam uero parare artis eiusdem finis est. quibus autem rebus aut absens comparetur sanitas, aut eadē conseruetur præsens, cognoscant medici necesse est: uocāturq; ea, qbus absens illa creatur, remedia auxiliaq;. quæ uero præsentem eandem custodiunt, salubris ratio uictus. quapropter ars ipsa medendi salubrium, insalubriumq; sciētia ab antiquis scriptoribus dicta est. qui salubria dixerunt, & quæ præsentem sanitatem conseruant, & quæ eandem corruptam resarciunt. insalubria uero quæ illis contraria sunt. utraque enim cognoscant medici necesse est, ut illa eligant, hæc autem effugiant. unde uero harum rerum parata scientia sit: nō itidem inter omnes conuenit. sed alij solam experimentorum notitiam arti satis esse dicunt. alijs autem non parum ratio in artem eandem conferre uidetur. nominanturq; qui à sola experimentorum notitia procedunt, nomine ab empiria, hoc est, experientia deducto, empirici. eodemq; modo qui à ratione ducuntur, rationales. duæq; sunt hæ primæ in arte medendi hæreses, altera quæ per experimenta ad inuenienda medicamina procedit, altera, quæ per indicationem. illis quæ imposuere nomina, empiricam rationalemq;. empiricam autem nominare, Græci solent tiritícin, & mnimoneutícin, hoc est obseruatricem memoremque: rationalem uero dogmatícin & analogisticin, hoc est dogmaticam & ratiocinatricem: ac uiris quoque perinde atque hęresibus dedere nomina, empiricus tiritícusque & mnimoneuticus, hoc est empíricos obseruatoresque ac memores eorum quę euidētia sunt uocantes eos, qui sibi experientiam elegerunt. logicus autem dogmaticúsque et analogisticus, hoc est rationales dogmaticosq; & ratiocinatores eos, quibus admissa ratio est. artem uero empírici sic constitutam dicunt. cum multi uisi sint affectus incidere, alij quidem sponte ægris hominibus sanisq;, ut sanguinis fluxus è naribus aut sudores, aluí ue profluuia, aut quæ similia sunt iuuantia lædentiáue, non quæ tamen efficientem causam sensu deprehensam haberent: alij autem quorum causa euidēs esset, euenire uisi sint, non ea tamen è nostro instituto, sed quæ fortuitò incideret. ut cuipiam lapso percussóue aut aliquo aliter modo uulnerato sanguinē contigit effluere, frigídamq; ut cupiditati obsequeretur in morbo sumere, uinúmue

aut aliquid generis eiusdem, quę singula in utilitatem noxámue desiuerunt. quę aūt è primo genere iuuantia lędentiáue sunt, naturalia uocarūt. quę uero è secundo, fortuita: primamq; amborum faciem casum appellarunt, ut ex eo nomen imponerent: quod homines in ea incōsulto caderēt. quod igitur experientiæ genus casu uenit, huiusmodi est. quod autem consulto fit, cum aut insomnijs hortantibus, aut aliunde ducto arbitrio ad experimentum uolentes uenerint. at uero tertium experientiæ genus, imitatorium est, cum rursus in ijsdem affectibus ad ea experienda ducuntur, quę aut natura, aut fortuna, consultóue profuerint, obfuerint ue. atque hoc ipsum quidem est, quod maxime artem eorum constituit. non enim bis tantum aut ter, sed sępius id quod ante profuit imitati, idemq; in ijsdem affectibus ut plurímum proficere inuenientes, ac eiusmodi memoriam præceptum uocantes, iam fidele id artisq; partem statuunt. ut autem multa fuere ab ipsis congesta prę cepta, id omne congestum medicina fuit: qui uero congessit, medícus: uocatúmque ab ijsdem est huiusmodi congestum autopsia, hoc est intuitus proprius, qui memoria quædam est eorum, quæ sæpe eiusdemq; modi uisa sunt. hoc idem etiam experientiam nominarunt. eiusdem uero nominationem historiam. hæc enim eadem res ei, à quo obseruata est, proprius est intuitus. ei aūt qui quod obseruatum est didicit, historia. quoniam autem morbis quibusdam interdum occurrebant, quos ante non uiderant, aut quos nouerant quidem, sed in eos his locis ortos incidebant, ubi non erat quæ experimento obseruata essent medicamentorum facultas, certum inueniendi auxília instrumentum finxerunt, ad simile transitum, quo utentes idem sæpe auxilium ab affectu ad affectum similem transferunt, & à loco ad locum. itemq; ab auxilío ante cognito ad aliud simile transeunt. uerbi gratia ab affectu ad affectum, si ab erysipelate ad herpetem se transferāt, à loco uero ad locum, si à brachio ad femur. ab auxilío autem ad auxílium, si in aluí profluuijs à cotoneo malo ad mespílum transeant. omnis autem huiusmodi transitus uía ad inuentionem est, nondum autem ante experimentum inuentio, sed quando iam quod in spem uenit experimento traditum est, id fidele iam tum teste eodem experimento est, idq; nihilominus quàm si sæpe eodem modo obseruatum esset. id autem experimentum quod transitum à simili sequitur, exercitatorium uocant, quod exercitatum in arte esse oportet eum, à quo quidpiam hoc pacto inueniendū sit. Superiora autem omnia

omnia experimenta ante notitiam experimento- A
rum habita, quibus opus erat ad artē constituendam, hominis uel cuiuscunque esse possunt. hæc est quæ per experimenta ad artis finem uia est, ea uero qua per rationem procedimus, naturam corporis quod curandum tentatur, discí iubet, cumq; omnium causarum, in quas quotidie corpus incurrēs, ipsum se aut salubrius aut insalubrius reddítur. iamq; post hæc aeris naturā aquarumq; atq; locorum eamq; quæ uitę studijs inest, quę cibis ac potionibus, necnon assuetudinibus, scire medicum aiunt oportere: quo & morborum omnium causas, & facultates remediorum inueniat, iscq; sit, qui conferre ratiocinariq; possit huic generi causæ hanc uim habens adhibitum medicamentum ut certum aliquid efficiat natura esse aptum. B
negat enim illum inuenire posse remedia priusq; in omnibus his multifariam sit exercitatus. ut autem ex breui exemplo rem totam cognoscas, pone partem corporis aliquam dolentem, duram renitentémque, quæq; in tumorem sublata sit. hic causam medicus inueniat oportet, primumq; noscat humído aliquo naturæ modum superante in partem prolapso, eam intumuisse, eodemq; intendente in dolorem inuectam. deinde uero id si influat adhuc, fluxus ab eodem sit cohibendus: si nihil supereſt, educat id quod sit in parte cōtentum. quo igitur modo quod influit adhuc inhibebis, educes quod in parte contentum est? si refrigeres adstringasq; partem, inhibebis quod influit. sin eandem humectes laxesq; educes quod cōgestum C
est. sic illis ab ipso morbo eius quod utile est, oritur indicatio, quam solam tamen satis esse negant, sed aliam esse quæ à potentia laborantis sit, ab ætate aliam. quibus etiā accedit ea, quæ à propria ægroti natura ducítur, eodemq; modo à tempore anni, locíq; natura, uitæq; studijs, & assuetudinibus è singulis propriam eius quod conducat indicationem oriri. uerbi gratia ut hoc etiam exemplo res magis innotescat: esto quem febris acuta occupet, cuí tardi motus, grauisq; sensus corporis sit, qui corpore tumidiori quàm ante, ac pleniori rubore suffusus, idemq; uenas habeat magis intumentes, cuiq; perspícuum est copiam sanguinis homini sic affecto calidioris exuperare, quænam igitur curatio est: nónne liquet euacuationē esse D
contraria enim hęc multitudini est, cōtrariaq; contrariorum remedia sunt. quo autē pacto, aut quoad illa detur, non potest etiam ex sola causa cognosci, cum insuper uirtutem oporteat ætatemq;, & anni tempus, ac regionem, cæteraq; paulo ante proposita considerare. nam si ualidior potentia sit, ætasq; in consistendi uigore, uer tempus anni, locíq; natura temperata, non tibi errare continget, si uena incisa tantum sanguinis mittas, quantū causa iubet emitti. sin imbecílla uirtus est, ætasq; aut pueri natu admodum parui, aut senis in seniū longe prouecti, regioq; aut frigore algeat, qualis Scythía est, aut calore exusta sit, qualis est quam Aethiopes incolunt, annicq; tempus uehementer uel

est. Quòd si utraque inueniendi uia mutuum inter eos consensum habuisset, nil opus illis longiori oratione fuisset, quoniam autem experientiã accusant ij qui rationalem artem profitentur, eamq; alij cõstituí posse negant, alij mancã esse dicunt, alij artis expertẽ: contrà aũt empirici rationem quidem probabilem, ut quę tamen non uera sit, accusant: iccirco duplex utrisq; longaq; admodum decurrit oratio, cum alternas accusationes defensionesq; adhibent. Quæ enim aduersus experiẽtiam ab Æsclepiade disputata sunt, qui fieri non posse monstrauit, ut ad eundem modum posset quicquam sæpe uideri: neq; posse ulla ex parte constitui eam, neq; aptam quidem ad minimũ quidpiam inueniendũ esse: Quę aũt ab Erasistrato dicta sũt, qui simplicia quidẽ atq; in simplicibus per experientiam confessus est inueniri remedia (quale est stupori dentium portulacã mederi) hoc idem uero compositis esse atq; in compositis negauit: eandem inueniendi quidem facultate nõ ex omni parte carere, ad omnia tamẽ inuenienda nõ idoneam esse: tum uero quę explicata sunt ab ijs, qui per experientiam quidem ea inueniri concedunt: hanc ipsam aũt q; infinita longaq; sit, &, ut eorũ uerbo utar, amethodos, hoc est methodo careat, accusant: itaq; rationẽ inducũt: ipsam nõ qualis constitui aut subsistere nequeat, sed quale aliqd est quod sine arte sit experientiã esse, uolũt. His igitũ qui adeo uerbis insultãt, respõdent empirici, conãturq; experientiã eiusmodi esse monstrare, ut cõstitutionem recipiat, ut quod satis sit habeat, ut in se artẽ cõtineat. ijdemq; rursus multis modis ipsam rationem reprehẽdunt: ut rursus quoq; necesse sit ijs, q rationalẽ disciplinam profitentẽ, ad singula reprehensionis genera respõdere. his enim cũ se naturã corporis, morborumq; omniũ ortus, uiresq; remediorũ nosse proponunt: tunc instant empirici, qui hęc omnia iccirco crimini dant, q eatenus quidem procedunt, ut probabilia uerisimiliaq; sint, nulla tamen eorum certa cognitio sit: interdum ijdem cum earum rerum cognitionem concedant, eandem tamen conãtur sine usu esse monstrare: interdum cum illis hoc ipsum dent, eam superuacuam esse coarguunt. Hæc sunt quibus inter se genera tim empirici rationalesq; certãt. In quibus etiam omnibus multa particulatim contendunt: quale est quod in quæstionibus, quas de rebus inuenien dis abditis tractant: alij corporum dissectionem indicationemq; ac dialecticam speculationem laudant: hęc siquidem ipsis instrumenta esse, quibus ea uenentur, quæ in obscuro posita sunt, empirici autem neq; inueniri quicquam membrorum dissectione concedunt, neque si fieret, id arti necessarium esse: ac ne omnino quidem indicationẽ esse, neq; aliud ex alio posse cognosci, quia omnia postulẽt ex semetipsis agnitionem: neq; id quod sua pte natura abditum sit, ullo signo indicari, ac nec ulli quidem arti opus dialectica esse. dein aliquid contra dialecticas suppositiones dicunt, contraq; diffinitiones, ac ne esse quidem demõstrationem

A pronunciãt rei ullius quę incerta natura sit, itemque de uitiosis demonstrandi modis, quibus uti solent ij, qui rationalem medicinam sequuntur, deq; omni ratiocinatione loquuntur. eamq; quod profitetur inuenire non posse, eademq; nec artem iam ullam constitui, neque hominum uitam proficere. quem autem epilogismum Græce uocant, quem ijdem euidentem rationem esse dicunt, utilem ad ea inuenienda esse, quæ opportuna latentia sunt (sic enim isti nominant quæ sensibilia quidem non tamen adhuc euidentia sunt) eundemq; ad eos arguendos utilem, qui contra euidentiam audent dicere: utilem quoq; ad ostendendum id, quod inter euidẽtia præteritur: utilemq; ad occurrendum sophismatis, quicq; nunquam ab euidẽtia

B absit, sed cum ea semper uersetur: quod tamen ratiocinationi esse negant, sed eam ab euidentibus rebus initium trahere, desinere in ea, quæ perpetuo abdita sint. ideoq; uarios eius esse modos, cũ ab euidentibus ijsdem rebus alius ad aliud quod abditum sit accedat, indeq; discordiam, quę dijudicari nequeat, esse paratam quam iudicium esse incomprehensibilitatis dicunt. nam ijdem isti quæ uera firmaq; cognitio est, comprehensionem uocant: incomprehensibilitatem uero, quod ei contrarium est. itemq; incõprehensibilitas ab ijsdem causa dicitur dissensionis, quæ iudicari nõ possit. rursus autem dissensio incomprehensibilitatis indicium. quæ autẽ de rebus obscuris cõtentio est, eam posse iudicari negant, posse autem eam, quæ de perspicuis est. in his enim cum singula qualia sint

C appareant, si uera loquimur, sic esse testificãtur: si mẽtimur, coarguũt. Hęc similiaq; innumera sunt, quibus empirici rationalesq; medici certant, à quibus eadem tamen in ijsdem affectibus adhibetur curatio, ijs quidem qui in hæresi sint sua legitime exercitati. Qui autem methodici uocantur, sic enim ipsi se nominarunt, quasi rationales ij, de quibus ante retuli, nõ se methodo dicãt artem tractare, ij mihi non uerbis tenus uidentur ab antiquis sectis dissidere, sed ipsa etiam artis opera multa inuertere, cum neq; locum affectũ utile quidpiam ad curationem indicandam dicant habere, neque causam ipsam, neq; ętatem, nec tempus anni, neq; regionem, deniq; nec uirtutem ęgroti considerandam, aut eiusdem naturam habitumue: ijdemq; uitæ studia assuetudinesq; reijciunt, cum se dicant eius quod cõferat indicatiõe contentos, quæ ab affectibus solis trahatur: ac ne ab his quidem per species, sed cõmuniter et generatim: ponãtq; ac nominent morborum cõmunia ipsa hæc, quæ ubiq; in singulis affectibus sunt. Iidemq; conãtur, alij morborum omnium qui uictu curantur, alij omnium absolute, communia in morbis ostendere duo, itemq; tertium aliud mistum. illisq; imposuere nomina adstrictionem profluuiumq;. sic morbum omnem aut districtum dicunt aut fluentem, aut ex utroque mistum. si enim naturales suppressæ sint corporum excretiones, adstrictum uocant: sin magis ferantur, fluentem: sin autem, & suppressæ

illæ

illę sint, & ferantur, ea de re mistionem oriri. qua-

A le est, si oculum inflammatio simul fluorq; occupet: nã ab inflãmatione, quæ adstricta affectio est, cum nõ sola nũc, sed cum fluore in uno eodemq; loco orta sit, totum ipsum affectum mistum efficí. At uero indicationem eius quod conferat, laxitatem in adstrictis esse: in fluentibus uero, compressionẽ. nam si genu uerbi gratia inflãmatione laboret, relaxare aiunt oportere, si fluat aluus, cohibere atq; comprimere. in mistis autem contra id instare quod maxime urgeat: etenim quod magis turbet periculumq; inferat, hoc idem est quod illi magis occurrere uehementiori malo oportere q; alteri dicunt. Cur igitur non ipsi se rationales uocarunt, cum præsidia per indicationem comparent? quoniam inquiunt, rationales obscura scru-

B tantur, nos autem in rebus uersamur euidẽtibus. totamq; deniq; sectam suam ita definiũt, ut eorum cognitio sit, quæ communia euidẽtia sunt. quę ne cæteris omnibus artibus uideatur cõmunis definitio (nam illas quoq; eorum, quæ cõmunia euidẽtia sunt, notitias esse putãt) addũt ut ea sint, quę finem medicinę sequãtur: eorumq; aliqui nõ quæ sequantur, sed quę eiusdem fini consentanea sint, adiunxerũt: pars autem maxima, hæc ambo componens, methodum, inquit, notitiam eorum esse quæ communia euidentia sunt, eaq; medicinæ fini consentanea consequentiaq;: quidam autem, ut Thessalus est, sic ut eadem proxima ac necessaria sint ad sanitatem. Ita neque rationales se nominari, non enim se rebus obscuris egere, ut illi, ne-

C que empíricos uolunt, & si maxime in euidentia uersantur: ab illis enim per indicationem esse remotos. ac ne modũ quidem ipsum quo in euidentibus rebus uersantur, communem esse sibi cum empiricis dicunt. illos enim recedere à rebus obscuris, quia cognosci nõ possint. ipsos autem quãquam hoc idem, sed tamẽ faciãt quia inutiles sint. itemq; è rebus euidẽtibus empiricos obseruationem, ipsos indicationem habere. his rebus igitur ab utrisque dicũt se differre. maximeq; q; anni tempora ætatesq; ac regiones quæque omnia similia sunt abscindunt, quæ manifeste quidem inutilia sunt, ut illi putãt, sed gloriæ gratia apud priores medicos celebrata: eamq; maximã esse dicũt methodicæ sectæ uirtutem, gloriantur q; ea de re, secq;

D admirabiles putãt, atque eum qui uitã breuem dixit artem longam reprehendũt. rem enim ipsam contrà ex omni parte se habere, ut breuis illa sit, uita lõga. demptis enim omnibus ijs, quibus ars iuuari falsò putatur, nobisq; ea, quæ morborum communia sunt sola intuẽtibus, neq; longã medicinam esse, neq; difficilem, sed facillimã atq; apertam, quæq; sex mensibus disci omnis celerrimeq; possit. ita enim in morbis ijs, qui uictu curantur, rem omnẽ in angustũ ualde esse deductã, eademq; ratione in ijs, qui manu, quiq; medicamẽtis curãtur, in quibus etiã generatim communia quędam inuenire conãtur, scoposq; remediorum paucos subijciũt, quare, ut mihi uidetur, non uulgato illo

A semestri spatio discere, sed longe celerius totã eorum artem liceret. his itaq;, ni mentiuntur, gratiæ doctrinæ breuioris agẽdæ sunt. sin autem mẽtiuntur, negligentię sunt accusandi. quo autem potissimum modo hi mihi uideãtur iure iudicandi, ęccu tiant ne in re utili, an quod superuacuum est recte ipsi soli effugiant, nũc dicam. nõ enim exigua mihi uidetur huius rei consideratio, neq; huiusmodi, ut uerbotenus tantummodo inter se procedat, ut quæ de empiricis rationalibusq; est, qui quicquid de inueniẽdis auxilijs primũ cõtendũt, deinde de usu eorundem consentiunt: sed aut magnopere lę dantur à methodica secta artis opera, aut eadem magnopere iuuentur necesse est. cum autem in re

B bus duo sint genera iudicij, alterum quod à sola ratione procedit, alterum à rebus ijs, quæ euidenter apparent: quod à sola ratione procedit, maius est quàm pro modo eorum, qui introducũtur. ideoq; nũc importunum. quod autem ab euidentia sola deducitur, id cõmune omnibus est. quid igitur prohibet hoc esse, quo primo utamur, cũ sit & ijs, qui introducũtur apertum, & apud ipsos methodicos honoratum: à quibus nil aliud quàm euidentia celebratur assidue, eaq; rebus omnib. anteponitur: quæ autẽ abdita sunt, omnia inutilia esse dicũtur. age igitur primum de causis, quę dicũtur euidẽtes, cõsideremus, sic euidentia posita, ut iudicij regula sit: primusq; accedat ipse methodicus, fereq; in hũc modũ dicat: Cur de frigorib. æstuq;, cur de ebrietatibus, de cruditatibus, de satietate,

C fameq;, cur de lassitudine, deque actionibus, cibi generibus mutatisq; assuetudinibus ó rationales empiricíq; curiosi estis? an amissis ijs affectibus, qui in corpore sunt, hæc illa sint, quibus uos mederi debetis? quorum ne ullum quidem est, quod adhuc adsit, sed ipsa quidem recedũt. quod autem ab ijsdem genitum est, in corpore manet, eiq; mederi oportet. id enim affectio est. hoc ipsum igitur considerãdum est, quale nã sit. si enim adstrictum est, relaxandum: si fluens, continendum, quæcunque ea causa sit, à qua genitum alterutrum est: quid igitur est, ad quod causa conferat, cum neq; fluens unquam laxari postulet, neque adstrictum contineri? an sit omnino nihil, ut profecto res ipsa ostendit? similiq; ratione ijdem methodici de ob-

D scuris causis & morbos continentibus loquuntur. nam eas quoque superua cuas esse dicũt, cum ab affectu propria indicetur curatio, eius etiam causæ, à qua is ortus sit, cognitione remota. eundem sermonis modum habẽtes ad tempora anni, ad ætates locaq; transeunt: in quibus etiã admirantur cur ab antiquis medicis res tam euidẽs intellecta non sit. nõ enim inflammatio quæ adstricta affectio est, ut aiunt, æstate quidem laxãtia præsidia, hyeme autẽ ab his diuersa postulat, sed eadem in utroque tempore, neque in puerili ætate quę laxant, in senili uero quæ continent. neq; in Aegypto laxantibus, Athenis autem cohibẽtibus egetit. itemq; si inflãmationi contraria fluensq; affectio sit, nunq; laxãtibus, sed semper cõtinẽtibus opus.

est, siue sit hyems, siue æstas, siue uer, siue autum-
nus, necnõ si puer ægrotat, si cui cõsistẽs est ętas,
si senex, aut si quempiã in Thracia accidat, aut in
Scythia, aut in Aethiopia ægrotare. nullã igit̃ ali-
cuius ex his utilitatem esse dicunt, sed omnia ua-
na curiositate tractari. quid partiũ corporis consi-
deratio? an non inanes hæ sunt ad indicandã cura
tionem? an quispiam sit, qui dicere audeat, inflam
mationẽ in parte neruosa, relaxandã esse? eandem
uero in arteriosa uenosa ue aut carnosa cõprimen
dam? aut omnino si quid adstrictum in aliqua par
te corporis eueniat, si qui audeat dicere non id
esse laxandum, aut quod fluens sit non continen-
dum? igitur si partis natura nihil rationem cura-
tionis euariat, sed pro genere affectus remedij in-
uẽtio est, manifeste inutilis est adhibita partis con
sideratio. talis sub figurata oratione methodicus
est. post quem secundo loco prodeat empiricus,
eaq; fere proponat: nihil est quod ego ultra euidẽ-
tiam intuear, neque sapientius quicquam profi-
teor, quàm ea quę mihi sæpe conspecta sunt. tu si
euidentiam uituperas, ut ex sophista quodam su-
perioribus diebus audiuisse mihi uideor, oportu-
num mihi est ad eos me diuertere, à quibus hono
euidentię habetur. tu autem uideris iam uictoriam
cadmiam. si autem, ut inter initia ex te audiui, id
omne quod abditum sit, inutile dicis, te sequi ue-
ro quod euidens sit, confiteris, fortasse erit ut tibi
quod prætermittitur ostendam, si quod uisum est
id ego cõmemorem. duo fuere qui à cane rabio-
so morsi ad eos medicos, quibus cum consuetudo
intercederet, confugere medicinã petentes, eratq;
ulcus utrique exiguum, ut ne tota quidem esset
discissa cutis, è medicis autem unus ulceri tantũ-
modo curationem adhibuit nulla alia solicitus de
re, paucisq; diebus sanam partem ostendit. alter ue
ro qui canem rabiosum esse nouisset, tantum non
festinauit ut ulcus ad cicatricẽ perduceret, ut con
tra etiam id magis amplum magisq; semper effice
ret, ualidis utẽs acribusq; ad multum tempus me-
dicamentis. itemq; ægrotum interea cogeret me-
dicamenta bibere, quæ ut ille dicebat, rabiei reme
dia essent. ac ita quidem res cessit utriq;, ut qui me
dicamenta bibisset is seruaretur in sanitatem resti-
tutus: alter qui nil sibi mali ineſſe putaret, repente
& aquam formidauit, & conuulsus interijt. an hic
tibi frustra euidens causa quęri uidetur? an alia de
causa mortuus homo est quàm medici negligen-
tia, qui neq; in causa quidpiam scisciteretur, neq;
curationem post hãc obseruatam assumeret? mihi
quidem nullam præter hanc ob rem interijsse ui-
detur: qui quoniam euidentiam sequor, nullã hu-
iusmodi causam possum prætermittere. ita nec æ-
tatem possum præterire spernere ue. etenim huic
quoque credere ab euidẽtia cogor. cum ijdem ex
omni parte affectus non omnino tamen eandem
curationem habeant. sed adeo quãdoq; diuersam
in diuersis ætatibus, ut non sola medicinæ men-
sura modoue, sed etiã genere toto euarient. nam
plerisque pleuriticis in consistenti ætate constitu-
tis ualentibusq; uidi ego sæpe à uobis etiam ipsis
sanguinem mitti. sed neque uos aut in ultima se-
nectute cuiq;, aut puero natu admodum paruo,
neq; quispiã alter unquam mittere est ausus. quid
Hippocrates cum scribit sub cane & ante canem
purgatiões esse difficiles? quid rursus cum inquit,
æstate uentrem superiorem purgare, hyeme infe-
riorem? utrum uera dicere, an mentiri nobis uide
tur? difficilem uobis in utroq; responsionem esse
arbitror. si enim mentiri dicatis, ipsam euidẽtiam
spernitis, quàm à uobis plurimi fieri simulabatis.
ita enim uerum esse euidens est quod ab Hippoc.
scribitur: sin eundẽ uera dicere respondetis, fit ut
anni tẽpora admittatis, quæ à uobis inutilia pro-
nunciata sunt. Quin etiam existimo uos neq; pere
gre usquam procul à patria uestra fuisse, neque lo-
corum differentias experimẽtis percepisse. omni-
no enim nescij non essetis septẽtrionis incolas san
guinis effusiones non pati eas quibus omne simul
educitur. sic nec eos, qui Aegyptum aut omnino
meridiem incolunt. qui autẽ inter hos medij sunt,
ab ijs sæpe euidens ex sanguine misso commo-
dum accipi. Illud uero quòd partes non specten-
tur corporis, est, in quo uos ego ualde demiror, &
quod mihi turpe grauiter uideatur, quod non ue-
ritati solum, sed ijs etiam quæ uestræ operæ sunt
contrariũ est, ó per Deos immortales quacũq; in
in parte orta sit inflammatio eandem curationem
postulat, siue id in crure accidat, siue in aure, siue
in ore, siue in oculo? cur igitur ego sæpe à uobis
crurum inflammationes & scalpello concisas, &
oleo irrigatas inspexi? oculos autem nec unquam
quidem? cur his ipsis oculis, cũ inflammati sunt,
medelam per adstringentia medicamenta adhibe
tis, crura autem non etiam ijsdem inungitis? cur
non aures quoq;, cum inflammatæ sunt, ijsdem
quibus oculos remedijs medemini? cur non ocu
los ijsdem, quibus aures? sed inflãmatis aliud au-
ribus aliud oculis medicamẽtum est? etenim cum
rosaceo acetum bonum est inflammatis auribus
medicamentum. sed nemínem existimo tam auda
cem esse, ut idẽ inflammatis oculis infundat. quod
si quis tantum audeat, hunc futurum satis intelli-
go, ut audaciam non exiguo cum detrimento ex-
periatur. iam cum inflammatio uuam occupat, ei
spinæ Aegyptię fructus utile medicamentum est.
utile quoq; scissile alumen. utrum autem eadem
hæc inflammatis oculis auribusq; conueniant,
an contra omnino se res habet ut ad summum læ-
dant? quæ omnia dico, eo uobis concesso quod
primum positum est, inflammationem si in cruri-
bus sit, ei in manibus laxari oportere, nõ autem
quæ in oculis aut in uua, aut in auribus est. quod
si eam quoq; quæ in crure aut manibus infestat
non cuiuscunq; modi sit laxandã esse commemo-
rem, fortasse erit uos nosse si resipiscitis, in quanto
errore uersamini. eritq; quod ego nunc etiam dicã
commemoratio eius quod euidentia patet. quibus
enim in aliqua parte corporis inflammatio non
ex ictu, sed spõte suborta sit ex affectu plethorico

à Græcis

à Græcis uocato, nulli laxitate partis ante egent,
quàm de toto corpore detracta materia sit. id enim
si feceris non modo nihil imminues, sed etiam au-
gebis quę orta inflammatio est. quapropter per id
temporis adstringentia refrigerãtiaq; parti admo-
uemus: mox aũt ex toto corpore detractione iam
facta, tum pars, quæ inflammatione laborat, laxã-
tia patitur. quod si dum hæc ipsa propono non
uobis persuadeo, tamẽ tempus est, id quod etiam
inter initia sermonis retuli, ad eos me diuertere,
à quibus habetur euidentiæ honor. His ab empi-
rico propositis, prodeat rationalis: eaq; fere expro
mat. fortasse tibi, si sapis, satis hæc erant, quo mi-
nus ætatem, tempus anni, regionem, itemq; cau-
sam euidentem, aut aliquam corporis inutilem
partem putares. at uero si tibi non adhuc persua-
sum ab empirico est, à quo cõmemoratæ res eui-
dentes sunt, sed insuper ratione aliqua est opus,
eã adijcere uideor mihi debere. tuamq; sectam in
caduco positam esse ostendam. audio enim uos cũ
dicitis cognitionem eorum, quæ communia in
morbis euidentia sunt, passimq; interrogans qua
maxime re communia hæc contineantur, & quo
dignoscantur modo, id ne adhuc quidem cogno-
scere mihi uideor posse. eaq; causa est, quoniã in-
ter uos nominibus tenus conuenit, de rebus dis-
sidetis, cum è uobis alij per ea, quæ natura excer-
nuntur, quod astrictum, quod fluens est metian-
tur. qui si ea suppressa sint, adstrictionem uitium
nominant: si sine modo excernãtur: profluuium.
alij in ijs affectibus, qui in corporib. reliqui sunt,
uitia posita dicunt, grauiterq; eos accusant, qui
quod educitur respiciunt. Ego autem quo in erro
re uersari utrique mihi uidentur fortasse iam expo
nam. primumq; in eos à me uerba fiant, qui per ea
quæ secundum naturam excernantur morbos iu-
dicant. miror enim cur isti nec sudoris unquã, ne-
que urinę, neque uomitus, neq; deiectionum plus
quàm pro modo naturę uiderunt bene in morbis
educi, itemq; id quod omnium maxime absurdũ
est, cur ne sanguinis quidem è naribus cursum in
quo crisis esset, unquam inspexere. at huius uero
non mensura solum, sed totum etiam genus præ-
ter naturam est. sudoris autẽ, urinæ, quicquid per
aluum, aut per uomitum ruit, genus quidem non
præter naturam, multitudo tamen nonnunquam
tam immodica est, ut ego quosdam uiderim qui-
bus tantum sudoris effluxerit, ut plumas etiã ma-
defacerent, alios quibus deiecta aluus trigínta he
minas superaret: sed tamen inter hæc nihil mihi ui
sum est esse sedandũ, quoniã educebantur ea quæ
molesta erant: quanquam si quis ijs, quæ excer-
nuntur secundum naturam, regula usus in omni
genere esset, huic inhibenda huiusmodi acciden-
tia erant. quapropter probabilia magis quodam-
modo sentire uidentur ij, qui eos affectus, qui in
corpore sunt, morborũ cõmunia statuũt. at in his
uero est in quo admirer, cur illa ipsa aysi sunt eui-
dentia dicere. si enim non quod fluit è uentre, sed
quę in corpore affectio est, ex qua ducit idipsum
quod fluit, profluuium est, eamq; nulli è sensibus
patere licet, quomodo profluuij erit, ut illa morbo
rum communia etiam posint euidẽtia dici? cum
in laxiori intestino affectio esse in tenuibus possit,
in ieiuno uentriculoq; atque mesaræo, & pluri-
bus alijs partium interiorum, quarum ulla neque
ipsa potest percipi sensu, neque eius affectus. quo-
modo igitur illa morborum communia possunt
etiam euidentia dici, nisi quod per signa dignosci-
tur, id euidens quispiam uelit uocare? quod si ita
est, non uideo quid iam ab antiquis medicis disse-
rant. sed quomodo breui semestriq; temporis spa-
tio artem edocere profitentur? cum non exigua
opinor opus sit methodo ad aliquid quod sensum
effugiat, percipiendũ. sed qui recte hoc ipsum præ-
stet, huic opus sit & corporum dissectione, ex qua
partes interiores quomodo singulę natura se ha-
beant, ediscat, & physica speculatione nõ exigua,
ut operationẽ cuiusq; utilitatemq; consideret. pri-
usquam enim hæc inuenta sint, non potest ullius
in imo corpore partis affectus dignosci. quid illud
monuisse oportet, huc etiam magnam à dialecti-
ca opem afferri? ut ex quibus quid concludatur
aperte percipias, neque sophisma uel ex te uel ex
altero offendas. nam ipsi à nobis interdum sophis-
mate imprudentes capimur. at uero libenter ex
istis requirerem quid profluuium sit, si modo lo-
qui didicerũt. non enim id tantummodo satis esse
arbitror, quòd eorum aliqui dicunt, quendã præ-
ter naturam affectum profluuiũ esse. nisi enim qui
sit hic affectus didicerimus, nihil erit quod plus à
nobis noscatur, laxitas ne quędã an mollities an
raritas sit? nihil enim ab illis audire est quod dilu-
cide dictum sit, sed quicquid occurrit, modo hoc
modo illud, sæpe uero ut omnia simul, tanquã in-
ter se nihil differentia. si quis autẽ eos tenet, quid
inter illa interſit, docere, singulaq; propriã specula
tionem postulare, eum audire ne sustinent quidẽ.
sed etiam antiquos reprehendunt q; hęc similiaq;
frustra distinxerint. adeo illis ueri quęstio intolera
bilis est. ac ne illud quidem laxo quod intentum
est, esse cõtrarium, molli quod durum, raro quod
densum audire patiũtur. itemq; præter hęc omnia
aliud esse naturalia excrementa supprimi fluereq;,
atq; omnia hæc ab Hipp. esse distincta. ijdemq; &
de his temere rebus pronũciãt, inflãmationemq;,
sic durum renitentem, afficientem dolore, calidũ
tumorem nominant, facile admodum inconside-
ratoq; adstrictum malum esse proponunt. alias ue
ro rursus inflammationes mistas appellant, qua-
les quæ in oculis accidunt, ubi fluxioni admistæ
sunt, quæq; in tonsillis, in uua, in palato, in gingi
uis. deinde foramina ponunt alia rara esse facta,
alia clausa, eamq; ob rem utroq; uitio affici. sunt
autẽ qui dicere nõ dubitent in uno eodemq; fora-
mine profluuiũ simul & adstrictionẽ consistere.
quod ne animo quidẽ comprehẽdi facile est. adeo
in omnẽ temeritatem feruntur. quidam autem eo
rum, ijdemq; pauci, qui pati possunt ut aliquanto
plus de his rebus omnibus audiãt considerentq;,

ut ipsos

ut ipſos pœniteat, uix tandem adducti ad ueritatem ſe uertunt. His igitur cæteriſq; qui paulo diligenter diſcere de primis aliquid communibuſq; morbis uolunt, liber eſt ſeparatim cõſcriptus. nũc autem ut ijs, qui introducũtur, res utilis ſit, aduerſus eoſdem methodicos æquum eſt pauca dicere, quæ tamen optarim aliquid illis quoq; prodeſſe. quod fieret, ſi contentione remota idipſum quod dicitur ſecum ipſi exquirerent. id autem quod dicitur eſt, ut quæ ab illis etiam ipſis uocata inflãmatio eſt, præter naturã ſit tumor dolore afficiẽs, prementib. digitis renitens, durus, caliduſq;, eademq; nihilo magis aut raram, aut duram, aut denſam quàm antea eſſet propria ratione partem efficiat: ſed fluente materia, & ea quidem ſuperuacua impleat: ideoq; intenta pars eadem ſit. non tamen ſi quid intentum eſt, id omnino denſius quàm ante aut durius eſt. illudq; in corijs diſcas loriſq; & nexu aptatis rebus licet, ſi undiq; ea diſtendere tentes. ita partium quæ per inflammationem repletæ ſunt, medela eſt materiæ detractio. hęc enim repletioni contraria eſt. cum autem partes ipſæ exhauriuntur, protinus conſequitur, ut eædem remiſſiores efficiantur. quæ repleta ſunt, eadem ut intenta ſint neceſſario ſequitur. ueluti quæ exhauſta ſunt, ut remiſſa ſint, quorum neutrum uel denſitas uel raritas neceſſario ſequitur. ac ne profluuium quidem ſuppreſſio'ue. neq; enim ſi quid rarum eſt, ex hoc aliquid fluat omnino neceſſe eſt. quid enim ſi craſſum exiguumq; ſit id quod intus eſt? neque ſi ſpiſſum, in eo ſupprimi neceſſe eſt: nam quod multum & tenue eſt, id etiam per denſa foramina efluit. ſatius igitur fuit illos antiquorum uolumina legere, diſcereq; quot modis quicquid prius in parte contentum eſt, idem rurſus excernatur. ſi rarefiat quod continet, ſi quod contentum eſt attenuetur, idemq; ſi incrementum aſſumat, ſi uehementius moueatur, ſi à re aut exteriore trahaẽ, aut interiore pellatur, ac ueluti ab exterioribus quibuſdam abſorbeatur. quibus omnibus prætermiſſis, ſi quiſpiam raritatem foraminum unicam educendæ materiæ cauſam exiſtimat: is uidebitur ne eui dentia quidem cognoſcere. ſiquidem lanã ſpongiam'ue aut in quibus ſimilis raritas eſt, ſi quod intus habeant, exiguum ſit, id non deponere, ſed continere manifeſte uidemus: ſi multũ, effundere. D cur igitur illi non in oculis naribuſq; et ore, & quę ſimili raritate ſunt, hoc idem animaduerterunt? licere aliquãdo non ꝙ rara foramina ſint, ſed ꝙ humor multus in his partibus ſit, idcirco aliquid efluere. ac fictilia quoq; ſæpe uidemus, quæ tam raro corpore ſint, ut etiam aquam transfundãt, quę tamen eadem, ſi mel infuderis, nihil tranſmittant. nam craſſior mellis ſubſtantia eſt quàm pro ratione foramina quæ in fictili ſunt. ita nec illud alienum erat intelligi, ſæpe aliquid ob tenuitatẽ mitti, quanquam corpus ipſum quod continet, non ſit à natura perforatum. itemq; nec illud, plerunq; naturam, à qua gubernatur animal, quicquid ſuperuacuum erat, id per corpus ipſum continens A euacuaſſe, tanq; exprimentẽ expellentemq; difficile erat intelligere eũ, qui diligentius in artis operibus uerſatus eſſet. plerunq; enim ſic morborum criſes eueniunt. reliquas educendæ materiæ cauſas prætereo. itemq; eas, quæ eiuſdem continẽdæ totidem ſunt, illiſq; contrariæ: ſiquidem audire talia non ad aures eorum ſpectat. quod autem mihi fortaſſe aſſequi poſſe uidentur, ad id rurſus reuertor. oculum humore fluere interdum poſſe, nõ ꝙ nulla ſit in parte ipſa à modo naturæ facta mutatio, ſed ꝙ fluens materia uel multa ſit uel tenuis, uel à natura per hanc partem expulſa. ſcilicetq; oportere fluentem materiam, ſi tenuis eſt, craſſam reddere: ſi multa, educere: conatum uero naturę ſi opportunus ſit, admittere, nihilq; in ipſum oculi B corpus agere, quippe quod nullam fluxionis cauſam continet. id autem opinari, inflammationum aliam adſtrictum eſſe uitium, aliam miſtum, non uideo quo modo non deſipientiæ ſit. primũ enim quod ab ipſis dictum eſt, eius obliti ſunt, non uel fluentem morbum effluxu iudicari debere, uel adſtrictum ſuppreſsione, ſed ipſos oportere corporum affectus ſpectare. cum igitur ex parte omni hi ſimiles ſunt, nullaq; in re quę nunc inflãmatio eſt ab ea quę antea fuit, differre uidetur, niſi quòd aliquid ab altera defluit, nihil ab altera, quomõ non uehemẽter abſurdum eſt, hanc miſtam, illã adſtrictam putare? deinde uero quomõ nec illud, quod facillimum erat, ipſis in cõſiderationem uenit, neque in manu, neque in cubito, neque in brachio, C neq; in crure, neq; in femore, neq; in ulla corporis parte alia uiſum unquam fuiſſe huiuſmodi genus inflammationis, ut aliquid foras efflueret? ſed ijs tantummodo id euenire, quæ os oculos'ue aut nares occupant. an illis morborum cõmunibus omnibus quę miſta ſunt Iuppiter interdixit, ne ullum unquam eorum ullam aliam corporis partẽ attingeret, ſed in oculos tantummodo nareſq; & os fæuiret? nam inflammatio poteſt partes corporis occupare omnes, quæ natura ſunt aptæ ut cauſas illius gignendæ ſuſcipiant. quòd uero alię ſunt rarę natura, aliæ denſæ, eo fit, ut ab illis quicquam effluat lapſæ materię, in his autem contineatur. ſi enim utrem impleas humida re, aliaue quibus ita corpus continẽs ſit, nihil effunditur. idẽ ſi in ſpongiam agas, quæq; ita raro corpore ſunt, protinus id omne, quod ſuperuacuum eſt, effunditur. quid igitur difficultatis erat eos animaduertẽtes quàm maior omni reliquæ cuti denſitas ſit, & quæ oculis naribuſq; atq; ori ineſt, partium naturę cauſam aſcribere, miſtione longiſq; nugis dimiſsis? hoc enim ita eſſe declarãt inflammationes eæ, quibus in partibus alijs admiſta exulceratio eſt. ſiquidem ab his id effluit, quod tenue eſt, perinde ac ſi in oculis naribuſq; atq; ore eſſent. dum autem illæſa cutis denſaq; ex omni parte eſt, cur nihil effunditur, hoc ipſum cauſa eſt nõ inflammationis genus. rurſus ut ſiue melle, pice'ue liquida nec id quidẽ ſine modo, ſpongiam lanamq; madefacias, nihil effunditur, propter humoris craſsitudinem: ſiue idem

ex

ex aqua agas aut quibus ſimilis tenuitas eſt, ſed A exiguo adhibito modo: ſic arbitror, nõ ſemper ab oculis aliquid effluit, idq; aut ob craſſitudinẽ humoris, aut quia nõ is ſuperuacuus eſt: ut in ijs, qui ſe habent in ſtatu naturę. itaq; licet idem inflãmationis genus nulla alia differẽs re, q̃ craſsitudine influentis materiæ lippitudinem ſine fluore facere, quã ſapientiſsimi methodici adſtrictam nominãt. eamq; differre putant à miſta, uerborũ ſuorũ obliti, in quę maxima neceſſitate adſtricti præcipitant, qui morborũ effectus in corporibus cõſiſtere nõ in humidis uolunt. quomodo igitur cũ eadẽ in corporib. affectio eſt, nulla re diſsimilis, ſolam autem humidorum naturam quæ tenuia rara'ue ſint, ſequatur, modo effluere aliquid, modo contineri, diſsimilia morborum cõmunia eſſe putatis? ita fit ut iſta ueſtra miſtio ne animo quidem concipi poſsit. cætera autem quæ non ſolum in ijs qui uictu, ſed etiam qui manu, quiq; medicamentis morbi curantur, particulatim peccatis, aliàs fortaſſe diſcetis, niſi per hæc uobis adhuc perſuaſum eſt. nunc uero cum ſatis hæc ſint ijs, qui introducuntur, præſentibus finem imponam.

CL. GALENI DE OPTIMA SECTA LIBER AD THRASYBVLVM.

IVNIO PAVLO CRASSO PATAVINO INTERPRETE.

INGVLA medica præcepta, atq; uniuerſim omnia præcepta in primis uera eſſe debent, ſecũdo utilia, tertio factis principijs cõſentientia: ex his tribus enim legitimũ præceptum diiudices. nam ſi unum ex dictis præcepto deſit, ſtatim neque præceptum id dici merebitur. cum artes namque ex præceptis, & his non quibuslibet conſtent: ſed primum multitudinem quandã comprehenſionum eſſe oporteat: deinde & ad aliquod conducibile pertinere: propterea omne præceptum uerum eſſe & utile & conſecutionem quandam non ſolum ad præmiſſa principia, ſed etiam ad reliqua præcepta habere neceſſe eſt. Quatenus enim ſub comprehenſionem quodlibet præceptũ cadit, ea ratione uerum eſſe opus eſt: falſi namque comprehenſio nulla eſt. quatenus autem ad finem aliquem uitæ commodum pertinet, eò ſingulum præceptum utile eſſe affirmandum eſt. cõprehenſionum autem collectionem ad præceptorum inter ſe, & cum ſubiecto principio conſenſum quærere opus eſt. at quoniam quẽadmodum ſub uno principe ſubditorum multitudo mente cõcipitur, ſic & præceptum ad ante iactum principiũ refertur, ob id omne præceptum uerum utile conſentiensq; eſſe neceſſario dicendum. Quare ſi tribus ijs omne artificioſum præceptum cenſetur, liquidum eſt & medica præcepta ijſdem eſſe diiudicanda. Igitur quando quidem uerum quale nam ſit, & quomodo æſtimetur, nõ ſemper in conſpicuo eſt, neque utile neque conſequens facile deprehendi poſſunt, notas horum aliquas iudicandiq; inſtrumenta in primis tradere neceſſe fuerit. Verum ſanè ex orationis cũ rebus cõcordia æſtimabitur, at rerum aliquæ ſenſui euidentes ſunt, aliquę ſenſum latentes: euidentium aliquæ per ſe innoteſcunt, ut albus aterq; color, aliæ non per ſe, ſed ab aliis claritatem adipiſcuntur, ut quæ ſignis deprehendũtur: rurſum rerum ſenſui abditarum aliquæ intellectui perſpicuæ & ſunt, & dicuntur, ut bis duo quatuor conſtituunt, aliæ per oſtenſionẽ cognoſcũtur, ut id, quo bene uti licet, eodem & abuti, & quæ ſequuntur. Oportet autem ſemper ſermonem ac præceptum ad ſpeciem propoſitę rei, de qua ſermo eſt atq; præceptum, referre, ac ſi de re aliqua ſenſui euidenti ſit, ad illam accommodare: ſin uero de re ſenſui occulta, conſiderandum, C num alicui occultarum rerum ſit conſentiens. Iudicia autem de rebus ſenſui euidentibus atque occultis differunt. Quæcunq; enim ſenſui euidentium rerum per ſe de ſeipſis notitiam pariunt, ſenſu diiudicantur, ut album & atrum. quare medici illi iure ſunt deridendi, qui de rebus ſenſui euidentibus ſententiam non ſenſorijs, ſed demonſtratione aliqua ferre conantur: quemadmodũ & Aſclepiades de mẽbranulis in corde inſitis diſputãs Eraſiſtratũ deceptũ eſſe cõtendit, Herophilũ enim q multa corpora inciderit, eas nõ uidiſſe: cũ ipſi licet ad ſenſui euidentis rei ſcrutationẽ, ut decebat, accedẽti, de re poſtea ferre ſententiã, & non fatuis opinionib. credere. Itaq; rerum ſenſui euidentiũ, quæcunq; per ſe deprehendi ualent, iudices ſunt, D ut ſupra retuli, ipſa ſenſoria. Sed euidentium quidem ſenſui, non per ſe autem cognitorum iudex eſt obſeruatio, eorum dico, quæ per ſigna percipiuntur. Iterum ſenſui abſtruſarum rerum ſicut plures ſunt differentiæ, ita & diuerſa iudicandi inſtrumẽta: ex abſtruſis autem ſenſui, aliqua intellectui perſpicua ſunt, ut hoc, fieri nõ poſſe, ut idẽ homo Athenis ſimul atq; in Aegypto ſit: aliqua per oſtẽſionem cognoſcuntur. de perſpicuis intellectui iudicium ex communi omnium hominum conceptione habetur: at quæ oſtenſione percipiuntur, per conſenſum cum his, quæ ab omnibus conceduntur, diiudicantur. rurſus conceſſi diiudicatio in plura diuiditur. aut enim ex conſenſu cum ſenſui apparentibus, aut cum perſpicuis intellectui,

aut

aut cum demonstratis concessum discernitur. Igi- A
tur quomodo uerum & ad iudicium ueri ducen-
tia iudicari oporteat, explicauimus. Deinceps
de utili præcepto disseremus. Vtile præceptũ cum
ad artis finem refertur, dignoscitur. Oportet au-
tem ipsum primum quidem comprehendi posse:
si hæc enim desit conditio, ut hippocẽtauri sel at-
tonitis medetur, quoniam comprehendi nequit,
propterea inutile præceptum redditur. Deinde ip
sius apprehensionem non conuenit cum uulgari-
bus esse communem, sed artificum propriam: id-
circo namq; eos falsos esse nos dicimus, qui sen-
sui euidentia artis initium esse opinantur. neque
enim ex sensui euidentibus ars constituitur, neq;
per sensui euidentia fit eius traditio: quandoqui-
dem nemo sensui nota tradit, sed ea quæ ex sensui B
notis præcepta oriuntur, quæ planè sensui subie-
cta non sunt. Hęc igitur artis principium esse non
ab re quispiam dixerit, præcepta dico ex euiden-
tibus sensui nata principium tradendæ ab sensui
euidentibus artis euadunt. Quòd si quis nota sen-
sui principiũ esse artis affirmet, se inter artem iner
tiamq; nullum ponere discrimen ignorat. etenim
si sensui patentium deprehensio eadem in artifice
atque imperito fuerit, clarum est huiusce rei cau-
sa nihil artificem imperito præstare: quin neque
iam artifex erit, siquidem artifici atque inscio eo-
rundem eadem inest cognitio. Quamobrem sen-
sui nota præceptorum inuentionis principiũ esse
iure dicentur, artis uero principium minime. nam
quemadmodũ leporis uestigia inueniendi leporis C
principiũ non iniuria quispiam dixerit, leporis au
tem esse principiũ nullus mente constans affirma
uerit: neq; enim lepus ex uestigijs cõponitur: ita
nota sensui præceptorum inuentionis principium
recte dixeris, quòd ab his profecti artis inuentores
ipsam constituũt, artis uero principium nõ item.
principia namque in eius qualitatem, cuius sunt
principia referre conuenit. Itaque & artis princi-
pia uulgo ignota esse debent. neque enim ars ul-
la ipsi nota est. præterea artium principia tradun-
tur, euidentia uero sensui non traduntur. quo fit,
ut nemo ratiõabiliter sensui subiecta artis esse prin
cipia contendat. Præcepta namq; aut in sensui
notis, aut in his quæ ex alijs percipiuntur, aut in
his quæ præostensa fuere, aut in manifestis intelle D
ctui consistunt. in hunc sane modum in euidenti-
bus quidem sensui sic: Quidã plures intuitus sau
ciato corde morientes, mortis causam scrutatus
est: considerans igitur inuenit neque ob faculta-
tis deliquium, neque propter materiæ medicina-
lis penuriam, sed propter necessarium membri il-
lius usum istos interire. quare cognoscens absque
membri huius actione, utilitateq; ab ipso corpori
subministrata, animal superesse non posse, ratio-
neq; ea, quæ in sensui manifestis inuenit, colligẽs,
hoc præceptum constituit, quicunq; in corde sau
ciatur, morietur. Quod igitur ex manifestorũ sen-
sui consensu ratione inuentum est, & uniuersim
prolatum, præceptum dicitur. quin potius in ma-

nifestis sensui præceptum consistit, ut à sensui eui-
dentibus in phlegmone: si quis phlegmone affici-
tur, ille tumorem habet durum, renitentem, pulsa
tiuum dolorem inferentem. sunt itaq; nota sensui,
præceptorum inuentionis primordia: at præcepta
ex sensui euidentium consensu reperta, cõstituen-
dæ artis sunt principia. & à sensui euidentibus ad
hunc sanè modum præceptum conflatur. Ab his
autem quæ ex alijs percipiuntur, hoc modo præ-
ceptum colligitur: siquidem hi casus infestant, hic
sanguinis copia laborat: cui hęc eueniunt, illi re-
cur, aut renes, aut id genus aliquod afficitur. Ab
his autem quæ præostensa sunt, hoc modo consi-
citur: si ante probatum fuerit, quid sit cõcoctio,
& quæ concoquuntur, fundi & eliquarę, atq; ita
mox distribui, & ægrotantes non multo in consi-
ciendis cibis labore indigere, ab his huiusmodi
præceptum nascitur: liquidi cibi omnes febricitan
tibus bene faciunt. Sed ex manifestis ita præce-
ptum oritur: quicquid est multũ, naturæ aduersa-
tur. & illud, non saturitas, nõ fames, neque aliud
quicquam bonum est, quod naturæ fines egredi-
tur: & illud, saturitas morbos creat, euacuatio me-
detur. nam cum per se constet, in illis quidẽ, si fa-
cultatem uincentia, in hoc uero, si efficiens causa
repellatur, quod fiebat, nõ futurum esse, dicta præ
cepta fuere composita, omne autem præceptum
cõmune est, & firmum. Quamobrem errant illi,
qui eo artem coniectricem aiunt, quòd coniecto-
rijs præceptis cõtinetur. nõ enim à præceptis con
iectrix denominatur, hęc nãq; perpetua sunt: sed
ab actione & medentium opera, hæc enim incer-
tum euentum habẽs coniectricem artem reddit.
nam omniũ artium præcepta æque perpetua sunt
& æterna: uerum quoniam non omnium artium
finis semper attingi potest: eo fit, ut ipsarũ nõnul-
læ coniectrices appellentur, quę incertum ancipi
temq;, ut dixi, euẽtum habent. cęterum quoniam
utile diiudicandum esse dicebamus, si ad finem re
ferretur, artis finẽ proponere necesse fuerit, ut eo
patefacto perspicuum fiat, ad quid referentem uti
le æstimare oporteat. Artium igitur aliquæ ea
quę non sunt, efficiunt, ut nauium structoria: nõ-
nullæ quę facta sunt, conseruant, ut nauiũ gube-
natoria: nonnullę utrunque præstant, ut ędificа-
toria. in faciẽtibus artibus, aut seruantibus unus
est consequendi finis modus: propterea in his sim
plex est utilis æstimatio. sed in his, quę iuxta fa-
ciunt & conseruant, nõ facile est diiudicare: non
enim tanquã inutile refutandum est, quod ad cõ-
seruationem conducit: sed diligenter perquiren-
dum, num quippiam ad eius, quod nõ est, produ-
ctionem conferat. Ars itaque medica inter eas est,
quę faciunt & conseruant: non idcirco tamẽ gemi
num esse artis finem credere oportet, & quod nõ
est, facere, utpote, sanitatem: & eam, quę est, cõser
uare: per eadem enim præcepta, ut aiunt, sanitatẽ
creans, eandemq; conseruãs geminum habere fi-
nem uideatur. profecto nisi euidenter eadẽ essent
præcepta ad utrunque finem ducẽtia, differẽtibus
etiam

etiam finibus diuersę utiq; essent artes, & duę me- A
dicatiuæ: at quoniam eadem cum sint præcepta,
proposita euariãt, una ars differentia habebit pro-
posita. sed me hercule ignorant artis unum esse
propositum sanitatem scilicet, finemq; unum, qui
est eius consecutio, modos autem consecutionis
multiplices. non uariat igitur propositum, neq; fi-
nis secundũ uarium habendę sanitatis modum: si-
quidem nobis apta officere cognoscentes, modo
ipsa nocentia summouentes sanitatẽ acquirimus,
modo ea deuitãtes ipsam præsentẽ conseruamus.
quare utile in medicina recte æstimabimus non-
nunquam, si ad sanitatem accersendam, nonnun-
quam, si ad eam retinendam confert, nobiscũ re-
putantes. Consensum autem præceptorũ non-
nulli ex eo, quòd unà sint, quærendum censent, B
multa simul esse ignorantes, inter quæ nullus con
sensus esse dignoscitur, quẽadmodũ & diem esse,
& simul eam spirationem fieri dicimus, inter quę
tamen nulla intercedit societas. non igitur consen
sum ex eo, quòd simul sint, diiudicare oportet:
sed quo sublato necessario quippiam aufertur, &
posito ponitur, id ei consentiens consociatumq;
iure putãdum est, atq; in uniuersum quæ mutuo
inter se dependentia colligãtur per appellatã epi-
crisim à Græcis, à nostris adiudicatio dici potest,
iudicãda sunt: in quibus sanè consequentem epi-
crisim facere opus fuerit, ad quarundam uero ora
tionum epicrisim, necessario quærendus est con-
sensus & consecutio. an uero & ad medicinalium
præceptorum iudicationẽ ea conducat, forsan dis- C
quiret aliquis: neq; enim ꝙ medicinale præceptũ
utile uerumq; sit, cognoscere satis fuerit: sed nihi-
lo secius ipsum cum alijs cohærere consentireq;
opus est. Quãdoquidẽ igitur omnis oratio om-
neq; præceptum tribus hisce perpenditur, tres ue-
ro in medicina sectæ celebres sunt, rationalis, em-
pirica, & methodica, ut Græcis utar nominibus:
age & hisce iudicãdi rationibus usi istas singulas
diligentius contemplemur: ut synceræ ac salutari
cęteris posthabitis adhæreamus. In primis autem
quid inter eas conueniat, quid cuiusq; propriũ sit,
exponere necesse est: deinde his peractis singulas
ad examen redigemus. Trium itaq; sectarum pro-
fessores in hisce consentiunt: quòd euidentia pre-
cepta utilia sunt, analogismus, obseruatio, histo- D
ria, ad simile transitus, quòd historia sine iudicio
non admittenda, instrumenta, applicandorum re-
mediorum modus: ꝙ ex alijs alia deprehendun-
tur: quòd ijsdem præsentibus malis eadem sunt fa
cienda: quòd adiectionibus, & subtractionibus sa
nitas seruatur, & morbi fugãtur, quòd ad sanitatẽ
retinendã & morbos tollendos nocentium usus
fugiendus est, quòd ad materiæ adhibendæ noti-
tiam experientia potens atq; utilis est: quę nutriũt
enim & quæ nõ nutriunt, purgãtia, & mortifera,
experientia omnia comperta sunt. Sub hoc cõ-
muni empirici subsistunt, nõ solum facultates, sed
etiã conferentia obseruatione fuisse inuenta testã-
tes. At uocati methodici ultra id cõmune dictum

quiddam ab empiricis diuersum adijciunt: aiunt
enim antequã adhibendorum remediorum uires
quis didicerit, nihil aliud utile ab experientia pro-
uenire: nullum enim conferens ex obseruatione
accipi posse, cum simpliciter conferentia ex qui-
busdam sensui apparentibus colligãtur. Rationa-
les uero medici inter hos medij ingrediuntur. sic
enim omnia utilia ex obseruatione aiũt deprehen
di, quemadmodum declarãt empirici: neq; enim
ob id etiã ex indicatione inueniri negant, ut uole-
bant methodici: sed nonnulla ex obseruatione de-
prehẽdi, ut mortifera, & uenenum morsu funden
tia: nonnulla ex indicatione, ea uidelicet, quorum
causæ reperiuntur. Inter methodicos igitur atque
rationales eatenus conuenit, quatenus utrique ex
indicatione utile percipi arbitrãtur: quatenus ue-
ro à diuersis accipiunt, eatenus dissentiunt: siqui-
dem methodici ex sensui euidentibus quibusdam
utilia putãt indicari: at rationales ab huiusmodi
quidem minime, sed ab occultis. nam cum à cau-
sis indicationes creari censeant, causę uero ut cau
sæ sensui euidentes non sint: iam constat, apud eos
ab sensui notis indicationes non fieri, sed ista esse
præuia & ueluti manuducere ad eorum, quę indi
care possunt, notitiã asserunt. hoc itaq; rursum em
pirici rationalibus assentiunt, à nullo sensui appa-
rente utilis indicationẽ proficisci. Hoc uero aliud
commune est & ab omnibus medicis concessum,
sensui nota uidelicet usui esse: ut aiunt empirici,
ad obseruãda ea, quæ ex ipsis colliguntur, cum
obseruatio in eorũ aliquibus sit: ut rationales ue- C
ro, quòd ex ipsis indicare potentia deprehendan-
tur: ut methodici, ad ipsa utilia percipienda huius
modi euidentia ex usu sunt. rursum hoc loco inter
empiricos methodicosq; conuenit, occultum ex
euidentibus non agnosci, ex quo conserẽtium in-
dicatio oriatur: empiricis autem atq; rationalibus
commune est, in claris sensui utilia obseruare. in-
ter methodicos autẽ & rationales, consensus est,
ex sensu cognitis utilia deprehẽdi. methodici nãq;
ipsum utile aiunt ex talibus elici: rationales uero
ipsa utile indicare potentia ex euidentibus, utile
autem nullum erui decernunt. Sed ad eos, qui ex
patentibus causis utile quodpiam inueniri putãt,
ut in palo exempli causa, dicendum est, non ut ex
perspicuis, sed ut ex causis in huiusmodi utile repe
riri: causa uero, ut causa est, non est sensui euidẽs,
sed ex casibus deprehenditur. igitur si extremę cu
ti arenula paxillus ue inhærens dolorem non mo
ueat, neq; sui sensum excitet, nõ percipimus. cau
sa enim alicuius non est, quod libet faciens. quic-
quid enim causa est, sensui non apparet, ut causa.
nam quæ ad aliquid se habẽt, ut huiusmodi sunt,
non sunt nota sensui: ipsa uero, quę ad aliquid se
habent, conspicua sensibus sunt, ut pater, seruus,
frater, & id genus alia: ipsa quidem singula cernũ
tur, sed ipsorum ad alia relationes non sentiũtur.

Postquam igitur diiudicandarum rationum in-
strumenta docuimus, communiaq; & propria se-
ctarum perstrinximus, deinceps necessarium fue-

rit unamquamq; sectam diligenter excutere ac di-
iudicare, atq; ita meliorem, quæ uisa fuerit, ample-
cti. empirici sanè ac methodici rationalibus con-
tradicētes inutilem esse aiūt rerum abditarum no-
titiam: nihil enim abditum utile reperiri. Ad hoc
rationales respondēt seperatim utriq; sectę. Ac pri-
mum empiricis dicūt, sensu cognita nō satis esse,
ut in ipsis utilia obseruatione deprehēdātur: nam
& occultis opus est, siquidem ab his cōferentium
indicationes enascuntur: cuius rei testimoniū est,
quòd uos ipsi nō in omnibus sensu perceptis ob-
seruatione utimini, sed in quibusdam, quæ quid-
dam plus, quàm cętera euidētia sensui, contineāt,
in quibus obseruandum est, quod non patet sen-
sui: quod si est, abdita nō inutilia fuerint. nota igi
tur sensui si ut talia ad utilium inuentionem capi-
antur, omnia ad id conducent, aut nō: at omnia ad
id conducere si dicamus, incredibile fuerit: quòd
si nō omnia conducibilia, necesse fuerit plus ali-
quid, quàm euidentiam cōtinere, quod percipere
non ad sensum, sed ad rationabilem potētiam per-
tinet, ea uero abdita dignoscit. quare & rationabi-
lis facultas & res abditæ non incommodæ sunt:
nam si nota sensui ut nota sensui sunt, inter se non
differunt: patet omnia, quantum in ipsis est, æque
ad obseruationem esse idonea. quare & minima
quæq; tam præterita quàm præsentia commoda
fuerint: id autem fieri non potest. quomodo enim
in stragulis uestibus & cubili, ubi æger cubauе-
rit, atque id genus alijs quippiam aliquis obserua
uerit? manifestum igitur est non in notis sensui,
quatenus talia sunt, obseruationem uersari, æque
enim in omnibus uersaretur, sed in quodam alte-
ro, quod non apparet. si hoc uerum est, iam id effi-
citur, occulta usui esse. Verumtamen unde, inqui-
unt, dignoscimus in hisce euidentibus obseruatio
nem posse fieri, in illis uero non item? haud enim
facile est ab istis euidentibus, quatenus ita euiden
tia sunt, istud accipere. ita enim omnes uel triuia-
les dignoscerent, in quibusnam euidentibus ob-
seruandum esset, atque ita nihil nostra experiētia
à uulgi imperitia distaret: quòd si nō omnibus cō-
stat, quibus euidentibus obseruatio sit adhibēda,
solis autem id artificib. notum est: sequitur in sen-
sui euidentibus, non, ut euidentia sunt, conferen-
tia obseruatione deprehēdi. quoniā enim hoc est
euidens, in quo obseruādum est, id utique non est
euidens, sed occultum, admodum autem istud no
uisse expedit, propterea & occulta ex usu sunt. ul-
tra dicta etiam, quandoquidem dicant empirici
& in prēteritis & in prēsentibus obseruandū esse,
idcirco & transacta curiosè disquirunt, infinita ue
ro sunt etiam præsentia, & in infinitis obseruatio
fieri non potest: clare sequitur eorum obseruatio-
nem ex his esse, quæ fieri non possunt. In Metho-
dicos autem sensui perspicua conferētium demon
stratiua esse putantes. hæc adducūt rationales sen
sui nota ex seipsis percipi possunt, & uulgo igitur
nota erunt. quoniam uero & communitates indi
cant, simulq; cum indicantibus indicata sese offe-
A runt, uulgaribus utiq; communitates indicabunt,
atque ita nihil à uulgaribus ò methodici differe-
tis. quòd ab affectibus uero conferentium indica-
tio non proueniat, per hæc demonstrare licet. eo-
dem affectu, exempli gratia, phlegmone differen
tes corporis sedes occupante ut oculos, aut iecur,
aut gulam, non eadem curatione, sed diuersa uten
dum: oculo namq; inflammato succus fœniculi
& lac muliebre conueniunt: gulæ autem, uel ori
uentriculi & iecori aliud quippiam: at oleum ocu
lo nocet, in alijs uero inflammatis partibus dolo-
rem mitigat: ex his manifeste cōcluditur, ab affe-
ctibus conferētia non indicari. idem enim in om-
nibus eidem affectui remedium admoueretur: si-
quidem affectus conferentium esset indicatiuus:
B hoc pacto etiam methodicorum placitum demo-
liri possumus, eodem affectu eundem locū uexan
te pro causarum differētia differēte curatione ho-
mines indigent, ut in urinæ suppressione, si sit cal
culus exciforem adhibebimus, si urinæ copia, fi-
stulam demittimus, si phlegmone, cataplasma su-
per damus, quòd si ab affectibus conferētium indi
cationes orirentur, uno affectu proposito, una &
eadem etiam curatio assumeretur. sed una nō su-
mitur eiusdem affectus curatio, nō igitur ab affe-
ctibus conferētium indicationes accipiuntur.
His itaque summatim expositis nō inutile fuerit,
indicationem, quid sit, circumscribere, & quomo
do ab indicatione utile capiatur: quid sit obseru-
C tio, quomodoq; ex obseruatione utilia deprehen-
dātur: quid sit analogismus, & qua ratione ab eo
utile sumatur. Quemadmodū igitur sensui euiden
tium aliqua per seipsa percipiūtur, ut albū & atrū:
nōnulla adhibita obseruatione, ut ea, quæ per no-
tas dignoscuntur: ita & iuuātia quidem per indi-
cationem patefiunt. simul enim cum indicātibus
obuia sunt, nulliusq; cogitationis ope indigent.
Hanc enim ob causam & animantia ratione ca-
rentia æstum, algorem, semelq; omnia nocere ua-
lentia, quoad eius fieri potest, uitare conantur. Si-
mul uidelicet eo, quod iuuat, sese offerente. Paxil
lo enim aut aliquo alio in membrum defixo nul-
lus cogitatione præmissa reuellit. Quare quod in
apertissimis & sine cōtrouersia concessis reperi-
tur, (omnibus enim demōstrationem transcēden-
D tibus mens nostra propter euidētiam assentitur)
id nimirum & in perceptis ex indicatione cōtige
rit. quædam igitur proportio indicationi cum sen
sui intellectuiq; manifestis intercedit. quādo enim
cum nocentibus iuuātia pariter occurrunt, tunc
neque obseruatione, neq; analogismo utendum,
quādoquidem ipsa nocentia, quid expediat, mani
festēt. At obseruatio proportione ad ea respōdet,
quę per notas comprehēduntur. sicut enim ea per
uocatam coobseruationem comprehēdi affirma-
mus, ita & hic iuuātis obseruatio fieri dicitur. In
quibusdam enim plerūque eodem modo occurrē-
tibus absque agentium causarum cognitione iu-
uantis obseruatio efficitur: ut est in dentium stupo
re portulaca. neque enim contentiua causa hic

quicquam

quicquam demōstrat, neq; aliqua cogitatione au-
xilium reperitur. In his, qui hyoscyamum epoti
sunt, aut quippiam id genus mortiferū assumpse-
runt, inter initia sanè curatio à causa & loco acci-
pitur, sed causa ignorata iam deinde obseruatiōe
perceptis utimur. uomitum enim ab initio admit-
timus, causa huius electionē indicāte, & loco mo-
dum electiōis suscipiēte: postea uero causam igno
rantes, obseruatis uino, scilicet & lacte utimur.
Verum ex analogismo iuuās percipitur, quando
causa quidem delitescit, nullaq; obseruatio habe-
tur, sed affectus quàm simillimus ex casibus est. in
huiusmodi enim ab indicatione profuturum colli
gi nequit: causa namq; ignoratur. nullaq; prēterea
facta obseruatione, casuum similitudinem intuen
tes cogimur ad simile trāsgredi. aliquis namque à
B serpente hæmorrho uocato demorsus fuerit, inde
sanguis largius effluat: nos causam, quare id patia
tur, nescientes, neque obseruatione instructi, auxi
lijs ad sanguinis ob incisionem profluuia facienti
bus opitulabimur. Atq; hac ratione Cnidij medi-
ci pulmones purulentos habētibus succurrere tē-
tabant transitu ad simile utentes. quoniam enim
quicquid in pulmonib. est, per tussim extruditur,
linguam amouētes aliquid humoris in arteriā in-
stillabāt, quod tussim uehementem cōcitare pos-
set, ut ex casus similitudine pus reijceretur: analo-
gismis itaq; per trāsitum ad simile fit, analogismo
namq; utētes à similibus ad similia trāsimus. Em-
pirici uero secus atque nos huiusmodi transitum
usurpāt. nam à simili trāsitum ab auxilijs ad auxi
C lia, aut ab affectibus, ad affectus fieri affirmāt: ab
auxilijs ad auxilia hoc modo, cum ijdem adsint ca
sus, qui & in alijs uisis ægritudinibus aderāt, tum
à simili transitum facimus, ut à coroneo ad mespi-
lum. Verū aduersus ipsos dicēdum est, fieri à uo-
bis non potest huiusmodi à simili trāsitus. utrum
enim ratiocinatione utentes à simili ad simile trāsi
tis, an obseruatione? si obseruatiōe, obseruatio est
eius, quod fit, & quod cognoscitur, & nō ad simi-
le trālitus. sin ratiocinatiōe, ab ipsis scisci tabimur.
num omnium casuum similitudinem spectantes,
transitum à simili ad simile faciūt, an aliquorum.
Si omnium responderint, nihil unquam alicuius
secundum omnia simile reperietur. quæ enim in-
ter se aliqua ex parte nō differunt, hæc nō similia,
D sed eadem planè sunt. Sin aliquorū casuum simi-
litudine se contentos affirmēt: iterum sciscitabor,
num similitudinē in figura, aut in colore petitis?
an in duritia & mollitudine? an potius secundum
gustatum olfactumq; similitudinem æstimatis? q;
si secūdum gustatum dixerint, aut aliud quippiā,
clarissime fatebuntur iuuantia, quatenus iuuant,
se deprehendere: ex quo efficitur, ut ipsos etiā con
fiteri necesse sit, se nocentia, ut nocent dignosce-
re. quo enim iuuātia nocentibus aduersantur, eo
iuuare dicuntur. Si mespilum igitur, quoniam gu
statilem qualitatem cotonei saporis similem ha-
beat, torminosis adhibetur: scire oportet ipsum
gustatili qualitate prodesse, cumq; ipsam adstrin-
A gere in confesso sit, simul etiam contrariæ qualita
tis facultatis ue esse nocētia cum huius perceptio
ne succurrit. quòd si comprehensibili causę reme
dia contraria sunt, manifeste concluditur, occulta
posse deprehendi, & ad usum idonea cognosci.
Quomodo itaque ex indicatione utile percipitur,
supra positum est. In præsentia uero dictorum cu-
iusque descriptionē explicabimus. Est igitur Indi
catio iuuantis comprehensio simul cum compre
sione nocentis aduenientis, sine obseruatione aut
ratiocinio: Experiētia uero est eius, quòd frequē-
ter & eodem modo uisum est, comprehensio at-
que memoria. aut sic etiam describere potes, Indi
catio est, quādo rebus percipiendis simul & quod
confert, percipitur, absque ostensione & obserua
B tione: at Experientia est eius, quod sæpius & eo-
dem modo uisum est, obseruatio atque memoria.
idem est uero obseruatio & experiētia. Analogis-
mus autem est comparatio & perceptio causarum
iuuātium per similitudines. At deinceps propria
cuiusque sectæ cum exposuerimus, aduersus sin-
gulas empiricā dico, & methodicā rationes indu-
cemus. sunt uero hæc empiricorum propria: iu-
uantium in concursibus obseruatio, historia, à si-
mili transitus, quemadmodum ipsi faciēdum pre-
cipiunt. alio enim modo rationales medici à simi-
li transitum usui accommodant, ut posterius diffe
rentiam ostendemus. Verum empiricis cōtra-
dicentem duobus modis in concursibus obseru-
C tionem accipere opus est: nam facultatum obser-
uatio communis est, accidentium uero illorū pro-
pria. aut enim ipsam prorsus tollere, tanquam esse
non possit, opus est: aut esse quidem posse cōcede
re, sed absque ratione explicari non posse. Primū
igitur quòd & absque ratione obseruatio explica-
ri nequeat per hæc quispiam ostenderit. confiten-
tur empirici se non omnes euidentes casus obser-
uare, neque enim se flauitiem exempli causa aut
albedinem, aut similitatem aduncitatem ue obser-
uare affirmāt, quamuis & in coloribus discrimen
aliquod animaduertant, ut in auriginosis, & in fi-
gura, ut in fracturis luxationibusq;, sed in antedi-
ctis minime: quemadmodum enim inquiunt, ab
indicatione conferentia sumi profitentes non om
nia tamen indicare testantur, methodici namque
D euidentium aliqua indicare affirmāt, non omnia:
rationales uero abditorum aliqua, & non omnia:
ita & empirici in quibusdam casibus, non in om-
nibus obseruationem ponunt: neque enim præte
rita omnia, neque præsentia utilia ad obseruatio-
nem esse arbitrantur. ut, exempli causa, quispiam
à rabiente cane demorsus est: accedens empiricus
id tantum satagit, à rabiente ne demorsus fuerit,
aliorum antegressorum nihil explorat, pariter &
circa præsentia nihil laborat: neque enim ut an-
tediximus, capillos rectos crispos ue considerat.
Quocirca ab ipsis causa iure petenda est, quam-
obrem nō in omnibus casibus, sed certis quibus-
dam conferentia obseruent: quādoquidem casus,
quatenus sensui euidentes sunt, tam illi, in quibus

fit obseruatio, quàm cæteri inutiles nulla ex parte A
dissideant. Dicunto igitur quidnam utiles casus
monstrat, apparens ne, aut occultum: si apparens
esse dixerint, quo utiles casus produntur, & in
quibus obseruandum est. Inferemus iterum, hoc
apparens, quatenus apparet, nihil ab inutilibus ca
sibus distare, quòd si occultum esse utile casus in
dicans affirment, occulta ad casuum obseruatio
nem conducere fateantur necesse est. At occulta
nulla ui alia quàm ratione comprehendi queunt:
quare si occulta utilia sunt, in concursibus occul
torum est obseruatio: & si nihil aliud ea, quàm ra
tio comprehendit, apertum iam est, absque ratio
ne obseruationem fieri non posse. hæc sanè argu
mentatio eos fateri cogit rationem in obseruando
esse percommodam. Verum empirici nobis refra- B
gantes inquiunt, & utiles casus experientia posse
deprehendi, & in aliquibus casibus obseruandum
esse, in aliquibus uero non, idq; se obseruatione
cognouisse. Ad hoc præstò responsio est, cum infi
nita sit casuum multitudo, in quibus non sit ob
seruandum, in omnibus id ipsum obseruari non
potest. in ipsis scilicet obseruationem non esse fa
ciendam. infinitū enim obseruari custodiriq; non
potest. Vltimum itaque ipsis undique oppressis
confugium relinquitur, ut sorte euenisse dicant in
hisce casibus obseruationē factam esse, in illis ue
ro minime. quo quid magis ridiculum fuerit? hic
quidem sermo iste finiatur. Quod autē in con
cursibus obseruatio colligi nequeat per hęc argu
menta declarabo. Sic enim aiunt empirici, obser- C
uatio non in uno duobus ue, sed in plurimis fre
quenter conspectis & eodem se modo habētibus
fit. interrogati igitur num in ijsdem casuum gene
ribus utilia obseruent: necessario in ijsdem se gene
ribus obseruare affirmabunt: nam si in hoc, exem
pli causa, febris sit, aut phlegmone, in hoc bilio sa
per uomitum aut sedem fiat excretio, nequit eadē
esse obseruatio. Eosdem autem genere casus satis
fore neutiquam dixerint, sed etiam numero æqua
les esse oportet: nam si ijdem genere casus fuerint,
non omnes autē, aut plures adsint, concursus eua
riat, atque aliam obseruationem exigit: opus est
enim mihi ijsdem generibus & æquis numeris ob
seruationem fieri. Quomodo autem omnis cura
tio ob excessum defectumq; casuum commutabi- D
tur, hinc iam considerandum est. Est igitur quæ
dam in phlegmone obseruata curatio, ęp si aliquis
phlegmone casus abfuerit, utpote sensus, & cura
tio mutāda est: nam phlegmone iam in scirrhum
euasit, neque eadem curandi ratio conuenit: atq;
ita penes casus absentiam curatio diuersa est. pe
nes uero abundantiam ad hūc modum. Si phleg
mone febris aut syncopa adiungitur, ob casuum
abundantiā concursus differēs factus est: quare et
differens adhibetur curatio. Neq; solum genere
ijdem & numero æquales casus esse debent, ue
rum etiam & magnitudine neque excellere neq;
deficere conuenit: quandoquidem & penes ca
suum magnitudinem permutatur curatio. neque
enim superficie tenus factas diuisuras fuimus: ne
que etiam ieiunio quispiā utetur: at si profundior
sit incisio, ieiuniū imperamus, uenam soluimus,
fibulas adhibemus, & huiusmodi. Neque satis est
casus genere conuenire, numero æquales esse, &
magnitudine similes, uerum etiam tempus opor
tet obseruatione complecti: alia namque incipien
tibus morbis auxilia adhibentur, alia uigentibus:
incipientibus enim si quid uidetur mouendum,
moue, uigentibus quietem agas, præcepit Hippo
crates: & phlegmone incipienti quidem reprimē
tia adhibemus, post id autem cataplasmata, & ir
ruentem materiam dissipare ualentia. Præterea &
ordinem dictis omnibus in obseruatione adiun
gere opus est: uariante enim ordine & concursus
euariat, iccirco & medendi rationem uariare ne
cesse. aliter enim prius furentes, deinde febricitan
tes curamus: & aliter febricitantes prius, deinde
furentes: siquidē mortiferi, & nō mortiferi, prout
habet casuum ordo, affectus euadunt: quemadmo
dum euentus ostendunt à neruorum quidem con
uulsione febris non solum periculo uacat, uerum
& morbum propulsat: sed à febre conuulsio mor
talis est: permutato uero penes casuum ordinem
concursu, necessario conceditur (ut ex euentibus
patet) & medicationem permutari. Quamobrem
cum prorsus oporteat casus nō modo genere eos
dem, numero æquales, magnitudine similes ades
se, sed etiā idem tempus, eundemq; ordinem ser
uari necesse est, si debeat integra absolutaq; obser
uatio fieri: cumq; in omni uita ne duobus quidem
ægrotis, nedum pluribus omnes supra enumerati
casus accidere similiter queant: clarum est huius
modi obseruationem in istis concursibus fieri nō
posse. Non posse autem prædicta omnia in omni
bus aut pluribus reperiri, ita quispiam demonstra
uerit. Quoniā causis, passis locis, ætate, consuetu
dine, symptomatum acerbitate, laborātis natura,
anni temporibus, regionibusq; dissidētia uitia gi
gnuntur: duobus hominibus prorsum cōtingere
nō potest, ut similiter in omnibus sese habeāt: hāc
ob causam in concursibus obseruatio fieri nequa
quam potest. quòd si duo etiā nulla in re differen
tes inuēti fuerint, neq; tamen propterea obseruā
tio concedenda est, quādoquidem ipsam in pluri
bus fieri opus sit. Cæterum quomodo uos (illi in
quiunt) nostrum ipsorū placitū confirmatis, nos
uero symptomata & facultates obseruare posse
non uultis? ueratrū enim purgare, aliqua animalia
uenenum ictu infundere, obseruatione cōpertum
est: & in dentium stupore causa quidem compre
hensa non est, sed portulaca ipsum dissolui obser
uatum fuit. Sic uero ipsis respōdendum est, nos
quidem utilia symptomata circumscribentes, eo
ęp ad ꝓposita referamus, ex usu utile iudicamus.
cum igitur & à causis illata omnia symptomata
comprehēderimus ut grauitatē: & à locis, ut ægre
spirare: & à facultate, ut animam deficere: inueni
mus hęc esse utilia, reliqua uero superuacua. quo
niā igitur utilia symptomata per relationē ad pro
posita

posita circumscripsimus, quæcunque causæ, lo- A
ci, facultatis ue sunt symptomata, ea utilia reputa
mus, quæ nō huiusmodi sunt, inutilia. igitur tam
etsi neq; morbiferas causas, neq; perpessos locos
cognouimus, cum facultatem, ut dixi, habeamus
utilia symptomata ab inutilibus distinguentem,
neque agentes causas affectas ue sedes obseruare
possimus, ut sanguine infestante, non dignoscen
tes sanguinem esse morbi causam, à grauitate, quę
symptoma est subsequēs, causam esse rimati, à gra
uitate ueluti manuducti in ipsa obseruationē face
re possumus. sic & in spiritus difficultate: id uētri
culi, aut pulmonis, aut iecoris, aut trāsuersi septi,
aut alius cuiuspiā affecti loci symptoma esse igno
rantes, solum id locum affectū esse scientes, perin
de in ea, atq; in ipso affecto loco obseruare poteri B
mus. quę autem neq; loci, neque causæ, neq; facul
tatis symptomata sunt, ea tanquā abūdantia reiici
mus. Vtile igitur atque inutile in quibus propositis
obseruemus empiricis dicēdum, nos scilicet in
solis symptomatum generibus obseruare, in qui
bus neq; potentia, neq; tempore, neq; magnitudi
ne, neq; ordine, neq; alio quopiam opus est, ut in
dentium stupore portulacā. quid igitur prohibet,
fortasse dicent, & nos ad hūc modum obseruare?
si in istis respondebimus symptomatū generibus
obseruatis, quemadmodū & nos modo diximus,
nulla est cōtrouersia, at si in reliquis etiā, ubi tem
pus magnitudo & potentia requiritur iam inter
nos non cōuenit. cæterum si dicant morsum hæ
morrhoi plura symptomata comitātur, & uos ni- C
hil in his obseruatis; non cōtra respōdebimus, nō
in illis symptomatis, sed in antegressa causa nos
obseruationem facere: symptomata uero ad ante
gressarum causarum cognitionem, in quibus ob
seruationem statuimus, exploramus: causa namq;
ignorata, & facultate curādi ex indicatione caren
tes, obseruationem in antecedentibus causis præ
stamus, obseruamus autē non solum in causis, sed
etiā in loco uno: in iecoris itaq; atque in lienis affe
ctu quædā obseruauimus. si uero dixerint ista sin
gula unum symptoma comitari, dicemus nos, in
terdum non unum, sed plura: multa uero curiose
persequimur, non ut in ipsis obseruationem consi
ciamus, sed ut id, in quo fit obseruatio, consequa
mur. in iocinorosis affectum esse iecur, in quo ob- D
seruatio statuitur, & in alijs ad hūc modum. cæte
rum plerumque in prægressa causa fit obseruatio:
non enim cum dentes stupent, portulaca obserua
tur, sed affectus ab acidis acerbis ue creatus. igitur
cum ex fluctione aut uomitu aut secātis serręstri
dore dentes obtorpuerunt, nihil in portulaca præ
sidij est. prius itaq; causam rimati, ob quā dentes
stupor obsedit, deinde sic ea utamur. quę in his ue
ro accipiuntur, antegressis causis minime aduer
santur. neque enim alia continētibus causis adhi
bentur. Hæc sanè aduersus obseruationem in cō
cursibus facientes afferri possunt. Interrogādi præ
terea sunt empirici, quomodo administrādorum
auxiliorum modus aut tempora sint obseruanda,
aut quomodo ciborum tempora & mensura.
Verum enimuero ipsorum historia inanem esse,
neq; confici posse in præsentia patefaciā. Vtuntur
sanè empirici historia eam ob causam: frequenter
morbi quidā exoriuntur, ad quos nullum auxiliū
ab ipsis obseruatū est. ut igitur & hac in difficulta
te aliquibus remedijs abundare possint, neq; for
tuitum euentum expectent, historia usi sunt: neq;
hac tantum de causa, uerum etiam ut breuior esset
traditio: non potest enim nouus medicinę discipu
lus omnibus symptomatis obuiā fieri, atq; in om
nibus obseruationem facere. ne quis igitur omne
uitæ curriculum discendo consumat, sed aliquan
do & arte utatur, idcirco ad medicandum utilem
historiam esse asseruerunt. conficitur autem aut
præsentium historia, ut illud carmen,
Ferro homines cædūt, ignis late omnia uastat,
aut præteritorum, ut illud,
Curetes pugnam simul, Aetoliq; ciebant:
sed futurorum neutiquam: illud enim,
Ille dies aderit, quo procidet Ilios alta.
non historia, sed potius diuinatio dicenda est. Em
pirici præteritorum historia frequentius usi sunt,
sic enim eam diffiniunt. Historia est rerum sæpius
circa eadem probatarum narratio. Sed contra ip
sos ita dicendum: si omnia in historia narrata uera
esse affirmant, aliquem profecto iudicem habere
debuerunt, qui recte historiā institutam esse iudi
caret: uerum cum non ita res habeat, aliquod di
iudicandæ historiæ instrumentum reperiendū est.
quo uera à falsis discreturi simus. etenim circa idē
non solū medici dissident, immo & contraria opi
nantur. febricitātes enim adeo nonnulli inedia ma
cerabant, ut ne aquam quidem concederent: non
nulli ab initio cremorem hordei propinabāt, nō
nulli summopere cauebant, ne unquam hordea
ceo uictu laborās uteretur. Petronas autē & suil
las carnes assatas exhibens & uinum nigrum me
racius, ad uomitum compellebat, & frigidā ad la
borantis arbitrium potui dabat. Apollonius uero
atque Dexippus Hippocratis auditores neque
aquā propinabāt, nedum uinum: præparauerat e
nim scyphos quosdā cereos numero duodecim,
ut essent singuli heminæ sexta pars, ex his duos
tres ue alternatim ægrotantibus dabant. tāta igi
tur cum sit inter medicos controuersia, cur diiu
dicandæ historiæ instrumentum aliquod compa
rari nō debuit, quare cum ipsos fateri coegerimus
neque inutile esse historiā admittere (sic enim su
peruacuam esse historiam declarabimus) percun
ctabimur, experientia ne an ratione historiam iu
dicent. ratione quidem, nequeunt, cum ipsam ex
terminent, & alioqui eo iudicare debent, quo isto
rum singulum percipitur: at experientia, quæ iu
uant, deprehensa fuisse prædicant. experientia igi
tur etiam iudicari necesse est: quemadmodū enim
in alijs, ita & hoc loco res sese habet. Quidam in
historia, niuem refrigerare, tradidit, si de historia
sententia ferenda est, eodem instrumento uten
dum est, quo scriptor ille rem hanc deprehendit.

Rationalis sanè medicus per causam diiudicare A
historiam poterit. quodã enim in historia scribente, hominem distenta uascula & oppressa grauitate habentem sanguinis profluuium superueniẽs ab instante noxa liberat, & grauitatẽ hanc examinat, num uera sit, in causam symptomata inferentem respiciens, cõsideransq́, num sanguinis profusio potens sit causæ resistere: inueniẽs ergo grauitatem distentionemq́ à plenitudine prouenire, & sanguinis effusione plenitudinem inaniri, historiam ueram esse cognouit, nullaq́ re alia ad hanc diiudicationem indiguit: ubi uero causam nancisci non possumus, historiæ iudicium experientiæ committimus. si quis enim historiæ tradidisse uisus fuerit, portulacam dentium stuporem discutere, huic rei iudicandæ experientiam adhibebit. ad B
hunc itaq́ modum empiricum necesse fuerit de historia per experientiam iudicium facere. quòd si experientia historiam iudicat, efficitur, superuacuam atque inutilem esse historiam. Cæterũ nonnulli empiricorum dicunt, nos autoritati scribentium fidem habentes, historiam iudicamus, nobis uero interrogantibus quomodo ipsorum autoritatem æstimatis, cum ipsorum alij in alijs fallantur, & recte sentiant: respondent, cum scriptor aliquis non ob inanem gloriam, neque decretorum amore compulsus, neque altercandi studio irritatus quicquam scribit, tunc uera ipsum scriptis mandare censemus. hoc eorum dictum in primis facile refelli potest. contingit enim ob nullam ex antedictis causis, sed proprio errore ductum scriptorem C
quempiam historiam condere: num igitur, quia neque gloriæ cupiditate, neque sectæ suæ placitis fauens, neque contradicendi gratia scripsit, propterea quicquid eius scriptis continetur, uerũ esse dicendum est: secundo cum historiæ autorem sapientem medicum esse autumant, à iudicanda historia discedentes uirum sapientem iudicant: sed huiusmodi iudicium ad philosophos non ad medicos pertinet. præterea unde iudicium illud accipi potest, eum neque gloriæ comparandæ, neque sectæ suæ tuendæ, neque rixandi causa scribendi prouinciam suscepisse? ulterius dum conantur, quò agnoscenda sit scriptoris autoritas, declarare, instrumẽto ab ipsismet repudiato utuntur, dicentes enim eum non gloria, non concer- D
tandi causa scribere, causas exponunt, ob quas scriptori fides adhibenda sit. quare si non ob aliud quicquam, ob id saltem causarum uestigatio perutilis fuerit, nosq́ etiam nihil plus quærimus, sed quæque res propter quid facta sit, curiose explorandum esse contendimus. quod sanè & ipsi in historia diiudicanda facere uidentur. nos uero propter quid quodque sit, uestigare consueuimus, atque in totum causa ad rei naturam diiudicandam utimur, empirici autem ad mores scribẽtis dignoscendos: mores autem æstimare non medicorum, sed philosophorum officium est. amplius & hoc aiunt empirici, non opus esse historiam experientia iudicare, idq́ ita probant, quemadmodum uos Cretam insulam esse quibusdam scribẽtibus, Cretam esse insulam cognouistis, quãuis propriis oculis ipsam nunquam aspexistis: ita & nos multis de ijsdem eadem sentientibus experientia ad historiã iudicãdam non egemus, sed multorum opinioni accedimus. Nos istorũ rationi occurrimus iam dicentes, Cretã esse his uerisimilibus argumẽtis moti credidimus: quoniã inde huc aliquis, iterumq́ hinc istuc nauigat, quoniamq́ nonnulli Cretẽses istic nostri amici sunt, ad quos etiã literas damus, & à quibus accipimus. præterea quoniam omnes homines de ipsa licet inimicissimi idem referunt. de medicinalibus autẽ rebus nihil ferè inter medicos conuenit: cum præsertim inter omnes homines exiguus sit medicorum numerus, neq́ solum dissentiunt, sed & pugnantissima, ut paulo ante monstrauimus, opinantur. quocirca aliquo instrumento opus est ad diiudicãdam medicinalem historiam. Cæterum cum dicant empirici, quę comprehenduntur, aliqua sensu comprehendi, ut ruborem, alia per reminiscentiã, ut ea quę notis quibusdam ac signis in memoriã reuocantur, per indicationem autem nihil dignosci, ac neutro ab ipsis probato modo Cretam esse insulã comprehendunt: nihil dubium est, aut ipsos, Cretam esse insulam, non comprehendisse, aut si comprehenderunt, tertium quendam alium comprehensionis modum reperiri. hæc dixisse ad ostendẽdum adeo ab ipsis concelebratam historiam superuacuam esse, abunde sit. Cæterum nullius iuuantis notitiam ex historia haberi posse nõ magno quis negocio probauerit, quandoquidem obseruatio, ut superius tradidi, non solum in symptomatum genere & numero faciẽda est, sed etiã in magnitudine & tempore & ordine: hæc autem describi sine propositis nequeunt: manifeste sequitur historiã dari non posse: penes magnitudines autẽ & tempora, & ordines medendi conditionẽ differre probatum est. Verũ per quę concluſimus in cõcursibus obseruationem fieri nõ posse, per eadẽ efficitur, neq́ historiam posse cõdi. neq́ enim obseruationẽ fieri nõ posse, posse uerò nõ obseruata describi, quispiã dixerit. Deinceps de transitu ad simile disputandũ est. indiguerunt autẽ trãsitu ad simile empirici hac de causa: cũ plurima & penè infinita essent, in quibus obseruationes erãt faciẽdæ, & opẽ ferentia essent quoq́ infinita, ac nemo posset, in omnibus aut plurimis aliqua notare: id fuit in causa ut historia trãsituq́ ad simile egerent empirici: adhuc quoniã ratiõales medici ipsis obijciẽtes aiunt, nihil æque artifices, ac facilitatẽ in artibus copiamq́ præstare discupiunt. at uos unũ in uno obseruãtes infiniti in curatiõib. eritis, aut plura in eodẽ obseruare coacti, nunquam arte utemini, sed aliqua semper notabitis. Hanc ipsi obiectionem ita diluunt, nos trãsitu ad simile utemur, ex quo nobis facultas copiaq́ suppetit. uertiginoso 3
eñ in humũ procidẽte, sanguinemq́ ob casum effuso, atq́ ita morbo eo liberato: nos id notantes in altero uenã secabimus. Sed primũ eos quispiam

sciscitabitur, unde ipsi certiores facti sunt, ex san- A
guinis profusione & non ex ipso casu uertiginosum fuisse sanatũ. Sed nondũ aduersus eos quippiam afferre tempus est, priusq́, quot modis transitu ad simile utãtur, ostendero. Dicũt itaq́ se transitu ad simile uti, nõnunquam ab auxilijs ad auxilia, nonnunq́ à locis ad locos, nõnunq́ à uitijs ad uitia: ab auxilijs quidem ad auxilia, ut quãdo mespilum uice cotonei tormino sis adhibent: à locis aũt ad locos, ut quando ea, quę in musculosis aut neruosis mẽbris obseruarũt, talibus etiã applicuerunt, quemadmodũ exempli causa à femore ad humerum trãsferimus: à uitijs uero ad uitia ita trãseunt, ueluti cũ remedia ad sanguinis effluuiũ probata ad hæmorrhoi morsum accipimus. tot sanè modis transitu ad simile utũtur empirici. Verum B
ipsos libenter interrogẽ primum de auxilijs, quomodo ipsis utãtur, num facultatis aut qualitatum inhærentiũ similitudinem attendẽtes? ueluti cum mespilum pro cotoneo assumunt, num astrictiõe similia esse putantes accipiunt, an quia rotũda ambo, colore, tactuq́ similia cõspiciunt? si facultatem (adstrictionem dico) attẽdentes se transitum facere asserent, se causas adstrictionis, per quas iuuãtia prosunt, explorare fatebũtur, simul autem cum iuuantium facultate & nocentium facultas addiscitur. quinetiã & plus quiddã eos perscrutari oportet, non solum q⁹ mespilum adstringat: complura enim eadem ui prædita sunt, quæ propterea non idem præstant, ut æris squamma adstringens & membra repurgat: nam si piper calefaciendo iuua C
re cognitũ sit, iam pro certo habetur, quod in præsentia nocet, frigiditate officere. sin autem qualitatum similitudinẽ spectãtes similia se diligere profiteantur: utrum dicemus, si omnes qualitates similes sint: ita similitudo attenditur? at id prorsus esse nõ potest, ut aliquorum omnes qualitates similes sint: sic eñ eadem essent, nõ similia. certum igitur est eos aliquarum qualitatũ similitudine inspecta transitum se facere dicturos. aut igitur plures (dicemus nos) aut totidem, aut pauciores qualitates spectantes transibitis: si pauciores, fermè omnia similia fuerint, in aliquo enim omnia concordãt: q⁹ si totidem aut plures, cur in sanguinis effluuio (dicemus) quemadmodum porri coma usi estis, non item & allij & cœpę comã adhibuistis? hæc enim D
in plurimis similia sunt. & in pernionibus pariter, quare quemadmodum rapa, non item & raphano ei malo succurritis? præterea & stomacho imbecillis quare absinthio carentes, non & marrubij succo medemini? ferè enim hæ duæ herbæ non differunt. item aqua suffusis quam ob causam plerũq́ uice raphani rapam nõ exhibent? atque in uniuersum considerandum est aliquod obseruatis simile contrarias tamen uires habere: ipsosq́ percõtari opus est, propter similitudinem ne ijsdem morbis hęc remedia cõducãt? similitudo uero sit sensibus (ut ipsi reputant) iudicanda? hoc idem argumentum aliquis in reliqua ipsorũ decreta cõtorquere poterit; nam protinus ipsis ostendendum est, neq́ à symptomatis ad symptomata, neq́ ab affectibus ad affectus eos transire posse. nunquid enim symptomatum similitudinem in facultate attenditis? hoc uero negabunt. non enim facultatem symptomatum, sed sensui manifestam similitudinem explorant. utrum igitur plurium symptomatum an totidem similitudinem? at phlegmone & scirrhus in plurimis sunt persimiles, sed nihilominus fermè contrariã nihilq́ consentiẽtem curationem postulant. sic etiã œdema & ramex, strumma, & melicęris magna similitudine inter se cõueniunt, sed medendi ratio maxime distat. præterea ex uenę fractura sanguinẽ reiicientes omnia fermè symptomata illis quamsimillima habent, quę sanguinem oberosionem aut apertionem spuẽtibus insunt: non tamen iccirco eadem meditatio omnibus idonea est. Atq́ ea ferè, quibus empiricorũ ad simile transitus confutatur, persecuti sumus. Nunc uero declarandum superest, quomodo rationales transitũ ad simile usurpare ualeant, quod alij nõ ad simile transitũ, sed analogismũ nominare cõsueuerũt: nã ad simile transitũ pertinere ad empiricos asserunt: modũ aũt illi proximũ analogismum uocãt, quem rationalibus familiarem esse testãtur. Verum nos aduersus nomina mutantes minime pugnamus, sed rẽ ipsam proponemus, cui quisq́ suo iure nomen imponat. itaq́ symptomatum aliqua causas, aliqua passos locos, aliqua facultates, aliqua ægrotantes ipsos subsequi statuimus. hæc rationalis omnia distinguit, noscitq́, ubi obseruãdum sit nec ne, quòd alia uero adsint, aut absint, non laborat: cum nihil ad medelam cõferant. cumq́ cõcursus in aliquo inutili symptomate uariare uideatur: haud secius ijsdem utetur, ac si penitus assimilis cõcursus esset. At empiricus quia cõfusum ex omnibusq́ aceruatum concursum obseruat, facultate discernendi symptomata carens, quocunque ex illis deficiẽte, abundante ue, perinde atque concursu euariãte diuersa quoque curandi ratione uti debet, ignorans in nonnullis symptomatum defectu affluxu ue concursum reuera permutari, ut in phlegmone, scirrho, œdemate, atque ramice: in nõnullis autem minime. nã in ijs, qui à priore parte cõuellũtur, & in ijs, qui à posteriore, quos Græci emprosthotonicos, & opisthotonicos uocant, differre quidem cõcursus uidetur: sed quoniã patientis symptoma est, non causæ, non loci, non facultatis, ideo nõ fit diuersa curatio. id quoq́ ignorat empiricus, nõnunquam similem esse concursum, nõ tamen iccirco eadem curatione esse utendum. Ecce enim totidem similiaq́ symptomata in sanguinem reiectante ex fractura, ex apertiõe, & ex erosione reperiãtur, esto etiam tussis in singulo istorũ eadem, & proiecti sanguinis copia sit ęqualis, aliaq́ etiam sint cõsimilia, nihilominus tamen differẽs curatio adhibebitur. Quamobrẽ rationalis medicus utilia symptomata ab inutilib. distinguẽs, sępius dissimili apud multos apparẽte concursu eadem medicamenta sectat, ueluti quidam emprosthotonici, id est in priorẽ partem distẽti,

& opisthotonici, id in est dorsum distēti, & tetani- A
ci, id est æqualiter in utranq; partem conuulsi, isti
diuersum cōcursum habere uidentur. At rationa-
lis intelligens sanguinis (si ita forte euenerit) co-
piam in causa esse, musculorūq; esse uitiū, & eun-
dem esse morbum (phlegmonem enim) eadē me-
dendi uia incedet. sola em prædicta symptomata
notat: sed patientis symptoma tanquā inutile re-
pudiat. nam in priorem, aut in posteriorem, aut
æquabiliter in utranq; partē cōuelli patientis sym-
ptoma est, quod obseruatum nihil in curando uti-
litatis affert, quemadmodū neq; lachrymari: con-
tra nonnunquam simili apparente cōcursu, iste ue
ro penes diuersam causam differenti curatione u-
titur, ut in illis, q ob erosionē, aut fractura cruen-
ta ore mittebāt: partiens enim symptomata ratio- B
nalis, ad utile indicantia respiciens, atq; utilia tan-
tum symptomata deligens, auxiliisq; aduersus ea
pugnare ualentibus utens, pleruncq; diuerso appa
rente cōcursu, eodem ipse modo curabit: aut con
tra, simili apparente, diuersam curationē adhibe-
bit. curatio nanq; remedia causis symptomata ge
nerantibus aduersari ualentia admouet Rationa-
lis itaq; unumquodq; auxiliū morbiferis causis ad
uersarium comprehendit, & cui symptomati resi-
stere ualeat, non ignorat: eo q; concursum, ut iam
diximus, partitus est. At empiricus in cōfuso acer
uatoq; concursu iuuantia obseruans, quid cui resi
stere aptū sit, discernere nequit: id ignorans uero
transitu ad simile uti nō potest: secundum quid e-
nim iuuans prosit & ipse se ignorare fatetur. Cæ- C
terum quomodo (dicet aliquis) utilia symptoma-
ta à uanis distinguit rationalis? ad indicātia propo
sita referendo, respondeas. cū enim quędam sym-
ptomata propositum utile indicās manifestantia,
quędam uero id nō præstantia cognouerit, utilia
sanè adnotat, inania & superuacua dimittit: ex hu
iusmodi uero utiliū symptomatū perceptiōe tran
situs ad simile facultas exoritur: quandoq; autem
non integram curationem, sed aliquā eius partī-
culam transponit. quēadmodū enim cōcursus, ita
& curandi rationē distinguit; atq; in primis perspi
cuum habet, quęnam curationis auxilia sympto-
matis à causis illatis aduersanť, quæ symptomatis
à loco, facultateue productis. sciens nanque hoc
à causis symptoma enasci, istud à locis, id uero à fa D
cultate, à causa pręterea auxilij genus indicari, à lo
co utendi modū, à facultate (ut ita nunc statuam)
mensuram, siquidē eadem causa sit, & causam pro
dētia signa appareant, sed neq; locus idem sit, neq;
facultas, idem utiq; remedij genus accipietur, sed
utendi ratio & mensura mutabitur: contra, si cau-
sa planè diuersa fuerit, sed locus & facultas sint ij-
dem, non idem auxilij genus, sed utendi ratio &
mensura eadem seruabitur. postquam igitur ratio
nalis medicus & concursus & curationes metiri
est idoneus, potest secūdum concursuum similitu
dines, aliquas curationis partes, prout ipsi uide-
bitur, commutare. At empiricus neque causam,
neque causarum, aut loci, aut facultatis prodito-
ria symptomata rimatus id neutiquam facere po
terit. quocirca neque transitum ad simile in curan
do rite usurpauerit, quādoquidē quomodo inter
se concursus sint similes, turpissime ignorat. ideo
neque medicationem partiri ualet, neque reme-
dium præsenti symptomati occurrere potens ad-
hibere. quòd si id se posse facere affirmat, ut scili-
cet & concursuum symptomata, & curationem
partiatur, quid unumquodque prodest atque offi-
cit dignoscens, se abditarum causarum cōtempla-
torem esse fatebitur. quòd si hoc, & ab indicatio-
ne se remedia posse capere confirmabit.

Quamobrem cum ea, quibus Empiricorum
secta insignitur, atque informatur, frustratoria
sint, atque esse non possint, obseruatio scilicet, hi-
storia, & ad simile transitus, obseruationem qui-
dem ratione carentem inutilem prorsus ac per se
subsistere nequeuntē ostendimus. inutilem, quia
rationis usus exigitur, quibus symptomatis cura-
tio sit adhibenda declarantis. neque enim in omni
bus aut iam præteritis, aut ægrum in præsentia ue
xantibus obseruationem faciendam autumant. id
uero effici non potest, ut plura cū sint, omnia pror
sus adesse, quo idem concursus emergat, reperian
tur, genus inquam symptomatum, et numerū eun
dem, & magnitudinem, & ordinem, & temporis
opportunitatem, & id genus alia. historiam uero
per hęc abundare probauimus, quòd experientia
quæ scribit, dijudicat, idq; recte facere non ualet.
magnitudines enim symptomatum atq; tempora
ascribi nequeunt, sine quibus prosperi medica-
menti nulla est comprehensio. ad simile autē tran
situm eo argumento sustulimus, quòd ipsum ne-
cessario in salutarium, pernicioſarumq; faculta-
tum inquisitionem dirigere oporteat. Cæterum
postquam hactenus Empiricorum decreta uelu-
ti per summam refutauimus, modo superest ulti-
ma acies cum methodicis depugnāda. uerum ad-
uersus eos pugnaturus omnium sectarum com-
munes sententias concedat necesse est, quod au-
tem illis cum cęteris controuersum est, oppugnet
atque conuellat. Empirici igitur ab indicatione re
media sumi nō posse aduersus methodicos astrue-
re conabuntur: Nos uero ab indicatione remedia
sumi posse concedimus, sed ab euidentibus indi-
cationem enasci non itidem ipsis condonabimus:
adhuc illud methodicis assentimus, neq; ab uno
symptomate, neque à pluribus indicationem pro
duci: rursus uero illud negabimus, inutilia in to-
tum esse symptomata. nobis em symptomata ple-
runq; ea significare uidentur, quę salutare auxiliū
patefacere ualeant, sed ad docendam indicationē
penitus ignaua & superuacua symptomata arbi-
tramur. Huiusmodi uero sunt methodicorum in-
stituta, cum eadē symptomata sunt, affectus autē
quibus hæc inhęreant, differunt, non eadē meden
di ratione utendū est, exemplū de phrenitide affe-
runt, & ea quę sub astricto, & ea, quæ sub fluxo ge
nere collocatur. item si ijdem sint affectus, sympto
mata differant, eadē, inquiunt, curatione utemur,
ut in

ut in cōstarum cerebriq; phlegmone, si utraq; sub A
astrictionis genere utilia sunt. quandoquidē igitur
eadē symptomata cū sint, dissidente tamē ratione
in medēdo utimur, cumq; illa differunt, eodē non
nunq; modo curamus, ideo prorsus inutilia ad cu
randū symptomata esse aiebāt, sublatis em affecti-
bus simul & symptomata pereunt, positis & ipsa
perdurāt. hac de causa utiles esse affectus aiūt, qui
hæc exorientes producūt, euanescētes interimūt,
at symptomata inepta & uana, quæ erga affectus
nulla ui prędita sunt. q; si quicq; symptomata indi
care dicāt, utile nihil, sed potius noxium pernicio-
sumq; quemadmodū febris refrigerationem indi-
cat, aut medius fidius potionem dandam, uel uini
cupiditas aut balnei, uinum exhibēdum, & in bal-
neum ducendum esse declarāt, quapropter cum B
symptomata nihil, aut saltē nihil utile, sed potius
lędens detrimētosumq; ostendāt, iccirco sympto
mata reijcimus, inquiunt, morbos aūt utpote utile
indicare ualētes admittimus. Interrogāt præterea
huiusmodi quasdā ratiūculas, ut à iuuantiū nume
ro symptomata excludēda esse cōfirment, si idem
contraria non indicat. qui uero astrictione fluxuq;
afflictantur, contraria ope indigent, profecto af-
flictatio cōferentium indicationem non generat,
sed in ipsos hæc ratio facile reflectitur, per quam
neque morbus quicquam iudicare probabitur in
hunc sanè modū, si corpus frigore corruptioneq;
astrictum diuersa medicamenta requirit, idem ue
ro diuersorum esse indicatiuum nequit, igitur a-
strictio conferens non ostendit. alia etiam uia me- C
thodici interrogant, si differentia idem non indi-
cant, febricitantes uero ac tussientes idem indi-
cant; à febri igitur ac tussi conferentis non fit iudi
catio, at nos hāc etiam ipsorum rationem in ipsos
ita retorquemus, si bile astricti & laxati eadem re
media postulant, ac diuersa idem non indicant,
efficitur, astrictionem ac fluxum cōducibile non
indicare, hæc ferè sunt, quæ à methodicis afferan-
tur, ut inutilia symptomata demonstrent. Verum
enimuero à nobis primū declarādum est metho-
dicos per ea, quę faciūt, utilia esse symptomata fa-
teri. usum uero, quem symptomata prestant, cum
rationalem sectam exponemus, exquisite declara
bimus. Methodicos itaque symptomata in cura-
tione conducibilia putare hinc maxime patebit, D
homines enim utcunque insanientes tenebrico-
so loco continendos esse autumant, siue ob efflu-
xum, siue ob astrictionem insaniant. lucem nanq;
in insaniam addere arbitrantur, at ueternosos lo-
co splendido detinendos, siue astrictione, siue flu-
xi laborent, tenebris enim ueternū augescere pu-
tant. quomodo igitur, si nihil symptomata indi-
cant, astrictione delirantes in tenebris uersabunť,
tenebris astrictionem augentibus, aut contra flu-
xu ueternosi in luce fluxum concitante remane-
bunt? in his enim mihi affectus negligere uiden-
tur, solaq; symptomata intueri. igitur qui inutilia
fuerint ea, quę tantā uim habent, ut proposita ista
posthabere, neq; tantū posthabere, sed etiam con-
trarium, ac ipsa indicent, facere cogant? astrictio
nanq; ut laxetur, nunciat, isti uero in tenebris deli
ros cōcludentes nō laxant, quin è contrario astrin
gunt. fluxu etiā cohibitionē indicāte isti ex fluxu
ueternosos in lucem producunt. atq; ita fluxui in-
crementum adijciunt. ad hæc sanè respondēt me-
thodici, non quia symptomata indicēt, ideo se illa
accipere, sed quia contra indicent, illudq; efficere,
quod propositum imperet, prohibeant: id enim
cōtra indicās appellant. quod, cū utile ab affectu
indicať, id fieri, quod affectus postulat, nō permit
tit. at hęc nos ita refellimus, si cōtra indicātia inu-
tilia censenť. facultas etiā à proposito indicatū ple
runq; accipi nō permittens inutilis putanda erit.
sed facultatē nobis aliquid ad medelam cōducibi
le suggerentē, tametsi & ipsa cōtra indicet, cōtem
plari oportet. quemadmodum itaq; facultatē con-
tra indicantē ex usu esse statuitis, uobis pariter &
symptomata utilia cōfiteri necesse est. præterea ri
dicule admodū phreniticis tenebras cōferre aiūt.
nam si tenebrę astrictionē augent, aucta uero astri
ctio deliriū maius facit. crescunt enim symptoma
ta minuunturq; cum affectibus cōtra, q; oporteat,
se habentibus, quę affectū enim eadem & sympto
mata exacerbant: & de symptomatis sermonē sa-
tis abunde fecimus. Modo neq; affectus confe-
rens indicare (ut opinātur methodici) ijsdem illis
rationibus, quibus ipsi inutilia esse symptomata
probare nitebanť, commonstrare decreuimus. ita
nanq; asserimus, si ijdem affectus sint, causæ uero
differant, nō eandē curationē admittimus. Vrinæ
nāq; suppressio unus quidā affectus est, uerū si cal
culus sit in causa, excindimus, si phlegmōe, cata-
plasma illinimus, si ueneę supra modū distētio, o-
ricularių specillū, aut fistulā, quē cathetera nomi-
nant, imponimus, siue, ut ingt Erasistratus, ægrū
in genua statuētes, atq; aphronitro extremū urina
rię fistulæ illinentes, & alia, quę deinceps sequun
tur. Sin aūt ab affectibus cōducibilium indicatio-
nes fierent, unus cum est affectus, eiusdem quoq;
cōducibilis eędem forēt indicationes. nō sunt au-
tem, neq; etiā diuersi affectus idem indicauerint.
At una cum est causa, licet affectus dissideāt, idem
curādi genus admittimus, cholera nanq; & arqua
tus morbi dissimiles eadē fermè & ipsi ratione cu-
rantur. etenim astrictus hic, ille uero fluxilis mor
bus est, in utroq; tamen fit inanitio. Quapropter
quoniam sublatæ causæ affectus auferunt, positæ
constituunt, idem diuersæ causæ, quamuis ijdem
sint effectus, diuersam eædē, licet affectus euariēt,
eandem tamē curationem postulant, non iniuria
nos & causas & affectus & passos locos explora-
mus. Possumus uero & hisce rationibus idē com
probare, à discordibus scilicet causis eundem affe
ctum procreari, exempli causa, astrictū. ignis nan-
que in corpus incidens superficiem densat, id pari
ter frigus efficit, nihilominus hunc, qui idem affe-
ctus est, differēter curamus, ppter causarū differen
tiam. illum em qui ab igne est, calidę fomentis &
cataplasmatis crustas separare ualentibus sanitati
restituimus

restituimus. eum uero, qui à frigore, calefactorijs, attrectatiõibus, frictionibus, & id genus alijs sanare studemus, quòd si laxatorio utrũq; curandi genere sanari cõtendant, ita occurremus. si idem est curãdi genus, id si permutemus, nihil errabimus, ut si ab igne ægrotantem ijsdem calefaciemus, & frigore affecto eadẽ cataplasmata superdabimus, & medicamina ad crustas faciẽtia adhibebimus. sed nequaquam ista facimus. grauiter enim læderentur. haud igitur eandem esse curationẽ dicendum est. Amplius eadem causa diuersos morbos generat. plenitudo enim alias phlegmonem excitat, hæc uero astrictio est. interdum sanguinẽ profundit, at sanguinis profusio fluxus uocatur, neq; tamẽ ob id, licet morbi differant, est diuersa curatio. siquidẽ in utroq; euacuatio sanat morbo cõtraria. quandoquidem nõ ab effectis, sed ab efficientibus, quẽadmodum & ipsi profitẽtur, indicatiões accipiendæ sunt. affectus uero causarum loco methodici habent, q̃ symptomatũ effectiui sunt, sed nõ qua causæ sunt, inquiũt, sed qua cõmunitates, quas cœnotetas uocant, uim habent indicandi, nihilq; uetare, idem & pro causa & pro cõmunitate & pro alio quopiã accipi, ut malum gustatile, olfactile tactileq; est. cunq; ipsum dulce esse dicimus, nõ quatenus sub tactũ uenit, dulce dicimus. haud secius affectus ab alijs enatos alia quædam producere quid impedite: quando uero ipsos indicare, inquiunt, asserimus, non quatenus effectus, aut aliorũ effectiui, sed quatenus cõmunitates sunt, ipsos indicare censemus. quemadmodũ igitur symptomata methodici, quoniã à diuersis eadẽ, et ab ijsdẽ diuersa proueniunt, nihil indicare cõmodi testantur, itidem & nos à diuersis causis eosdem & ab ijsdem diuersos gigni affectus intuẽtes, eos adutilium indicationem incommodos esse dicimus. neque enim unum idem semper indicat, alioquin urinæ suppressionem eadem semper uia tolleremus. ut igitur illi ruborem nõ indicare aiunt, q̃ effecti speciem ipsum reputent, sic & nos affectus ad indicationem nonnunq; causarum, nõnunqam effectorum inutiles esse statuimus. Quispiã uero ita illis obijciat, quid ruborẽ ipsius alterationẽ indicare negatis, quãdoquidẽ & cõmunitatẽ in ipso spectatis, in pluribus enim differẽtibus cernitis: quid aliud uero est cõmunitas, q̃ res in pluribus eadẽ? igitur si indicat, & pluribus cõmunis est, cur non ab ipso alijsq; id genus symptomatis euidẽter apparẽtibus indicatiões accipitis, sed potius ab affectibus, astrictiõe scilicet & fluxu nequaq; euidentibus? q̃ si affectus, qua affectus est, indicat, maxime ridiculum fuerit, affectum sensu comprehensilem inficiari. si fluxus itaque & astrictio solæ communitates forent, uero proximũ quis diceret eas solas indicare dicens. uerum cum & symptomata pluribus cõmunia reperiantur, quare & ab ipsis iuuantium indicatio nõ oritur? Sin autem respondeant, iccirco symptomata repudiamus: quia proximę & necessarię medentibus cõmunitates non sunt. nam eosdẽ affectus diuersis symptomatis eodem modo curamus, & diuersos affectus, etiamsi eadem symptomata fuerint, diuersa tamen, ut supra declarauimus, ratione discutimus. His de causis & nos (dicemus) idem in affectibus euenire cernentes, quod uos in symptomatis obseruastis, ueluti incõmodos et superuacaneos ipsos reijcimus. istud enim probare, affectuũ uidelicet cõprehensionem esse inutilem, abundãs est & frustratoriũ. ad curationem enim satis est causæ perceptio, loci uexati dignotio, & facultatis mẽsura. sit ne fluxus an astrictio superuacuũ puto cognoscere, sed huiusmodi ratio posterius agitabitur, cũ de usu affectuum perceptionis disseretur. Illud aũt aduersus methodicos dicendum est, affectus nõ quid agendum sit, sed suam ipsorũ sublationem destructionemq; indicare. quod sanè & quis uotis expetere possit. id uero nec uulgus, neq; brutę animantes ignorant, morbos sublationẽ, sanitatem cõseruationem indicare. Artifices sanè huiusmodi indicatione nõ egent, sed illa scire exoptant, per quæ languores pelluntur, et sanitas cõseruatur. propterea illis opus habent, quę particulatim remedia indicãt, quibus accersitur sanitas ac retinetur. atqui per id artifices uulgo præcellũt, q̃ ea percipiunt, quibus particulatim remedia patefiũt: quandoquidem si morbi sui ipsorũ remedia edocerent, laborantes ipsi per quę ad sanitatẽ redirent, intelligrẽt. at istud ignorant, quid uero morbus indicet, certum habẽt, sublationẽ scilicet quare pellẽdi morbi causa medicos accíri iubẽt. Quin & ex adhibitis auxilijs nõ morbos, sed causas medelã indicare agnoscendi facultas dabitur. auxilia nanq; nõ effectis, sed facientibus aduersanť, ut euacuatio multitudini contraria est, morbo uero nulli, ut phlegmonę aut febri. multitudini igiť euacuatiõe subtracta, simul & genitus per eã morbus tollitť. Sed nõ propterea q̃ simul cũ efficiente causa morbus recedit, auxiliũ morbo aduersari dicendũ est: possumus uero & ex symptomatũ à multitudine atq; euacuatiõe orientiũ collatione, cui opponať auxilium dignoscere. siquidem multitudo redũdantia grauat, euacuatio redũdantiã subducẽs grauitatẽ tollit. deinde multitudo cõceptacula distendit, euacuatio ut subsidãt, efficit, & collabanť. alia quoque remedia causis semper resistere inuenies, morbo uero minime. Amplius ex hoc quispiã didicerit, si neq; astrictio neq; fluxus auxiliũ aliquod, sed potius affectum quendam indicent, & astrictioni cõtrarius fluxus est, nõ inanitionẽ, sed fluxum indicabit astrictio, & fluxus astrictionẽ. quod igitur admittimus nõ idem morbo indicatur. at lędẽtes causę sibi contraria demonstrant, quodq; ab ipsis indicať, admittimus. quocirca nõ morbi, sed causæ, quod conducit, aperiunt. itaq; non prorsus incõmoda esse symptomata, neq; à morbis conducibile, sed à caulis indicari satis ample dilucidecq; ostensum est. Deinceps cõsiderandũ superest, communitates, quas supponunt methodici, euidẽtes sint nẽne, atq; utrũ à cõmunitatibus indicatiões accipi possint. Medicã igiť facultatẽ iuxta ipsorũ sententiam

sententiã definiemus, euidẽtiũ cõmunitatũ cognitionẽ esse. euidens aũt nõ, quod sensu percipiť, appellant, siquidem nulla dispositio sensu cõprehenditur, sed euidẽs illi nominãt, quod per se ipsum, licet sensui non subiaceat, comprehendi possit. nam ferè manifestum illi euidẽs uocant. Quapropter cotradicens illud quoque ostẽdat oportet, eos neque Græcis nominibus scire uti. cęterum nedictiones uitio dare uideamur, ipsis concedentes euidens, ut lubet accipere, communitates non ex se comprehensibiles esse declaremus, in primisq; eorum sectæ principem Thessalum communitatum, ut nõ ex se perceptiliũ, signa tradẽtem adduceamus. in laborãte enim astrictio inquit ex corpore ęgre difflabili agnoscitur, pariter & fluxus non nullas notas exponit. sed forte respõderint, aduersus hominem, nõ aduersus sectã nostram obijcitis. Thessalum itaq; dimittẽtes ad propositum reuertemur. primum igitur cõmune quoddã argumentum in utraq; affectione sumemus, ipsas neq; euidentes, neq; ex se perceptiles esse declarãs. deinde separatim ipsarum singulã neutiquã ex se comprehendi posse cõfirmabo. Fatentur itaq; & ipsi non omnem corporis densitatem, aut excretiõis suppressionem astrictionem esse. nam rustici cõcretione laborãt, non tamẽ astrictione. neq; omnis soliti excrementi cohibitio astrictio est. nã & muliebre purgamẽtum cum ab pregnatiõe supprimitur, soliti sanè excremẽti retentio est, neq; tamẽ ob id astrictio uocanda. itẽm nõ omnis corporis laxitas & excretio fluxus est. pueri nãq; & mulierculę uiriq; nõnulli sub umbra victu molliore usi natura sunt rariores, & quędã inutilis materiæ expulsio est. pręterea quorũ per alui deiectionẽ, aut lotium, aut sudorem, aut sanguinis profluuium iudicatio fit, neq; ipsos fluxu laborare dixerint, alioqui suppriměda esset excretio. quòniã ergo non omnis densitas & retẽtio astrictio est, neq; omnis rarítas aut excretio fluxus, clarissime cõstat, sola ipsa symptomata respiciẽtem fluxum aut astrictionem deprehendere nõ posse, sed ex alijs quoq; dijudicãdi sunt. quemadmodum eñ & alia symptomata naturaliane sint an præter naturam, nõ ex seipsis, sed ex alijs percipiũtur, ad eum sanè modum & astrictio & fluxus dignoscẽdi sunt. per hæc autem huiusmodi sententia firmabitur. naturalia symptomata & præter naturam magna similitudine inter se cõueniunt: eadem nanq; his naturalia, illis præter naturam sunt: ut ater color præter naturam similis est atro colori, qui naturalis sit, nobis quidem præter naturam, sed Indorum genti naturalis. figuræ quoque non naturales naturalibus sunt persimiles. nonnulli nanque magis quàm alij extortos habent artus: acuminatæ nares & oculi cauiquibusdã mortifera signa sunt, alijs uero hæc eadem congenita: motus ac eius carentia si uoluntatis imperium sequentur, naturales dicito, quòd si inuolũtarie in corpore fiant, præter naturã omnino sunt. per hęc manifeste affirmamus, eadem tantum symptomata attẽdentes nõ posse ingenitum ab extraneo dignoscere, sed in nõnullis agentem causam explorare opus est. quẽadmodum de motu utrum uolũtarie an inuolũtarie prodeat: sic etiam de colore. cum enim color ab humoribus oriatur, & ex colore sanguis appareat, considerandum est num sanguis naturaliter affectus sit, id uero ex usu cognoueris. cum reliquum enim usum sanguis minime impeditũ præbet, neq; grauat, neque distendit, natiuum esse colorẽ dixeris. uerum figuram num salubriter & secundum naturam sese habeat ex mẽbri ipsius utilitate percipies, ut in extortos artus habentibus. nonnulla sanè & ex loco, in quo fiũt, an naturaliter habeãt, dignoscitur. densitas & rarítas istius generis sunt, ut nõnullis ingenitę, alijs aduentitiæ & pręter eorum naturã sint. nam senum densitas ipsis quidẽ ingenita est, sed pueris extranea. contrà pueris rarítas naturalis est, senibus autem uiolẽta. nõnullis pręterea ex uitæ ratiõe spissescit cutis, ut rusticis, ob cœli statum, aut curas urgentes, alijs qui nihilominus naturaliter habent, quocirca fieri neqť ut solã corporum densitatem, fluxumq; spectãtes eorum affectiones cõprehẽdere possimus. oportet igitur in aliud quippiam hæc referẽtes ita secundum naturámne sint an uitiosa dijudicare. Adhęc ipsi ita dicere solẽt, moderatione excessuq; naturalia euenta ab extraneis distinguimus. quãdo enim corpus moderate dẽsum rarũq; fuerit, recte ualet animal: cum uero istorũ alterutrum increscẽs modum superat, morbo uexari necesse est. Aduersus quę ita respõdendum est, moderatum modoq; carẽs pro uarijs affectionibus uariare. quòd si ab excessu uitia iudicẽtur, non ex se comprehẽsibilia esse cõstabit. deinde sic etiã eorum ratio cõfutatur: Moderatum atque immodicum nõ est euidens, sed ab effectis agnoscitur: si iuuat, moderatũ est: si nocet, immodicum. qui fiat aũt, ut moderatũ atq; immodicum, non euidẽs sit, ab ipso uero cõprehensa sint euidentia? Verum si & ex facultate moderatũ immodicumq; censetur, neq; sic tamen immodicum perspicuum fuerit. faculras enim cõspicua nõ est. immodico aũt non euidẽte, iam proculdubio neque communitates apparebũt, quãdoquidem & ipsę immodica quædam sint. Amplius in istos dicendum est, nihil secũdum naturam aut pręter naturam, ut secũdum naturã, aut pręter naturam est, euidens. dolor nanq; & id genus alia pręter naturam euidẽtia quidem sunt, at medici nõ quòd sint sed quòd pręter naturã sint, cognoscere uolũt. siquidẽ acutus nasus & cauí oculi cunctis hominibus perspicue apparẽt: secundum naturã uero an pręter naturã sint, solis id medicis patet. hoc enim uulgo medici pręstãt, quod ex euidẽtibus occultũ quiddã eliciunt, quod uulgo negatũ est. Amplius quod pręter naturã est, euidens nõ est. quare communitates, cum pręter naturam sint, euidẽtes nõ erunt. Illud etiam considerandum est, num quispiam unquã medicũ accersierit, quia spissitate raritateue immodica uexatus sit. quòd si nemo unquã cõmunitates sensu percepit, quomodo ratiõi fuerit

fuerit conſentaneum eas eſſe euidentes aſſereret? communitatibus itaque non apparentibus, quare ipſi artem euidentium cõmunitatum notitiam eſſe definiunt? At uero in præſentia ſeparatim contra ambas affectiones diſputabimus, atque in primis de aſtrictione loquemur. Hanc igitur denſitatem, & neceſſariorum excrementorum ſuppreſſionem eſſe decernunt. cæterum quæ ſupprimuntur aut noxia ſunt, aut utilia, aut neutra. ſi ſint utilia, ea excernere abſurdum eſt: ſi neutra, cõſtat iam neq; morbum eſſe. dicendum igitur ſupereſt, cum retenta nocent, adſtrictionem eſſe. quę lędũt uero, cauſę ſunt, inde fit, ut ex cauſarum anticipata notitia aſtrictio comprehendatur. nam ut aſtrictionem adeſſe cognoſcamus, ſuppreſſa nocere præſciendum eſt: ſed cum nocẽtium notitia ſimul & cauſarum concurrit agnitio. quin immo nocentium cognitio cauſarum eſt comprehenſio, itemq; ipſa nocentia, quę utiq; cauſæ ſunt, non ex ſeipſis in notitiam ueniunt. quare non ſolum aſtrictio ipſa non eſt euidens, ſed neq; illa etiam, ex quibus aſtrictio dignoſcitur. Fluxum autem definientes, corporis immodicã rarefactionem, & eorum, quæ manere debuerant, excretionem eſſe teſtantur. at immodicam rarefactionem non ex ſe poſſe comprehendi, declaratum eſt. quæ excernuntur autem, retineri debeant nec'ne, unde percipiunt? non enim proprio ingenio perceptilia ſunt, atque ſic efficitur, neque fluxum, quantum in ſe eſt, comprehendi poſſe, ſiquidem ut fluxũ dignoſcamus, ante familiare conueniensq; ſciamus oportet: familiare aũt ex uſu percipitur, uſus ex multis ſucceſſibus, hi tandem ex ſe ipſis. quamobrẽ non ex ſe cõprehenſus fluxus quomodo recte euidens dici poſſit? quodq; rationales cognitu obſcuriſſimum eſſe affirmant, id fere methodici (ſi diſs placet) clarum patensq; eſſe contendunt. quãdoquidem ab his uocatus fluxus ab appellata apud priſcos colliquatione niſi nomine non differat. colliquationẽ uero atq; excretionẽ difficulter adeo priſci illi diſtingui poſſe cenſebãt, ut Eraſiſtratus palàm difficillimũ id eſſe iudicium fateatur, atq; hęc uerba pronunciat: ſanè perdifficile eſt excretionem colliquationemq; diſcernere. ſed Hippocrates laboranti ægre, aut leuiter ferenti iudiciũ committit, hęc inquiens: ſi qualia purganda ſunt, purgentur iuuat, & leuiter ferũt. Quapropter cũ duo ueteres medici inter ſe de principatu certãtes hac in opinione cõſentiant, excretionem uidelicet ab eliquatiõe uix poſſe diſtingui, ex ipſisq; unus neq; ſignum ullum excretiõis poſuerit, ſed ſolam rei difficultatem oſtẽderit, alter ad regulam fermè imperceptilem iudiciũ tranſtulerit: quomodo id methodici, quod utiq; inter ea, de quibus propter obſcuritatem ambigitur, repoſitum eſt, perſpicuum euidensq; putabunt? uerum qua ſe ratiõe fluxum percipere dicent? non enim ex corporis macie id aſſequi ualent, ſiquidem nõ ſolum profluuio inanita corpora, uerũ etiam ſuppreſſis menſibus aſtricta tabeſcant. tumefactio uero non aſtrictione ſolum illis retentis, quę excerni debuerãt, ſed etiam fluxu fuſis humoribus, & corpora diſtendentibus efficitur: non idem aũt eſſe corporis maciem ſenſilem, & fluxum, hoc ſanè modo patere poterit. ſi macies ſenſilis eſt, maciei uero contraria eſt tumefactio, atq; unũ uni tantũ aduerſatur, fluxui nõ tumefactio, ſed aſtrictio contraria fuerit. at ſi adſtrictionẽ tumefactionẽq; idẽ eſſe affirmẽt, ipſos definitionum contrarietatem indicare opus eſt. aiunt enim adſtrictionem, inculcationẽ, arctationemq; corporum eſſe. eſt igitur arctatio cõculcatioq; corporum, aſtrictio: at tumefactio, eorundem fuſio atque diſtentio. diſtenduntur autem multitudine aut fuſione corpora. conſtat igitur quam diuerſæ ſunt tumefactio atq; aſtrictio. ſi fatentur autem maciem à fluxu diſtare, & tumefactionem ab adſtrictione, morborum cõmunia nõ ex his deprehendi fatẽtur, affectionumq; notitiam ab alijs non ex ſe ipſis emergere: cum ex macie tumoreq;, quæ ab affectionibus differunt, oriatur. Nonnulli dicũt, ubi ex obſcuritate ambigitur, fluxum ea coniectura dignoſci, quòd mollia ſint corpora fragilia atq; effœminata: quorum opinio ita refutãda eſt. ſi corpora durata fuerint, & circuntenta, fluxum adeſſe negabunt, quem tamẽ ipſos fateri neceſſe eſt. nam ſi tales forte ægroti fuerint, quales narrauit Hippocrates, per ſummam indigentiam ad hoc deducti, ut dura ſit cutis & circuntenta: aliaq; adſint, qualia his, qui diſcutiuntur, diſſipanturq;, euenire ſolent, utemũrne uictus ratiõe diſſipatis corporibus cõueniente? id utiq; cõcedãt neceſſe eſt. quomodo igitur ex raritate fluxus percipitur? nã tentione duritiaq; præſente nihilo ſecius effluuiũ aderit. Deinceps uero demonſtrare quiſpiam poterit, communitates, etiamſi euidentes ſint, nihil tamen utile demõſtrare. idq; ita ſanè probauerit, diuerſa eſſe dicens, ipſa communia indicare, aut indicare ualẽtia ex communibus deprehendi. Methodici ſanè ipſa cõmunia indicare affirmãt: nos uero cõmunium notitiã ad ea percipiẽda, quę particulatim indicare ualent, cõducere aſſerimus. atque præcepta quodammodo cõmunia cum ſint, particulariũ cognitionem oſtendũt. in eo nanq; precepto, ſpontinæ laſſitudines morbos nunciant, habitum inter particularem ſpontinam laſſitudinem, ac multitudinẽ dependentem comprehẽdimus. illã enim dictionem Morbos, prout preſens ſenſus exigit, in hãc, Multitudinẽ ſcilicet, cõuerte re opus eſt: Vniuerſi igit cognitio particularis utile indicare ualentis notitiã ſubminiſtrat. Ne putet autem quiſpiã nos eius eſſe ſententiæ, ut ex preceptis palàm utilium demonſtratiua percipiãtur. neq; enim ex præceptis occulta produntur, quorum uſu ad curationem tanquam indicãtium indigemus, ſed inter occulta atq; euidẽtia cohærentiam manifeſtant: ita uero diligentius præceptorum uſum ex hoc ipſo diſcemus. laſſitudines temere orientes nunciãt morbos. laſſitudinẽ enim temere euenientẽ manifeſtam eſſe uel rudes etiam homines ſciunt: per huiuſmodi autẽ laſſitudinem humoris

humoris copiam ſignificari imperitos quidem latet: abditum enim eſt, ſed nouerunt artem callentes, ſpontinæ, laſſitudinis cum plenitudine cohærentiam intelligẽtes: ab ipſius nanq; ſpontinę laſſitudinis cum plenitudine cognitiõe permotus precepti illius conditor, plenitudinisq; effectum eſſe ſpontinam laſſitudinem cognoſcẽs, ipſum literis cõmendauit. cauſarum enim duplicem cõmuniſſimam differẽtiam cum ſciret, ipſarum aliquas uidelicet in noſtro corpore contineri, aliquas exterius accedere, neceſſarium putauit cum ab aliqua externa cauſa pulſamur, nos lædi minime poſſe, niſi & inteſtina aliqua cauſa deliteſcat: quoniã uero quę in corpore ſunt grauãtia, materię copia grauant, mediocris eĩn materia neq; grauat, neq; ullo pacto diuexat, in unam ratiocinationẽ hęc omnia redigens huiuſmodi preceptum conſtituit, laſſitudines ſpontinę nunciant morbos. quibus enim rationibus impulſus præcepti huius author ipſum tradidit, ijſdem etiam motum præcepti utilitatem indicare opus eſt. hoc igitur cõmune præceptum illud ſignificat, quod ubi ſpõtina laſſitudo eſt, ibi prorſus eſt multitudo: non tamen iccirco ex præcepto quiſpiam multitudinẽ, ſed laſſitudinis multitudinisq; cohęrentiã, & ex cohęrentia multitudinẽ cognouit: quodãmodo igitur etiam ex laſſitudine multudinem percepit, quòd autem ita percepit, preceptum fuit in cauſa, & aliorum ſanè preceptorum eundem uſum conſiderantes inuenimus. ad hunc itaq; modum in uniuerſum & ueluti communem comprehenſionem ex uſu eſſe arbitramur. Cęterum methodici ab ipſis cõmunibus utilia indicari autumant: ſtrictam nanq; affectionem laxamenti neceſſitatem indicare aiunt, fluentem uero ſuppreſſoriam curationem requirere, atque alia cõmunia euidenter diuerſa indicare contendunt, de quibus dicetur poſterius: Verũ communia non indicare per hęc nos confirmabimus: quibus ſublatis ægri ſaneſcunt, ab auxilijs iſta delentur, ab his uero utilium indicatio ſumitur, quæ ab auxilijs præcipuè deſtruuntur, at particulares cauſas, aut morbos ſaltem remedia principaliter deſtruũt. particulares igitur cauſæ, aut morbi ſaltem & non communia, utile indicabunt. quòd ſi communia utile indicent, adhibitaq; auxilia indicantia deſtruunt, à particularibus auxilijs communia deſtruentur. communi autẽ deleto omnes eo tempore ſub eo cõmuni ęgrotantes ſaneſcẽt, nulla penitus re in ipſis ſublata. quamobrẽ ſi quod indicat, id deſtruitur, cõmunia uero indicant, iam ſatis conſtat, deſtructum iri cõmunia. Hanc rationẽ ita methodici diluunt. nos, inquiunt communitatem eandem & unã aſſerimus, non q̃ unum quoddam ſit corpus ipſum ſibijpſi continuum, ſiquis in pluribus contemplatur, ſed quatenus eadem ſpecies eſt. nam quemadmodum & humanitas communitas quædam eſſe dicitur, non autem corpus quoddam unum, ſiquis in omnes homines reſpiciat, ſed quędam in pluribus ſimilitudo. itidem & de cõmunitate ſentiendum eſſe dicunt. quẽadmodum igitur ſublato aliquo homine non ſimul aufertur, quã in omnibus cernimus, humanitas, ſed unius cuiuſdam planè humanitas, ita & ſingulari communitate ſublata, non ea, quæ in omnibus reperitur, ſed ſingularis tantum cõmunitas deletur. iſtis autem ita reſpondendum fuerit. ſi cõmunitates, quatenus cõmunitates ſunt utile indicant: & humanitas, communitas cum ſit, utile indicabit. at nihil humanitas indicat: quare neq; alia quępiã communitas utilitatis indicatiua fuerit. præterea ſiquidem cõmunitas in pluribus identitas (ut ita dicam) eſt, & communitates, quatenus communitates ſunt, indicãt: anxietas & robur in pluribus affectibus cõſiderati aliquid utiq; cõmodi indicarent: ſed nihil indicant. neq; reliquę igitur communitates indicatiuo ingenio prędităe ſunt. ab illis etiã id ſciſcitari cõuenit, cõmunitates affectus ſint nec'ne? ſi ſint affectus, quomodo nullus adhuc earum ſenſum habuit? ſed febrem, phlegmonẽ, grauitatem, diſtentionemq; homines percipiunt, medicosq; harum cauſa accerſunt, aſtrictionẽ autem fluorẽq; nullus unq; percepit. neq; me hercle quiſpiam unquam medicum accerſiuit, quòd immodica aſtrictione aut raritate uexaretur. quod ſi affectus nõ ſunt, quomodo ab affectibus indicationes fieri teſtantur, quãdoquidem aſtrictio fluorq; affectus non ſunt. illud amplius adijciendum eſt, ſi communitates profecto indicatiuę forent, omnium maxime cõmunitatum communitas indicaret: aſtrictionis enim fluxusq; ſimilitudo quędam eſt, quatenus utraq; communitas eſt: hæc autem nihil prorſus indicat, igitur neq; etiã reliquę. non ſolum aũt duas cõmunitates, ſed plures etiam ſtatuunt, aliasq; in uictus ratione, alias in manuum effectione collocant: in uictus quidẽ ratione aſtrictum & fluens, adiunctamq; magnitudinem, morbi tempora quatuor initium, crementũ, ſummum impetum, & decrementum, celeritatem & longinquitatem, accretionẽ & intermiſſionẽ: in manuũ uero affectione, quod à natura alienum eſt, ponebant loco, tempore, & pluribus alijs. neq; enim in præſentia omnia propoſita ad manuum actiones pertinentia diligẽtius exequi mens eſt. ſatis enim modo fuerit propoſita in ratiõe uictus ab ipſis poſita explicare. Predictas nãq; cõmunitates, quid in ſingulis rebus ſequerẽtur, non habentes, introduxerunt. quoniã enim ex eorum dictis efficiebatur ut in omni fluore, quolibet ſuppreſſorio remedio utendũ eſſet, contra quolibet in omni aſtrictione, laxante: cum nihil quod auxiliorũ differentias indicaret, reperirẽt, antedictas cõmunitates innouarunt, ut iuxta ipſarum diuerſitatem diuerſa curatio reperiretur. itaq; remediorũ differentiam ab cõmunitatibus demõſtrari cõtendunt, ſiquidẽ penes aliquarũ ex his collectionẽ uarians curatio reperitur. Verum enimuero nihil eorũ, quæ dicta ſunt, remedia poſſe indicare monſtrauimus, & primum q̃ cõmunitatum magnitudo remediorum magnitudinẽ nõ indicet, ex his aliquis diſcere poterit, in curãdis morbis nõ ſimpliciter auxiliorum

magnitudine egemus, (omnia enim auxilia cum magnitudine quadam sunt) sed huiusmodi certa magnitudine. at communitatum magnitudo non hanc huiusce auxilij magnitudinem, sed simpliciter magnitudinem indicabit. opus est autem, ut diximus, non simpliciter auxiliorũ magnitudinem, sed quantam quandam magnitudinem accipere. nam si absolute magnitudinem accipiamus, cum remedia omnia cum magnitudine intelligantur, omnia utiq; remedia absq; ullo discrimine accipientur, quod à ratione alienissimum est. at si cõmunitatum magnitudine auxilij magnitudinem simpliciter indicãte ipsi hanc quampiã magnitudinẽ accipiant, nõ id, quod propositũ indicat, assumẽt. propositũ nanq; magnitudinẽ in uniuersum indicat: ipsi uero hãc certam magnitudinem accipiũt. respondebunt forte, quòd non quatenus particularis est magnitudo, sed quatenus cõmunitas est, adhibetur: idem autem & cõmune esse & particulare contingit. id uero nos ita refellimus, si cõmunitas indicat, & quod indicat, non particulare est, discrimine carere debet, quoniam magnitudo omni auxilio inest: hãc eandem autem rationem & ad alias communitates transferre oportet. Deinceps neq; morbi tempora utile indicare declarabimus, sed antequam hunc sermonẽ aggrediamur, aliqua de temporũ differentia tractanda sunt. duæ igitur temporum differentiæ apud medicos celebrantur. aliqua enim morborum, aliqua auxiliorum tempora dicũtur, atq; hinc iam manifesta curatio fiet, causarum aũt motiones morbi tempora esse dicunt, motionis autem differentiæ quatuor sunt, initium, cremẽtum, summum, & declinatio, hæc eadem sunt & temporũ nomina, auxiliorum plane tempora ea, quæ ad ipsorũ adhibitionẽ idonea sunt, prædicant. ea sunt autem idonea, quando remedium postulantia adsunt, prohibẽs uero nullum. Plericq; autem auxiliorũ morborumq; tempora non re ipsa sed cogitatione tantũ differre crediderunt. aiũt enim auxilij morbiq; tempus simul incidere, nam in quodam tempore cum sit morbus, auxilio tempus idoneum reperitur. sed idem inquiunt ad diuersa relatum differenter nuncupari contingit. quemadmodum enim ascensus atq; descensus, una eademq; uia cum sit, secundũ ascendentium descendentiumq; rationẽ nonnunquam ascẽsus, aliàs descensus appellaẽ: ad hunc sanè modum & in temporibus habet. unũ enim atq; idem est morbi auxilijq; tempus, alias emẽ ad causæ motionem referens, morbi, aliàs ad applicãdi auxilij occasionem respiciẽs, auxilij tempus nominabit, eueniréq; affirmãt, ut utraq; tẽpora simul sint. neque auxilij tempus absq; morbi tempore posse deprehendi. Contra quas ratiões ita pugnandũ est: si eadem auxiliorũ morborumq; tempora forent, neq; re ipsa distarẽt, quocunq; morbi tempore & auxilij adesse tempus oporteret, at nõ quocunq; morbi tempore auxilia adhibemus. Incipientibus emẽ inquit Hippocrates morbis, siquid uideẽ mouendum, moue, in morborũ impetu quietẽ agere melius est, nõ igitur eadẽ morborũ auxiliorumq; tempora sunt, plerunq; etiã remedia ut purgationem & sanguinis missionẽ adhibemus, cum morbus quidem non adest, sed futurus timeatur. ut exempli causa chirurgi in his, quibus ramex exectus est, facere cõsueuerunt, cum eos ualde humorum plenos uident, uenam soluũt, hortatur etiam Hippocrates ut exquisite bonus habitus nõ tarde soluatur, solutio autẽ per remedia fit. q; si in morborum impetu auxiliorũ tempora non adsunt, & ad huc nõ præsentibus morbis auxiliorum tempora sunt, iam patet non sola cogitatione, sed re ipsa etiã huiusmodi tẽpora differre. Vno præterea morbi tẽpore plura quis auxiliorũ tempora accipit. age enim in morbi decremẽto clysteriũ, inũctio, cataplasma, cibusq; adhibetur, & istorũ cuiusq; proprium tẽpus est, in pluribus aũt morbi tẽporibus idem nõnunq; auxilium fertur. initio nanq; morbi atq; incremento sanguis mittitur: ex his iam essicitur, re ipsa quandam esse istorũ temporum differentiam. ultra dicta etiã illud sciendum est, morborum quatuor tempora esse, initium, crementum, summum impetum, & declinationem, sed auxiliorum ista tempora non sunt. neque enim initium, aut crementum, aut summus impetus, aut remissio, sunt auxilij tempora: prẽterea morborum tempora aliqua generalia, aliqua particularia describuntur. at remediorũ tempora generalia quidem scribi possunt, particularia uero nequaq;: huiusce rei id in causa est, q; morborũ tam generalia q; particularia tẽpora uno eodemq; instrumẽto iudicantur, instrumentum aũt illud scribi potest. sed auxiliorum tempora neq; eodem instrumẽto iudicantur, neq; particularium temporum iudicatoria instrumenta scribi queunt: quo aũt id modo sit, iam ostendemus: morbi tempora ex quali quadã causæ motione censentur, estq; initium, ascensus, summa uehementia, atq; remissio, quę morborum tempora uocamus, cum sint certę cuiusdam motiõis nomina: q; si motio, quę prius non erat, nobis inesse incipit, atq; ita diuexat, huiusmodi motũ initium morbi appellamus, si ulterius motus procedat, crementum, si crementum consistat, summus morbi impetus dicitur, cũ motus imbecillior redditur atq; decrescit, remissio nominaẽ. ergo cũ generalium morbi, particulariumq; exacerbationis temporũ eadem nomina sint, eadẽ quoq; iudicandi instrumenta erunt. ex certa enim quadã causæ motione proueniũt. Quocirca iam in confesso est, posse utraq; tẽpora describi. sic enim describi singula dicimus, ut causas, locos passos, id genusq; alia, quãdo proposita, ex quibus singula percipiũtur, scriptis mandari queunt. At morborũ spatia tempora nõ sunt, neq; ex spatijs tẽpora sumũtur, neq; in morbis uniuersis, neq; in particularibus exacerbationibus, eo quod non in omnibus temporibus eadẽ spatia sunt. eandẽ aũt rem tempora uocari, nemo est, qui nesciat. præterea q; uniuersi morbi tẽpora à particularis accessionis tẽporibus differãt ex eo facile patebit, q; unũ morbi uniuersi tempus

tempus plura singularum accessionũ tempora cõcludat, initio nanq; inuadentis morbi particularis accessio & incipit & crescit, in summo impetu cõsistit, atq; declinat, cũq; uniuersus in sua uehementia morbus est, particularis aliqua accessio incipiet, atq; ita quomodo utraq; morborũ tẽpora conscribi possunt, exposuimus. Sed remediorũ utraque tempora calamo scribi nõ posse modo subijci emus. Remediorũ applicandorum tempora non ex causæ motione atq; essentia capiunt. idẽ enim semper remediũ acciperet, ut quocũq; morbi initio sanguinis detractio, cumq; dixerit Hippocrates. Inchoãtibus morbis si quid uideẽ, mouendũ, moue, in summa emẽ uehementia quietẽ agere præstat, non à morbi tempore impulsus auxilia interdicit. nouerat enim morborũ initijs facultatem ualentem esse, propterea q; remediorũ applicationi non obstare, sed in morborum uehemẽtia iam flaccescens remediorũ agitationem non sustinet: itaq; nõ ratione temporis Hippocrates, sed uirium, auxiliorum adhibitionem denegat: neq; etiã ex morbi temporũ spatio, ut nõnullis placuit, auxilij occasio reperitur. longe enim inter se distãtibus spatijs qualesnam res spatio nunciari quis asserat, explicari non potest, quamobrem auxilijs in uniuersum opportuna tempora & ex remedia postulantium præsentia deprehenduntur, hęc aũt causę sunt, & ex potentijs impedire absentia, id uero est uirium imbecillitas, aut particulariũ auxiliorum occasiones non ex his modo, uerumetiã ex alijs, quę minime scribi possunt, reperiuntur. quandoquidem in remissionibus potissimũ remedia adhibẽtur. tunc enim & postulans adest, & uires ferunt, non idem autem remissionis spatiũ in omnibus est: sed esto exempli causa, sex horarum remissionis spatium, quam igitur istarum idoneum particulari auxilio tempus statuemus, cum nõ ad eundẽ omnes modum habeant: requirat enim tunc cõditio uenę sectionem, neq; facultas refrageẽ: quantũ ad id pertinet, uenam secare opus est, atq; illico post cibus dandus, q; inediam nõ ferat ęgrotãs, alteri autem inedia conducet: alij somno ante missionẽ sanguinis egent: alij alio sese habẽt modo, quę omnia literis mandari nõ possunt. in tanta igitur uarietate, quam quis horę partẽ idoneum cuiq; auxilio tempus constituat: aut quot quis propositũ describat, ex quo particulare tempus accipiat, tradi non potest. alia emẽ alijs eueniũt: quocirca cũ & remissionum spatia, quibus adhibentur remedia, nõ ęqualia omnium sunt, & cõditiones absimiles, & symptomata dissidentia, atq; hęc singula particularis auxilij tempus cõuariant, non posse propositum quodpiam, ex quo percipiaẽ, describi, euidenter cõstat, præsens aũt medicus ex præsentibus & auxilia requirentibus permotus, & ex potẽtium impedire præsentia, & ex remediorũ postea sumi debentiũ consideratione singulariũ opitulandi temporum cõiecturam capiet. Verũ proposita utrum re ipsa inter se differãt, considerandũ est. quandoquidem igitur proposita, ex quibus uniuersalia remediorũ tempora colliguntur, scribi possunt, ex quibus aũt particularia, neutiquam, propterea haud iniuria uniuersalium remediorũ tempora describi, particularium uero minime, testantur, atq; hoc iam constante, morborum auxiliorumq; tempora quo differant patefactum est, nisi enim re uera differrent, perinde auxiliorũ utraq; tẽpora atq; morborum monumentis literarũ tradi ualerent: differentibus autem propositis unde tempora dignoscuntur, longe etiã tempora differre consentaneũ est. ut enim in morbis temporum proposita à temporum, quæ ad auxilia spectant, propositis essentia aliena sunt: ita & ipsamet tẽpora ingenio differre uerisimile est, atq; hæc satis de temporibus præscienda narrauimus. Tempora sanè indicare Methodici hac ratione impulsi crediderunt, quòd tempora non omnia ad cibi medicinæue assumptionem apta cernebant, cumq; temporibus non nullis hęc utiliter exhiberi, nonnullis uero noxie, spectarent, id ob temporum discrimina incidere arbitrabantur, quare ex eodem fonte & cibi proposita & remediorum tempora manare putauerunt, Thessalumque fefellit Hippocrates inquiens, cum morbus in summo est, tũc & tenuissimo uictu necessario utendum est. suspicatus est enim ipsum natura temporis ductum alimenti qualitatem præscripsisse, modum scribendi huiusce uiri non intelligens. non enim tempus propositum faciens Hippocrates hãc uictus rationem instituit, uerum à tempore facultatem mensus est, à facultatis mensura cibi qualitatem accepit: id uero ex ijs, quæ subiunxit, declarauit. cõiectandum enim inquit, an eger duraturus sit. plerunq; enim tempora, quod à facultate requiritur, interuertunt, & ne accipiatur, impediunt, nunquam autem, quid faciendum sit, edocent. Quamobrẽ id, quod aliquid postulat, quoniam eius, quod postulatur, propositum est, quod nos postulatum sumere impedit, propositum non erit, iccirco & morbi tẽpora nos interdum postulatum accipere impedientia proposita non fuerint. nam siquis omnia prohibentia proposita faciat, uires quoq; ægrotantis euacuationis propositum dicere cogetur, eiusdem etiam timiditatem, & patrem, & dominum. hæc enim plerunq; multitudine in corpore exuberante euacuationem facere prohibent, & uires subtractionem non ferentes, & præ timore ęgrotans nõ permittens, & pater, & frater, aut dominus prohibẽs. quemadmodum igitur istorum nullum quispiam recte sentiens propositum uocauerit, ita neq; tempora, eo quòd nos auxilijs aut cibis uti plerunque impediant, proposita esse affirmabimus. male igitur, (quispiã subijciet) inquit Hippocrates, Inter morborum initia siquid uidetur mouendum, moueto, uigentibus autem quiescere melius est: nos uero ipsum non male dixisse contendimus. non enim morbi initium propositum sibi faciens tunc ad mouẽda remedia præcepit, sed ab initio nõdũ uires infirmas esse significatur, possecq; eas inanitionem ferre, cõijcitur, at morbi summus impetus

facultatis imbecillitatē manifestat, tunc enim cau
sæ ualentes sunt, facultas uero languida, atq; ideo
quiescere iubet: maxime nanq; rationabile esse ui
detur in morbi uehementia, cum multo ualentissi
mæ causæ sunt, illas conuellere atq; prosternere:
uerū si innoxie omnino adhiberi posset remediū,
id planè fieret, sed non ita habet. siquidē remedia
cum in primis omnia præter naturā sint, necessario
& facultatē adhibita uexant, secundo, cum natura
lia morbosis causis permista sint, in recidēdis cau
sis nihilominus bonorum quàm uitiosorum detra
ctio fit. At primum auxiliorum naturam, quám
que ex usu sint, non ignorare opus est, ipsa nan
que per se auxilia causas extirpare nequeunt, sed
naturæ adminiculum requirunt, & fermè solum
impetum, motusq; initiū naturæ adiiciunt, reliqua
per se natura administrat ac perficit. igitur ualida
cum est, remediorū uiolentiam perfert, & bonę in
genitæq; substantiæ detractionē facile sustinet, at
que ipsam diuexantia excutere potest, sed in mor
bi uehementia, quod usu euenire solet, ualde labo
rans adhuc remediis adhibitis magis opprimitur,
& propriis opibus direptis infirmior redditur, &
lędentibus causis magis succumbit, morbicq; auto
res nullatenus potest expellere. cum uero natura
conata sibi inscita discutere non ualuit, magnope
re ex ipso conatu imbecilla efficitur. hę itaq; causę
sunt, cur morbi initio, siquid uidetur mouēdum,
moueri iussit Hippocrates, cum ad summum in
creuit, quiescendum. Cęterū ob id fortassis quis
piam facultatē conferens nunciare crediderit, sed
ex his nullum remediū à facultate indicari, cogno
scat. nam si constans uis remediū indicat, in sanis
quoq;, quoniā constat, remedium indicabit: sed in
sanis remedium non indicat, ergo neq; etiam in æ
gris modum seruās facultas indicabit remedium.
Quamobrem si ubi facultas indicare deberet, au
xilium non admittimus, ideo iam in confesso est,
nihil opem ferens à facultate demōstrari. opus est
enim propositū demonstrare præsentia. sed quod
requiritur, prohibere ne accipiat, ut supra posui,
facultas ualet, remedij uero propositū nequaq; est.
Quam uicem autem in exhibendis remedijs facul
tas gerit, eandem in dandis cibis morbi tempora:
Item ut ad remedia se habent eorū appetentes cau
sę, ita & ad alimenta facultas: facultatem uero exi
guam escam postulare, non initiū aut incremen
tum inde declaratur, q; ex egritudine cōualescen
tibus modicum cibum præbemus, quem facultas
requirit. nam si modicū cibū incrementū ostēdit,
istos ad saturitatem impleri permittere oporteret,
absente enim paucum cibum indicāte proposito,
deridendus sit ille, qui id, quod non postulatur, ac
cipiat: at principium, aiunt, subtractionē esse faci
endam indicat: in omnibus igitur morbis inter in
itia subtrahendum erit, et in uitiligine aut alijs la
borantibus usq; ad incrementum: diutius aūt du
rante principio satis cōstat, q; huiusmodi uictus ra
tione utens cōtabescet: fortassis aūt ita nobis obij
cient, quare uos in pulmonū phlegmone atq; id
genus alijs acutis morbis ab initio cibum interdi
citis, cū tamen ab initio sint robustę uires? respon
debimus, quoniā tempus nos exhibere prohibet
facultate id requirente. nō igitur subtrahere indi
cat, sed quod appetit facultas, si ab aliquo sumi im
pediatur, illud cōtrarij indicatiuū haud iure quis
appellet, perinde & alia tempora requisitis uti aut
impediunt, aut permittūt, prout magis aut minus
in ipsis facultas mutata est, ipsa uero nihil unquā
conferens demonstrat. Cum dicunt autem, mor
bi summum paucas escas requirere, declinationē
uero uarias, illos percunctari oportet, quonā mo
do propositis utentur, si duo laborātes fuerint, u
nus pulmonū phlegmōe, & iam se morbus remit
tat, alter lippitudine, quę adhuc in summo sit. nun
quid primo plura magisq; uaria nutrimenta dare
audebunt, cū lippitudine laborantis? at non ausint
credo largiores escas concedere: quare si hoc uerū
est, iam euidēter cōstat, non à morbi temporibus,
sed ex facultatis mensura multitudinem paucita
temq; alimentorū deprehendi. Alicui uero fortas
sis orietur dubitatio, quonā pacto morbi tempus
nonnunquam cibi quantitatem, aliàs qualitatem
indicare arbitrantur, quatenus uidelicet methodi
ci censent, interdum morbi tempora auxiliorum
diuersitatem indicare, interdum ciborum diuersi
tatem appetere. quando enim asserunt morbi in
crementum exiguū cibum requirere, principium
ampliorē, remissionem uero magis uariū, qualita
tem alimenti & quantitatem à morbi temporibus
indicari affirmant, at cū dicunt, morbi principium
prohibitionem incremēti ostendit, eiusdem adau
ctio haud ita curiose subtrahere & remittere, sum
mus impetus ad mitius inclinare, decrementum
morbi solutioni suffragari admonet, remediorum
differentiam à morbi temporibus postulari faten
tur. Qui igitur non absurdum dictu sit, idem nul
lum discrimen accipiens diuersa indicare? ad hāc
sanè interrogationem ipsi fortasse respondeant, &
apud rationales etiam medicos idem indicare dif
ferentia. bilis nanq; redundans in corpore sui no
cens ablationem ac temperationem indicat: sed il
los ita refellimus, sui quidem sublationem tantum
bilē indicare, plures aūt sublationis esse modos,
aut enim detrahimus, aut cōtemperamus. præte
rea bilis quidē, dicemus nos, secundū aliud diuer
sorū uidet esse indicatiua: quatenus enim grauat,
expulsionē, quatenus uero mordet, ut tēperetur,
ostendit. at tempora ipsa nullā huiusmodi differen
tiam habentia quomodo res diuersas postulent,
dici nequit. Non indicari aūt alimenti qualitatē
quantitatem ue à tempore hinc maxime patescit.
qd genus indicat, id & qualitatē indicare necesse
est, nam sine differentia unumquodq; indicans rei
postulatæ genus indicat, sed differentiā accipiens
ipso genere differēs indicat: quandoquidē igitur
alimenti genus facultas indicat, illius etiā qualita
tem & quantitatē indicabit, nā sine differentia ali
menti genus indicat, differentiā uero accipiēs &
discrimen in genere demonstrabit. Hippocrates
sanè

sanè & ipse ciborū quātitatis propositū facultatē
statuisse uidetur, augescentia, inquiēs, plurimū ha
bent insitū calidū, plurimo igitur alimento egent,
sin minus, corpus extabescit. item qualitatem pro
facultatis differentia manifeste accipit; ubi inquit,
cibus iuuenibus quidē in summo ętatis flore non
mutatus, senibus autem exquisite permutatus. ex
his nanq; uerbis clarissimū est, facultatem sine dif
ferentia escarum genus appetere, differentia uero
addita qualitatem. at tempus neq; ciborum quali
tatem, neq; quantitatem demonstrat. Præterea si
quidem morborum tempora ciborū qualitatem
& quantitatem edocēt, aut in sui conseruationem
aut in sui abolitionem edocebūt: quodlibet enim
indicans aut sui custodiam aut sublationem indi
cat: igitur si quanti & qualis cibi indicationem, ut
ipsa permaneāt, tempora faciunt, nihil me hercle
magis ridiculum, quàm propterea tantū talemq;
cibum assumere, ut morborum tempora conser
uentur. quòd si in sui interitum tempora indicant,
talem tantumq; cibum aliqua aduersus tempora
contrarietate præditum esse uideri oportet. à solis
nanque contrarijs contraria tolluntur. at tempori
bus neque tale, neque tantum alimentum aduersa
tur, neq; initio, neque incremento, neq; consisten
tiæ, neq; remissioni. pluribus enim eadem causa
non aduersatur. nam unum uni tantum aduersari
natura institutum est. Hac eadem ratione effici
tur, ut ne remediorum differentiam morborū tem
pora indicent. nam si neque in sui durationem, ne
que ut aboleantur, tempora indicāt, quoniam plu
ribus unum esse contrarium nequit, aliusq; indi
candi modus non relinquitur, iam absque contro
uersia sequitur, nihil quod expediat, à tēporibus
indicari, quin etiam si contrariorum naturam quis
rite consideret, neq; contrarium à morbi tempori
bus indicari cognouerit. nam quę in eodem gene
re plurimum inter se distant, cōtraria sunt. cibi au
tem qualitatis aut quantitatis tempus non sub eo
dem genere collocatur. igitur neq; remediorum
qualitatem, neq; quantitatem neq; differentias à
temporibus demonstrari abunde à nobis disputa
tum est. At in præsentia principium non indicare
augeri prohibens declarabimus, quod ab ipso in
dicari Methodici censuerūt. multis enim morbis
simul atq; incipiunt, in summo consistentibus, ut
apoplexia & acutis ægritudinibus, quid in hisce,
quispiā principiū indicare dixerit? neq; eū ipsum
incrementum prohibiturū indicare. statim nanq;
ab initio summam magnitudinem accepisse mor
bum dicit. aut nihil igitur in hisce morbis indicare
principium dicet, aut quippiam aliud quàm incre
mentum prohibere. at agnitū propositum nihil in
dicare, dictu perridiculum est. quòd si quippiā a
liud, quàm ipsi putent, indicabit, inepte ab initio
dixerant, principium incrementi prohibitionē re
quirere. Huiusce autem erroris origo ipsis ex al
tera falsa opinione manauit. credētes enim quem
libet morbum per quatuor tempora transire, idq;
tanq; uerum sibijpsis persuadentes, ei consonum
esse oportere arbitrati sunt, ut morborum initia in
crementi suppressionem postularent. id igitur eos
latuit, non omnem morbum incipere, augeri, in
summo consistere, atq; remitti, acuti nanque mor
bi, qualis apoplexia est, simulatq; inuaserunt, ad
extremam ascendant magnitudinem, & qui iudi
cantur morbi, uno tempore, remissiōe scilicet mu
tilantur: siquidem iudicationes in sua uehementia
morbos adhuc etiam augescentes discutiunt. po
test præterea inter initia remedijs adhibitis mor
bus deleri, atq; ita cętera morbi tempora præuerti
atq; succidi continget. Itaq; si ab initio euacuatio
per auxilia fieri potest, morbusq; dissolui, quid nā
isti potius initium crementi prohibitionem indi
care, quàm minutionem aut sublationem statue
runt? si dixerint autem remissionē sublationemq;
morborum non à principio, sed ab affectu demon
strari, propter quid igitur, ipsis respondebimus,
non quod ab affectu, sed quod à principio demon
stratur, accipitis? nam propter id, quod ab affectu
requiritur, illud quoq;, quod à principio indicatur,
exoritur: morbum enim retundens aut destruens,
crementum quoq; ne fiat, præoccupat. sed fortas
sis ipsi se tuentes dixerint, propinquiorem princi
pij cōmunitatem nos ad accipiendū, quod ipsa in
dicat, cogere, cum proxime, quid faciendū sit, no
bis suggerat. affectus uero oportere quidem mor
bos tolli postulans, quibus id fieri debeat, non ma
nifestat. cōtra nos dicimus, per quæ particulatim
remedia crementum impediēdum sit principium
nō declarat, sed tantū esse prohibendū. quibus ue
ro id auxilijs præstari debeat, ab alijs petēdum. hac
eadē quoq; ratiōe & affectus solam morborū ex
pulsionē nūciat, quibus expellēdi sint, ab alio, ut
par est, petere cōuenit. atq; iccirco satius fuerit nō
principiū, sed affectū in propositū ascīscere. Dein
de illud etiam in ipsos dicendū est, quòd ex nostra
sententia omne principiū nexus quidam esse uide
tur; duæ nanq; cōmunitates principium uidelicet
atq; affectus in idem coiuerūt: quarū utraq; diuer
sum quiddā indicat: propinquior aūt, magisq; ne
cessaria cōmunitas, quoniam hanc consideratis,
principiū uobis esse uidetur. ex dictis itaq; palàm
est affectus omnes cōmunitatū plexus quosdam
esse, quandoquidē affectus quilibet in aliquo tem
pore gignitur, quare non tempus modo, uerume
tiam affectus communitas est. male igitur facitis
unum esse affectuum connexum arbitrantes, &
non omnes affectus connexus esse asserentes. Id
præterea methodicorū decretum fatuū est, quòd
inter morborū initia astringentibus semper uten
dum sit. causam uero inde placitum illud accepit,
quod multæ phlegmonæ per astringentia reprimentiaq; inter initia desinunt: & quælibet secun
dum ipsos phlegmonæ astrictio est. absurdum igi
tur uidebatur astrictos affectus per condensantia
tolli, nobisq; dicentibus propter uexantium repul
sam apparentiū sublationem fieri. id respicere ne
queuntes principio in totum astringētia adhiben
da esse cōtendunt, non ut causæ reprimantur, sed

ut corpora firmiora, minusq; patibilia reddantur. A compressio nanque corporum atque constrictio, aiunt, corpora solidiora efficiens, ipsa à morbis tentari prohibet. neque enim per morborum imminutionem tantum incremento, dicunt resistitur, sed etiam per corporum id firmitatem solidiratemque præstatur: quibus ita responsum uelim, minime fieri posse, ut nocentibus causis simul auctis corpora ægre patibilia reddantur, cum alioqui corporibus, antequam langueant, firmitas accidat, uires comparandæ sint. nam ut morbus ne inuadat, ui ac resistentia indigemus, affectis autem corporibus propellenda sunt efficientia. Verum quoniam astrictus affectus dēsitas est, & difficilis corporum exhalatio, stringentia uero superficiē densant, ægreq; difflabilem reddūt, plane liquet stringentia densatis corporibus offutura magis quàm profutura, & quam magnitudinem affectus propriis temporibus accepturus erat, ad eam statim ab initio remedijs accelerantibus perueniet. Videtur præterea contrarium, ac principium postulet, adhibere. principium enim incrementi prohibitionem significat, sed applicatorum qualitas incremento fauere uidetur. Quare duorum alterum, aut principium, ut perperam indicans accusandum est: aut remediorum qualitas non rite adhibetur. Cæterum quòd inchoantibus phlegmonis utiliter stringentia admoueantur, nemo non fateatur, sed ab ipsis huius facti causam quærere dignum est: nam firmitatem corpori ab astringentibus comparari, ridiculum, ut modo expositum, C dictu est. at à nobis discunto, noxiorum repercussu & in alios salubres locos traductione astringentia remedia minuere morbos atque discutere. illud etiam addidero, ut principium uetantia incrementum remedia non indicare euidentius pateat, hæc autem secundum ipsos erant astringentia. morborum principia aut qualitate aliqua, aut nulla prorsus prædita sunt: ipsa quidem omni qualitate carere, risum, qui dixerit, mereat: neq; em̄ sub sensum uenirent omni qualitate carentia. aut igit̄ principiorū qualitas à singulis affectibus diuersa est, aut singulorum principiorū qualitas ab eo cuius sunt, affectu, non est differens. si diuersa itaque est principiorum qualitas, emerget hæc quædam ab affectu diuersa cōmunitas, quam illi præterm̄serant. sin autem eadem sit utraque principij uidelicet & secundum id, affectus qualitas, cur non in morborum principijs ad constrictionem laxantem uictum, ad fluxum uero astringentem adhibebimus? haud enim rationabile est principio nos aliter obsistere tanquam non eadem qualitate prædito, qua & ipse affectus, cuius est principium. Quod præterea illa sit deridenda sententia, quæ ex astrictoria ratione firmitatem corporibus conciliari autumat, per quam densantur astringūturque corpora, hinc uel maxime intelligi poterit: si densitas, contractio, duritiáque corporum firmitatis roborisq; causæ forent, phlegmone scirrhoq; affecti & cutem rigidam ac distentam præ egestate habentes ualentiores bene sanis existerēt. nam qui secunda ualetudine utuntur, molliora corpora rariorāque possident, tantóque id magis, quanto melius ualent. item si duritia firmitas æstimetur, senum corpora, puerilibus cum sint duriora, firmiora etiam salubrioraq; dicentur. etenim cum eam, quam methodici arte creari prædicant, firmitatem beneficio naturæ possideant, cur non iure etiam adolescētibus robustiores censeantur? At ignorant methodici, quonam pacto hominis firmitatem ac robur dijudicare oporteat, quocirca neque etiam eam præstare potuerunt. neque enim ut in lapide, ferro, ac ligno, id genusq; alijs duritie ac mollitudine hominum firmitas æstimanda est, sed eo quòd corpora sua ipsorum munia expedite obire ualeāt. Itaque qui ipsis firmitatem comparare uoluerit, minime, qui durum corpus reddatur, cogitet, opus est, sed qua ratione membrorum uires augescant, quibus libere atque explicate prorios usus exhibeant.

CL. GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER

ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

AVORINVS censeto, D optimum doctrinæ genus, per quod utranq; in partem præparamur. sic enim F appellabant Academici, propter aduersam partem quam asseuerabant. Itaq; uetustiores existimabant hanc doctrinam desinere in Epochen. Epochen autem appellabāt, quasi dicas suspensam sententiam, nihilq; definientem, qđ est, nulla de re pronūciare, nec asseuerare certo. Recentiores autem (non enim solus fecit hoc Fauorinus) nōnunquam eò proferunt Epochen, ut negent uel illud intellectu posse comprehendi, solem esse, Rursus alias eò proferunt cognitionem, ut discipulis suis permittant, antequam didicerint, de scientijs iudicare. Nec enim aliud est quod dixit Fauorinus libro De affectione Academica, cui titulus inditus est Plutarchus. Dicit autem idem in libro ad Epictetum, in quo inducitur Onesimus Plutarchi seruus, cū Epicteto disputans

disputās. Quin & in libro quem postea scripsit ad A Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos, qui in partes ambas sibi pugnantes & cōtrarias disserebant, cæterum discipulis permittebāt, ut quod uerius uideretur eligerēt. In hoc sanè ait libro sibi uideri probabile, nihil certo sciri posse. Contra in Plutarcho concedere uidetur, esse certam alicuius rei cognitionem. Præstat autem sic appellari γνωσόν, id est cognoscibile, quod alijs dicitur καταληπτόν, id est comprehensibile, relicto uocabulo Stoico. Ego sanè mirabar, ita me dij bene amēt, quod Fauorinus, qui consueuit omnia nomina ad Atticam linguam usurpare, non desinat uti his uocibus, Comprehensibile, comprehensio, comprehēsiua imaginatio: uel his cōtrarijs, ueluti quæ per priuationem dicuntur, ut incomprehensiua B imaginatio, aut ipsa incomprehēsibilitas: adeo ut cum libros tres scripserit, primum ad Adrianum, alterum ad Dysonem, tertium ad Aristarchū, omnibus titulum indiderit, De comprehensiua imaginatione: ac per omnes hos libros strenue cōtendit, dum conatur demonstrare nullam esse posse comprehēsiuam imaginationem. Ego uero nihil aliud arbitror sonare comprehensibile, quàm cognoscibile: nec aliud comprehēdere, quam certo cognoscere: cæterum inter se respondere comprehensionem, & comprehensiuam imaginationem. Quoniam enim nonnulla uidemur nobis uidere, audire, aut alioqui sensu percipere, quod accidit in somnis, aut per insaniā: nonnulla uero non tantum putamus nos uidere, sed re uera uidemus, aut C alioqui sensu percipimus. Hęc quidem posteriora omnes homines, exceptis Academicis, & Pyrrhonijs, ad certam cognitionem pertingere credunt. cæterum quę per somnium aut mentis errorē apparent animo, ea falsa esse. Quòd si porrò concedunt hoc ita se habere, deleant è libris suis quod inibi scriptum est, in rerum iudicio nec sano magis esse fidē habēdam quàm insano, neq; recte ualenti magis q̄ egroto, neq; uigilanti magis q̄ dormienti. Sin istis nihil est cognoscibilius q̄ ijs q̄ sunt diuerso modo affecti, nimirū cōfusa sunt ueritatis iudicia: nec ipse præceptor Academicus, nec discipulus poterit iudicare rationes, quæ in ambas partes inter se pugnantes differuntur. Immo ne opus quidem omnino fuerit talibus doctoribus, cum D possimus ipsi, quę à sectarum autoribus hinc atq; hinc disserta sunt legere, nihiloq; minus quàm Academici scire: & si quid apud hos fuerit obscurum, quod erit apud Chrysippum, Stoici magistri possunt appellare certius: quod apud Theophrastum & Aristotelem, Peripatetici: itemq; de cæteris, ut iam nihil omnino reliquū sit, quod doceant Academici, iuxta Fauorini quidem disputationem. Siquidem hoc sanè docuerunt illi ueteres, nullum esse datum homini iudicium à natura, quo collatis inter se rebus omnibus, exacte posśit dignoscere. Eoq; nulla de re pronunciandum esse censebant, sed semper de omnibus suspendēdam esse sententiā. Verum si nobis physicis concedāt, ut oportet, sensum, iam nihil opus habebimus in utranq; partem exerceri: sed alia quadam re fuerit opus, uidelicet repetitione. ut artifices, nō statim artē præbent discipulis, sed aliud exigūt, nimirum cōsiderationē eorum quę tradita sunt, quod à pleriscq; dicitur ad calculū uocare: hoc autem est instare ei qui exercetur, & in hoc animaduertere, ubi labatur, eaq; sola corrigere. Consimili modo, qui pueros exercent ad palæstrā, corrigunt luctantiū errata. Sic & grammaticus, & rhetor, & geometres, & musicus docent, non labefactantes neque conuellentes in discipulis fidem, quam habēt naturæ iudicio, sed instantes ijs, quos exercēt, donec in singulis actionibus eò prouexerint, ut iam non errent, tantū abest ut inducant sententiæ suspēsionem. Perinde enim faciunt, qui suspendūt sententiam ne credant euidentiæ rerū unà cum sensibus, atq; qui contēnunt ea quæ certò ab aliquo cognoscūtur. Itaq; Carneades ne illud quidē quod est omniū euidentissimū cōcedit esse credendū, quod magnitudines, uni cuipiā æquales, sint etiam inter sese æquales. Rationes igitur quibus conatur destruere & hæc & alia permulta, quę tibi euidenter apparent creduntur q; esse uera, adhuc in hūc usq; diem seruatas habemus, proditas scriptis, ab illius discipulis collectas. Solutiones autem nec ab illis, nec ab alio quopiā Academicorū, qui post Carneadem fuerunt, datæ sunt. Ea res sola declarat, istius rationes omnes esse sophismata: Nobisq; querendę sunt ò discipuli istarum solutiones. Improbum est enim hoc, attamen nihilominus improbum fecerunt illi, qui scripserūt quidē has, cæterum uobis nō indicarunt, quales essent. Lubens aūt percōter, si uel Fauorinus adesset, utrum me iubeat credere omnibus istis rationibus, an considerare, ueræ ne sint an falsę. Vnū hoc sanè concessit, considerare. Rogarem aūt post hęc in uniuersum, num homini natura uis insit iudicandi, quæ sermones ueros discernat à falsis, an potius ars quędam & ratio sit utrūq; cognoscēdi. Si natura, qui fit ut nō omnes inter nos cōsentiamus, neque similiter ijsdē de rebus pronunciemus? Sin ars est ac ratio, hęc omniū primum erat discenda: deinde cōueniebat doctores ludo præfectos uarijs modis exercere discipulos, multis propositis exemplis; quemadmodū instituūtur, qui discūt artē luctandi, aut coriariā, aut fabricādi domos, naues ue, aut rhetoricè dicendi, aut legendi, aut scribēdi, aut ut summatim dicam, quidlibet aliud operari iuxta artem. Proinde si quis Academicorū scripsit, quę tandem res sit demonstratio, quod sophisma, & quomodo oporteat alterum horū ab altero discernere, & quemadmodum Fauorinus admittit iudicium discipulorū, in utranq; partē exercitatorū, nisi quod superuacaneū est, nimirum docuit Academicus, omnia quę dicta sunt, haberemusq; nos præceptores, qui propria decreta doceāt. Quòd si nullus istorum scripsit, quomodo ista differūt, nec exercuit quenquā, perinde facere uidentur, ac si faber præcipiat discipulo, ut & metiatur, ut æquet,

ut dirigat, & circulum describat, nec interim det illi cubitum quo metiatur, nec xyston quo poliat, neq; regulã ad quã dirigat, neq; circinum quẽ circũducat. At qui forsitan dicet tale nihil esse in philosophia ac dogmatibus. Ne igitur posthac assimules te aliqd scire. neq; pronũcia, neq; desciſce à ueterum Academicorũ decreto, qui prodiderũt suspendendã esse sententiã: neq; te iacta, dum facis, quod solet grãmaticus, qui semet in his exercuit, quæ dicta sunt à prioribus. Proinde nihil apud illos esse præclari, perspicuũ est consideranti. Neq; enim hoc est eius qui docẽdi munus profiteẽ, sed nugacitas potius quędã est & ineptia. Vnde igitur cognoscẽdi ueri spes reliqua est? Etenim cui non adest iudiciũ ueri ac falsi, huic nulla spes est cognitionis. Tantũ hoc stude, ut Sophistas doceas, nullam nobis à natura insitã uim iudicandi. Deinde fortasſis impudẽter nobis, inquit, & sensum & intellectũ, quibus euidẽter iudicamus de uero cõcedet aliquis, cupiẽs nos in logicis frustranea spe uolutari. Quicunq; uero sustulerũt totã spem, quod fecit ille, frustra nugantur. Perspicuum igitur est, quod Fauorinus pudore subuertit omnia. & quod inde fateatur nihil sciri, unde ueteres Academici Pyrrhoniq; dicebant: cæterũ ficte discipulis permittere iudiciũ, quod priores ne sibi quidẽ ipsis permittebãt. Ergo quod eiusmodi doctrina & institutio discipulorũ artẽ quãcunq; discentiũ, qualem sentit Fauorinus, non solũ cæteris præstãtior nõ sit, uerũ ne doctrina quidẽ omnino dicẽda sit, opinor à nobis dilucide demõstratum. Iam de reliquis, quę doctrinæ quidẽ sunt omnes, an optimæ sint consideremus, rursus ab ĩsdem ordiẽtes. Apparet enim hoc nobis euidẽter, quod Sophistę maxime studeant sibi reddere incredibile, nullum esse iudicium naturæ. Etenim circinus pingit circulũ, cubitus autem discernit longitudinẽ, quemadmodum lances grauitatem. Hæc autem ipse fabricatus est homo, ex naturæ instrumẽtis ac iudicio impulsus, quibus nullum ultra iudiciũ nec antiquius habemus, neq; præclarius. Hinc igitur incipiendũ est. Dicit eñ rursus ipsa mens, quod possibile nobis est naturali iudicio credere siue nõ credere, ipsum autem iudiciũ per aliud aliquid iudicare, possibile non est. Qui fiet enim ut id quo iudicãtur reliqua omnia, ab alio quopiam iudicetur? Credere uis oculis clare cernentibus, & linguæ gustanti, hoc quidẽ esse malum, hoc uero sicum, an nõ credere? Concedã quod uoles facere in nobis, si quidem studes mecum disputare. Quod si nõ credis, discedam abs te, uelut ab eo, qui prẽter naturã affectus est. Ponamus primũ te non credere, neq; speraré futurũ ut quicquã ex me discas. Hoc eñ modo cœperã dicere. Ponamus rursus te credere ac spem esse futurũ, ut ex me discas iudicare. Cæterũ ego sentio, iudicare, sensibilia quidẽ ex ĩjs quę euidenter apparẽt sensibus: intelligibilia uero, ex ĩjs quæ dilucide intelligũtur. Quoniã autẽ ex naturę iudicio artes omnes parãt & instrumẽta & iudicãdi secundũ artem organa, per quę alia quidem ipsi sibi cõponunt, alia rursus ab alijs composita iudicant: & ego docebo in uniuersum, & instrumenta & iudicia, tum ea per quæ tibi parabis ueros sermones, tum ea per quæ iudicabis ab alijs dictos. Sic enim habes totum. Etenim si quid ex sese euidenter apparet sensibus aut intellectui, ad id nihil opus est inquisitiõe. Quod si nihil est tale, necesse est ut accedat cognitio, quę aliunde parat. At ego polliceor me traditurũ tibi quędã, quę respõdeãt instrumẽtis, quæ fiunt ab arte, ex quib. inuenies, quod quęris: alia uero respõdẽtia iudicijs, ex quibus iudicabis, an uere tibi uidearis inuenisse. Hęc aũt ubi didiceris, multis exẽplis exercebo te, ut & celeriter & exacte inuenias iudicesq; quod quæris, ut posthac nec ullo libro futurũ sit opus ad inuentionẽ ueri, nec alia doctrina. Mox & alijs dicẽtibus aliquid eorũ, quę cupis inuenire, facile poteris cognoscere. Etenim qui cognouit rectam uiã rectam esse, non eget alia doctrina ad redarguendum eos qui aberrãt. Ita qui rectam demõstrationis uiam perdidicerit, protinus cũ hac nouit uias erroneas. Fauorinus autẽ mihi uidẽ simile quiddam facere, quasi si quis dicat te cæcũ esse. nihilominus tamẽ iudicare posse, uter nostrum sit sordidior aut cãdidior: haud reputãs secũ, q ei qui talia sit iudicaturus, opus est adesse uisum. Atqui nihil refert, quod ad iudicandũ attinet, utrũ omnino uisu careas, an cum habeas, illi nõ credas. Ad eundẽ autẽ modũ, quod id quo iudicamus est tale quiddam, quodq; quę huic paria sunt, sunt & inter se paria: quemadmodũ asinis nemo permitteret iudicare, quoniã omnino mente carẽt: ita nec hominibus, si ne hi quidẽ mentẽ habeãt, cui credi possit. Nihil enim interest, quod attinet ad incertitudinẽ eorũ quę iudicãda sunt, an omnino nullũ habeas iudiciũ, an non credas illi. Ridiculus est igitur Fauorinus, permittens iudiciũ discipulis, cum organis iudicãdi detrahat fidem. Etenim si nihil est euidens intellectui, aut certum ex sese, perijt omne rerum iudiciũ. Contra si est quidem, uelut oculus in corpore, sic intellectus in animo, non tamen omnibus pariter acutus, consentaneum est, ut quẽad modum qui cernit acutius, adducat ad id quod uidetur, eum, cui uisus est hebetior: ita quibus contigit in rebus intelligibilib. perspicere clare quod offertur intellectui, adducant ad contemplationem eandem, maxime cæcutientem. Atq; hoc est præceptoris officiũ, ut inquit Plato, & ego assentior. Et his de rebus scripsimus copiosius in tractatione demõstrationis, quod doctrina talis quędam sit euidens ad intelligẽtiam. Scripsimus aũt & illud, quomodo quis exorsus in unoquoq; ab elementis ac principijs maxime demonstrare possit, quicquid est demonstrabile: non quemadmodum admirandus ille Fauorinus facit per totum librum, in quo demonstrat, ne id quidem comprehendi posse, solẽ esse: ac nobis obliuiosis in utrãq; disputat partem, concedit que esse aliquid quod certo cognosci possit, cuius iudicium & electionem permittit discipulis. Finis.

CL. GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA

INCERTO INTERPRETE.

113

MNES empiricæ sectæ cultores, cognomen ab Hippocrate ductũ renuentes, se ab animi affectu denominari maluerunt, quemadmodũ & philosophi, quos q; in singulis hæreant, scepticos græco nomine appellant. Ergo nõ sicut cæteri medici Hippocratici, aut etiam Asclepiadei, Praxagorei, Erasistratei, ita & ipsi Acronei ab Acrone primo empiricę disciplinæ scripture, uel à Critone Philistione, Serapione cognomenta traxere, qui Acrone quidem iuniores, reliquis autem Empiricis uetustiores habentur. Atq; hæc quidem quãtũ cognomini attinet, dicta sint. In Empiricorũ uero doctrina summa cautio est, ne quis ullo pacto ab indicatione quidpiã inueniri opinetur. neq; enim ueluti Rationales medicã artem indicatione simul & experimento constare putant, sed experientiæ totam inniti, quam ex eorum obseruatione quæ sæpe simili modo obtigere, conflari affirmant. Hanc ego tibi empiricæ sectæ disciplinam quæ qualis ue sit, si modo mẽtem adhibueris, sub compendio clarissime colligam. Tu uero quę deinceps dicturus sum, tanquam ab Empirico dicta suscipies. Medicam artem non ab indicatione, sed ab experiẽtia tantum constitutam asserimus. Experientiam uero appellamus, quam à se quispiam intuitu ipso deprehenderit, sicut indicationẽ, quam rationis discursu assecutus fuerit. ut enim nos sensus ad experientiã, ita ratio ad indicationem dogmaticos ducit. At cognitio, quæ ex intuitu habetur, uel fortuita est uel cõsulta. Fortuita appello, quæ sine humano cõsilio uel casu, uel natura eueniũt. casu, ut si quis, cui occipitiũ dolore afficiatur decideritq; inde uena recta frontis incisa, sanguineq; effuso iuuetur. Natura, ut si febricitanti sanguis per nares effluxerit, statimq; desinat febris. Consulta ab intuitu cognitio est, ut si quis in febre perdite sitiens, ad bibendam aquam, uel mala granata edenda coactus, febrem euaserit, uel in monte aliquis à serpente ictus, herbam quæcunque sibi fuerit oblata, uulneri adhibere placuerit, sanitatemq; inde recuperauerit. Sed imitatione experientia comparatur, ubi quispiam imitatur quod semel, aut bis, aut etiam frequenter effectum conspexerit, non ita tamen frequenter ut iam semper ex alio consequatur. sufficit enim uel plerumq; uel utrouis modo, uel raro contingere. Est alia quoq; τριβικὴ, quasi iam trita experientia, quam ab experimentali disciplina doctam soli artifices usu exercent. Experimentalem uero disciplinam uocamus eorum habitum, quæ

114

ita frequenter apparuerunt, ut iam inde theoremata sint cõparata, perceperimusq; nunquid illa semper, aut plerũq;, aut utrouis modo, aut raro euenire soleãt, tot enim id est quatuor sunt theorematũ differẽtiæ, propterea & theorema uocamus habitum rei, quam sæpe uiderimus, cum euentus oppositi distinctione, ut si sit aliquid, quod semper cõtingit, sciamus eius oppositũ nunquam euenire, quod uero plerũq; accidit, illius oppositum, ali quando quidẽ, sed raro contingere. At eius quod utrouis modo est, æqualẽ esse oppositi euentũ, sicut illius, quod raro accidit, contrariũ plerũq; apparere. Quę uero huiusmodi distinctionib. perspecta nõ habuerimus, eorũ notitiam cõsusam imperfectamq; haberi, quę nullo pacto experimẽtalis disciplinæ pars appellãda sit. Atq; hãc Menodotus experientiã particularẽ uocauit, tanq; ex alijs experiẽtijs singularibus nõ conflatam, propterea primam & simplicissimã esse. Nam sicut ex plurimis experimentis tota conflatur ars; ita singula experimenta ex multis experientijs cõficiuntur, quas, quot esse oporteat uelle determinare, incidere est in ambiguam rationẽ, quam quidã Sorriticam uocant, de qua in libro De medicinali experiẽtia copiose tractauimus, cum superius experientiam ex ἀυτοψίᾳ, id est proprio intuitu fieri dixerimus. Quantũ nomini attinet, apud antiquos ἀυτοπτῶ quidẽ sæpe legimus, ἀυτοψίαν uero nequaq;. Sed & hic sicut in alijs multis nomẽ usurpantes dicimus intuitorem proprio intuitu magis operari, q; cognitionẽ acquirere: quia tamẽ ex hac intuitionis operatione cognitio quoq; cõsequitur, placuit Empiricis proprium intuitũ cognitionẽ appellare, immo nõ cognitionem tãtum, sed experientiã quoq; nunc upauere, quos ego nunc imitatus simili modo proprium rei euidentis intuitũ, & cognitionem, & experientiam ex multis intuitionibus comparatam uocabo. Cur uero Empirici obseruationis nomen cum cognitione, & memoria cõfuderint, nõ satis compertum habeo. Nam Theutas cũ prius dixisset partes medicæ artis, ob quas plerumq; finẽ adipiscimur, per experientiam comparari, quę ex proprio intuitu ex historia & cõgruo de re simili ad similem transitu generatur, postea experientiam diffiniens, quæ à propria intuitione nihil differt, ita subiungit: Experientia igitur tota rei euidentis obseruatio appellatur, pro memoria scilicet, & cognitione obseruationis nomine abusus, quam & conseruationem uocamus, quæ est actus cõseruatoris, neutra uero appellatio secũdũ rectam loquendi cõsuetudinem ad memoriam & cognitionem accommodari potest. At τριβὴ, id est exercitationem non male actionem ab ipsa experientia ductam nominarunt, & τελείωσιν, id est

exercitatum

exercitatum, qui huiusmodi actionem frequẽtat, sicut & ἔμπειρον, id est expertũ, qui ἐμπειρίας, id est experientię particeps est. Empirici uero nomẽ ad artis sectæq; suæ inuentores transferre maluerunt. nam & Empirian non solũ unius theorematis cognitionem, sed totam quoq; medicã artem nuncupauerunt, quam ex αὐτοψίᾳ, id est propria intuitione ex historia & cõgruo de re simili ad similem transitu cõstare asseruimus, historiam quidem propríe intuitionis enarrationem uocantes, translitũ uero de re simili ad simílem iter ad exercitationem sumpta, scilicet similitudine ab ijs, quæ iam per experientiã comperta sunt. Quæritur autẽ nunquid, quemadmodum existimauit Serapion tertia pars medicæ artis sit de re simili ad simílem trãsitus, quod aperte negauit Menodotus, sed usui tantum accõmodari uoluit. constat autem non idem esse uti, & ut parte uti. Cassius Pyrrhonius illum ab usu quoq; abdicauit, integrumq; de hac ipsa re uolumen conscripsit. optime uero omnium Theutas de re simili ad simílem transitũ iter ad exercitationẽ esse iudicauit. Sicut alij instrumẽti potius rationẽ habere uoluerunt. Nec peius fortasse historiam & obseruationẽ instrumẽta magis q̃ medicinæ partes uocabimus, ideo recte, ut mihi uidetur Theutas ita de illis prodidit. Partes medicinæ ob quas finem adipiscimur, per experientiam nobis accedunt. fit autẽ experientia ex propria intuitione, historia, & cõgruo de re simili ad similem transitu. ab experiẽtia enim medicinę partes deriuari affirmat: quæ cũ omnes inter se differunt, in hoc uno tamen cõueniunt, q̃ omnes communi nomine memoriæ appellantur, propterea rectius aliquis experientiã dicet esse memoriam eorum, quæ sæpe & eodem modo perspecta sunt. Quod si quis pro memoria obseruationem posuerit, erit experientia obseruatio eorum, quę sępe eodem modo perspecta sunt. At si obseruatio operationem significet, ut loquendi usus obtinuisse uidetur, memoria uero sit impressio in anima quiescens, possumus ambas cõprehendẽdo dicere, experientiã esse obseruationem & memoriã eorum, quæ sæpe eodẽ modo perspecta sunt: forteq; præstiterit solam ponere memoriam, cum sub illa obseruatio contineatur. neq; enim memorari possumus ea, quæ sæpe eodem modo perspecta sunt, nisi prius obseruauerimus. Hactenus quãtum compendio licet de experientiæ diffinitione tractauimus. Theutas autem totam medicinam in tres partes diuisit, indicatoriam, curatoriã, & salubrem, has uero uniuersas acquiri per propriã intuitionem, historiam, & congruum de re simili ad similem transitũ. propterea qui hæc tria proxima medicinæ partes esse uoluerunt, non absolute partes, sed cum additione partes constitutiuas appellauere, ut priora illa partes finales, partium scilicet genus in duas primas differentias dissecando finales, & constitutiuas: si quis tamen nominibus abuti noluerit, non has constitutiuas appellabit partes, sed quasdam medicorum operationes: ille uero animi habitus, quo medicus uel indicare, uel curare, uel sanitatem custodire potest, merito pars medicinæ uocabitur. abutantur igitur nominibus qui uoluerint, nos in partes tres medicinam secabimus, indicatiuã, curatiuam, salubrem. Porrò indicatiuã in dignotionẽ præsentiũ, & futurorum prænotionẽ, sicut curatiuam in chirurgiã, uictus rationẽ, & pharmaciam. Salubrẽ uero quidã indiuisam seruarunt, quidam in speciẽ generi cognominem. salubrẽ inquam, & in Ejecticam, id est boni habitus effectricem. alij addiderunt præseruatiuam, resumptiuam, & gerocomicam, id est senum custoditricem. Sunt qui ex rationis diuisione partes medicinæ uenati sint. cũ enim sicut Herophilus uoluit, medicina sit scientia sanorum, ægrorum, & neutrorum, tria excogitauerũt, quibus singula istorum cõueniũt, corpora scilicet, signa, & causas. nam sicuti corpora, ita signa, & causas congrue sana, ægra, & neutra nuncupamus. licebit igitur secundum hanc rationis sectionem empiricam quoq; disciplinam in suas partes diuidere: non prohibebo tamen si quis & aliter diuidendam putarit, dummodo nullum artis membrum omittatur. propterea & Theutas in principio libri De partibus, nihil obstat, inquit, si medicinæ partes in indicatiuam, curatiuam, & salubrem sectæ, in alia quoq; membra secentur. quo fit, ut minime mirum sit, si empiricę artis alij duas partes, alij tres, quidam quatuor, nonnulli quinq; posuerint, fortasse enim eandem omnes rei rationem intuentur, sed ut diuersa concipiunt, ita & diuersa explicare necesse est. quæ uero sit rationis diuisio paulo inferius declarabitur. Constitutiuæ igitur medicinæ partes, quæ omnium utilissimæ sunt, clarius ita pernoscentur. Medicus qui ab obseruatione artem effecit, seipsum Empiricum, suam facultatem Empiricam nuncupauit: primisq; temporibus, ut credi par est, noxia pariter & innoxia, similiq; modo utilia & superuacua obseruari cœperunt, post longo rerum usu multis multa obseruantibus compertum est, plurima inutiliter fuisse obseruata. propterea sicut in principio propria rerum intuitio, ita nunc historica cõmodissima est. Nos enim historia docet iam deprehẽsum esse colores in multis quidem morbis superuacaneos, in quibusdam uero nõ parum interesse, nam lippientibus cœruleus, uiridis, nigerq; color cõfert, albus & splendidus summe aduersatur, reliqui inter utrumq; ambigũt. Eodem modo rubeus color sanguinẽ expuentibus nocet, & ad cæteros morbos superfluus omnino compertus est. Sicut & mensa eburnea ne sit, an lignea, seu phiala aurea ne, uel argentea, uel uitrea. nihil enim horum salubre magis, quàm insalubre appellatur, sed penitus superuacuum, non ita tamẽ odorem neutro modo se habere ad sanitatẽ uel ægritudinẽ dixeris. neq; enim parũ refert appetitiuę digestiuæq; facultati, fœtida ne, an bene olẽtia offerantur, omninoq; capiti nocẽt, quęcũq; odoratiora sũt: ueluti cupressus, populus, buxus, nux, præcipue quæ adhuc uirẽt: ideo

ideo nec lectos, aut fores, aut uasa ex his fieri probamus. fugiendi enim omnes odores sunt, qui uel caput repleãt, uel appetitum euertãt, cum natura nos doceat utilia eligenda esse, noxia uero euitanda. Ergo his ita se habentibus, necesse est, ut medicus salubria, insalubria, neutraq; pernoscat, nec causas tantum tales esse, sed & corpora & signa. nihil autẽ refert seu pernoscere, seu scire dicamus, sicut neq; artificem, aut doctorem artem, uel doctrinam addiscere. parum etiã interest, si inflãmationem, exempli gratia, egritudinem uel affectum appellaueris. Symptoma tamẽ ab ægritudine distinguendum est. nã symptoma simplex affectus est, & non ex alijs conflata cõgeries. sic enim lateris dolor symptoma uocatur, tussisq; eodem modo, & sputũ seu flauum, seu liuidũ, siue cruentum fuerit, item difficultas anhelitus, & calor prẽter naturam. quod uero ex omnibus his cõficitur ægritudo appellatur, quæ affectus quoq; & ualetudo & morbus, si libet, uocari potest, nominibus tamẽ utemur, quoad eius fieri poterit apud Latinos quàm maxime consuetis, sin minus, his saltem de quibus inter nos inuicem conueniat. Quãtum igitur præsenti institutioni attinet, symptoma satis idonee nuncupabimus simplex aliquod incõmodum, quod humano corpori præter naturam accesserit, sicut calorem, tumorẽ, inflammationẽ, difficultatem anhelitus, pulsus asperitatem, dolorem, tussim: affectum uero, uel egritudinẽ concursum qui ex his simul conficitur. Periti enim Empirici non quẽcunq; symptomatum aceruũ morbum nominauere, sed concursum tantum eorum, quæ ex longa obseruatione ita simul conuenire comperta sunt, ut pariter incipiant, augeantur, uigeant, declinent, & recedant, quem cõcursum compendij, & luciditatis gratia uno tantum nomine explicuere, quandoq; ab affecto loco nuncupationem ducentes, ut pleuritim, peripneumoniam, quandoq; ab aliquo symptomate, ut inflammationem, furorem, nõnunquam à similitudine, ut elephantem, cancrũ, quandoq; ab ipsomet concursu, ut œdema, scyrrhum. Symptomatũ igitur quæ simul incipiunt, augentur, uigent, & desinũt, cognata uocari possunt, quæ uero plerumq; consequuntur, affinia. Quòd si eadem in cõcursu, tanquam signa considerentur, quædam eorũ diagnostica, quasi præsentium declaratoria uocãtur, quędam quòd futura prænuncient, Prognostica nuncupãtur. quædam quòd curationem indicent non male indicatoria dicentur. Omnes autem concursus ab obseruatione prodidere. obseruatio enim memoriam, memoria experientiam peperit, à qua proxime ars emanat, dum meminimus quid cum quo, quid ante quod, quid post quod obseruauimus, atq; id quidem uel semper, uel plerumq; uel utrouis modo, uel raro. semper, ut uulnerato corde mortem sequi. plerumq;, ut scãmonia uentrem purgari. utrouis modo, ut percussa superiori cerebri membrana, interire hominẽ. raro, ut uulnerata cerebri substantia salutem cõparari. Atq; ita ex obseruatione & memoria constituta arte necessarium est propriũ à communi distinguere, quam nimis ambitiose quidã Empiricorũ distinctionem, quidã determinationem appellandã esse contendunt. ego enim siue hoc siue illo modo dixeris, parum interesse arbitror, dũmodo per euidentes notiones proprium à communi separetur. quidã tamen ita rem præscribunt, ut distinctionis uocabulum ad nominum differentias, determinationẽ autem ad res ipsas magis cõuenire opinentur, sed nomina, ut recte Plato cõsulebat, spernenda sunt, rationum uero soliditas inquirenda. Proprium igitur à communi ita distinguetur, in affectuum quidem dignotione, ut si cum febri acuta difficultas anhelitus, tussis, & coloratum sputum apparet, & percunctetur à nobis aliquis cuius nam morbi sit iste concursus, respõdebimus, pleuritidis quidem & peripneumoniæ cõmunem esse, neutrius tamẽ propriũ. Quòd si addat dolor lateris pungitiuus, pulsusq; asperitas cum tensione, hũc morbũ planè pleuritidẽ esse affirmabimus, at si nõ doleãt latere, nec pulsu duro existẽte, impotẽtia spirãdi adsit, nisi ceruix erigatur, sitq; omnino tanta anhelandi angustia, ut propè suffocationẽ accedat, talis concursus peripneumonia uocabitur. ita ergo in affectuum dignotione cõmune à proprio distinguet. In prænotione uero hoc modo, sint nares acutæ, cauí oculi, collapsa tẽpora, atq; interroget aliquis. quidnam cõcursus portendat, dicemus in processu quidem ægritudinis mediocre malum portendere, in principio uero letum minari. Atq; ista quidem à tempore ægritudinum prima distinctio est, ab ijs autem quæ præcessere cõsideratur, an æger uentris fluxu laborauerit, uel medicamẽto purgatus fuerit, siue uigilijs, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In signis uero ad curationẽ attinẽtibus cõmune à proprio separatur. si quæratur, an plethorico uena secãda sit, respõdetur enim non cuicũq; secandã esse, sed illi cui pleuriticus cõcursus accíderit, uel qui sine hoc cõcursu robustus sit adolescẽs, atq; ne hos quidẽ omnes. neq; enim si pleuriticus cõcursus in sene aut infante fuerit, uena secãda est, aut in Scythia degat æger instante hyeme frigidissima, uel sub ardẽtissimo cœlo in summo æstatis feruore, aut certe syncopã pati assueuerit, nam nemini istorũ uenã secandam ducimus: nõ hæc tamẽ sufficiũt. Sunt enim aliæ quoq; determinatiões, ut si ad clauim dolor incubuerit, potius uenã secamus, si ad hypochõdrium declinauerit, uentrẽ purgãdũ eligimus. Talis igit rei determinatio est, quã describẽtes dicũt esse oratiõnẽ propria à cõmunib. distinguentẽ. Quidã tamẽ, ut prędiximus, nõ determinationẽ, sed distinctionẽ appellare maluerũt. nos aũt siue determinatio, siue distinctio uocet, nihil interesse dicemus, dũmodo cõcursuum dogmaticorũ & empiricorum differẽtia seruet. Empirici enim euidẽtibus, dogmatici uero ratiõe magis nituntur. Pari modo dogmatica ratio hoc ab empirica differt, q̃ hęc euidentium rerũ, illa occultarũ est: quæ ut nomine quoq;

distin

distinguerentur, rationē quidem empiricā epilogiſmum, dogmaticā uero analogiſmū uocitauere. Quin & breuiſſimas rerum declarationes, nō diffinitiones, ſed deſcriptiōes empirici appellauerūt: cum tamen nihil prohiberet rei rationem, quę ex euidentibus conſtitit ita diffinitionē uocari, ſicut & dogmatici uocāt eam, quę ex occultis colligit. Atq; hæc quidem eſt inter utroſq; de nominibus diſcrepātia, quam & modeſte, & arroganter tractari licet, arrogātia tamen plerunq; utuntur empirici. In rebus autē dogmatici & empirici differunt, quemadmodū in principio quoq; declarauimus, q empirici ijs tantum credant, quę uel ſenſui pateāt, uel memoriæ per ſenſum mandata ſint. Dogmatici uero pręter hæc, illis quoq;, quę ex naturali rerū conſecutione per rationē acquiri ſolēt.

Sed & empiricus præter deſcriptiones, & determinationes, quę a ſenſibus ſumuntur, cauſas etiā reddit, & demonſtrationibus nititur, quas à ſenſibus mutuauit. Si enim exempli gratia interrogeē, quare crus cum uulnere luxatum non reparatur: quoniā, inquit, conuulſionem inde ſequi obſeruatum eſt. hoc enim maxime cauent, ne aliquid unquam ex rationali conſecutione, ſed ex memoria, & euidenti obſeruatione ſemper affirment. Atq; hoc pacto Empiricus artem ſuā tum cōficit, tum docet. in quo maxime à dogmatico differt, tum quia plurima indeterminate agit, tum quia plus ęquo confidit hiſtoriæ, quā ego nō uitupero. cum enim unius hominis uita ad omniū inuentionem ſufficere nequeat, lōgi temporis obſeruationes hiſtoria colligit, ut eius beneficio tanquā ex multis tot ſeculorum hominibus unus efficiatur eruditiſſimus. Si igitur ita ſingula quæq; memoriæ māda ta forent, ut cum ſuis diſtinctionibus clare ab Empirico percipi poſſent, nihil ultra quærendū eſſet, quod ad ueritatem artis referret. Sed quoniā qui ſcripſerūt, partim confuſo experimēto nimis propenſe crediderūt, partim etiā non perſpexere quæ docuerunt, partim dum in rationales demonſtrationes incidere uererentur, rudes & procul à ueritate aberrantes deprehenſi ſunt: ideo cogimur nō ita facile cuilibet hiſtoriæ fidē adhibere, niſi prius experimento probetur, poſtea ad uſum accōmodetur. quod quidem dogmaticis non contingit, quos Menodotus per contemptum Tribonicos uocat. Antiqui enim Tribonē appellauere, qui in aliqua facultate longo ſe uſu exercuerit, ut in ea iam perfectus uideri poſſit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos appellat Dogmaticos, quaſi qui tribones appellari non mereātur, cū experientiæ non credāt, ſed rebus occultis ignotiſq; ſtudeant, & hiſtoriā cōtemnant, quam ne legerint quidem. Quoniā uero & hic de hiſtoria longæ ambages perteruntur, nos de illa quoq; ſummatim tractabimus. Hiſtoriam igitur quidam eſſe uoluerunt enūciationē eorum quæ uiſu percepta ſunt, alij enunciationē eorum quę euidenter appareāt, alij enunciationem propriæ intuitionis. cæterum omnes iſtæ orationes uerbotenus inter ſe diſcrepant, re prorſus nihil differentes, quas dialectici æquipollentes appellāt, ubi ſub diuerſis dictionibus idem uidelicet profertur. Illas uero orationes ab his differre dicemus in quibus aliquid adijcit, quod ſenſum immutet, qualis exempli gratia huiuſmodi eſt. Hiſtoria eſt oratio eorū, quę uiſu perſpecta ſunt, aut ſicut perſpecta. Ex additione efficitur, ut quædā hiſtoria poſſit eſſe falſa, cum ex nulla priorum deſcriptionum quicquā tale ſequatur, atq; ex eadē additione illud quoq; cōtingat, ut hiſtoriæ duplex iudicium futurum ſit. alterum, quo perpenditur an quædā uere appellanda ſit hiſtoria, alterum (ſi uere ita eſſe conceſſerimus) an etiā uera debeat appellari. Hoc tamē nomen accipiat unuſquiſq; quemadmodū ſibi libuerit, nos potius doceamus quomō hiſtoria ſit iudicāda, ut poſtea recte ad uſum deduci poſſit. quod idē eſt, ac ſi dixerimus, quomodo ueritatē & falſitatem eorum quæ ſcripta ſunt diſtinguere oporteat, & quomodo diſcernendum fieri ne an nō fieri potuerint. eſt enim hæc quoq; nō inutilis differētia, ſicut Menodotus aſſerit. Huic igitur rei toto animo aduertas obſecro, ſinens quicquid libris mādatum eſt hiſtoriam appellari. id enim ab omnibus ferè medicis uſurpatur. Primū ueræ hiſtoriæ iudicatoriū ſecundum pleroſq; Empiricos eſt propria intuitio iudicantis. nā cum in aliquo libro ſcriptū quidpiā inuenerimus, quod nos aliàs ita eſſe proprio intuitu perſpexerimus, uerā eſſe fatemur hiſtoriam. Hoc tamen iudicatoriū diſciplinæ inutile eſt. neq; enim ea nos ex libro diſcere oportet, quę antea proprio intuitu cognouerimus. Sed concordantia optimū eſt hiſtoriæ iudicatoriū. finge enim à me macerem nunquam expertum eſſe, qui quidem arboris cortex eſt ab Arabia delatus. hunc omnes quicunq; de medica materia ſcripſerunt aluum conſtipare affirmāt, nunquid illis credendū erit, uel non credendum? ego quidem credendum aſſero, cū omnes ita eſſe conueniāt. talis enim conuenientia in ſenſibilibus omnino admittenda eſt. nam conuenientiæ, quæ de occultis ſunt raro tantam habent certitudinem, ut de illis idem omnes prorſus conſentiant. Quod ſi etiam conceſſerimus id nonnunquam fieri poſſe, talem tamen conuenientiam nō admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus ſenſibilibus certę & fideles in uita ſunt. Nos enim licet nunquā in Cretam, Siciliā, aut Sardiniā nauigauerimus, eas tamē eſſe inſulas credimus: quoniam omnes, qui eas proprio intuitu conſpexere ita eſſe inter ſe conueniunt. Ergo cum pro comperto habeamus de ijs, quę ſenſu deprehendi poſſunt, ubi uera ſint conuenire omnes quicunq; res hiſtoriæ commēdarunt, propterea credimus à macere uētrem ſiſti. Eodem pacto licet nos rha ponticī uires proprio intuitu numq; experti ſimus, hiſtoriæ tamen de eo traditæ q ejectionibus ſanguinis cōferat fidē adhibemus. Eſt alia quoq; propoſitio huic ualde cognata, nō quidem epilogiſtica, ſed analogiſtica potius & dogmatica, an credendū ſcribentiū concordiæ ſit, ubi omnes conueniunt,

non

non q ipſi proprio intuitu rem conſpexerint, ſed q ſingulis eorum probabilis admodum uiſa fuerit. Sunt enim aliqui non dogmatici tantū, ſed empirici quoq; qui credendū eſſe affirmauerint. nam ſine ambiguitate concordia manifeſtū ſignum eſt ueritatis. cæterum id à ſequacibus epilogiſmi, qui eſt ratio eorū quæ ſenſui patent, non ita facile admittitur. Conuenientiā enim hiſtoriæ de his tantum eſſe uolunt, quę euidēter apparēt. Ergo Empiricum ueræ hiſtorię iudicatorium eſt conuenientia inter eos qui ſingula quæque proprio intuitu obſeruauere. At cōcordia, quę à rei natura producitur, dogmatica eſt. Sed præter hæc habetur aliud quoq; uerę hiſtorię iudicatorium: mores inquam & eruditio autoris, quæ ab alijs eius monumentis colligi poteſt. Nam ſi exēpli gratia Hippocratem, Andreamq; recenſeas, illum periiſſimum ſtudioſiſſimumq; ueritatis inuenies, hunc rudem, temerariū, prorſuscq; ab Hippocratis grauitate alienum. Deniq; alio quoq; inſtrumento hiſtoria iudicatur, ubi quæ traduntur his fuerint ſimilia, quæ prius proprio intuitu cognouerimus. namq; ubi exempli gratia, ſciuerimus macerem, & rha ponti cum adſtringendi uires habere, ſi alia ſimili modo tradantur adſtringentia, facile credemus uentrem compeſcere, & ſanguinis fluxum ſiſtere. Menodotus tamen negauit tranſitum de re ſimili ad ſimilem eſſe hiſtoriæ iudicatorium, ſed eius quod fieri poteſt: ſi uero ſecum πριθίκλω, id eſt uſum, & exercitationem aſſumpſerit, tum demū hiſtoriam quoq; iudicare. Sed de his paulo inferius agetur. Tranſitus igitur de re ſimili ad ſimilem ſi in ſeipſo conſideretur, eſt iter ad experimentum. Iudicatorium uero poſſibilitatis ad hiſtoriam attinentis, ſicut & hiſtoria duplex eſt. Porrò rationalis tranſitus ab Empirico differt, quòd rationalis ab indicātis rei natura innoteſcat, Empiricus uero ea potius imitatur, quæ ſenſu præcognita fuerint, non quidē quòd probabile uideatur ſimile à ſimili generari, aut agere, aut pati. neque enim cuiuſpiam iſtorum gratia tranſitum faciunt. Sed quòd experimento cognouerint ita ſe inuicem habere, quæ ſunt ſimilia. De ſimili autem ad ſimile tranſitur, uel in membris, ut de lacerto ad femur, de ulna ad tibiam, de manu ad pedem: uel in morbis, ut de fluore alui ad inteſtinorum difficultatem: uel in re medijs, ut de citonio ad meſpilum, quæ omnia prius experimento firmanda ſunt, quàm doctrinę certitudinem faciant. Eſt quoque empiricæ artis quandoque non incongrue de oppoſito tranſire ad oppoſitum, ubi ſcilicet ſimilia uniuerſa in uanum tentata fuerint. quod quidem à dogmatico omnino alienum eſt. Tranſitus ergo de ſimili ad ſimile, ſiue trahatur ſiue non trahatur ab hiſtoria, πριθίκλω, id eſt exercitatam experientiā perficit, neque propterea pollicetur, quod exquiſitiſſime uerum eſt, ſed quatenus fieri poteſt inuenire profitetur, quod probatorum hominum hiſtoriæ maxime congruat. cui quidem etiam ante experientiam credimus, non tamē tranſitioni de ſimili ad ſimile, niſi prius experimento, & uſu comperta fuerit. nō parum autem intereſt, quomodo magis, aut minus aliquid futurum ſperemus. ſingula enim ex ipſa ſimilitudine perpendimus, quę in rebus longe diuerſa obſeruatur. nam quod figura, colore, mollitie, duritie ſimile eſt, nō propterea ſimiles exercet actiones: at quæ odore guſtuue aſſimilantur, in his iam non nihil habemus à quo ſimiles functiones non deſperemus, præſertim ubi ſimul odor, & guſtus cōuenerint. Quòd ſi poſtea ſubſtātia quoq; figura & color acceſſerit, ſpes proſperi euentus adhuc magis augebitur. Porrò quæ guſtu ſimilia iudicamus, non ſtatim ab uno tantū ſapore ſimilitudo eſtimāda eſt. Sicut ab acore, adſtrictiōe, amaritudine, dulcedine, auſteritate, acerbitate, ſalſedine, ſed omnem ſingulorum uim exacte ſpectare oportet. Aloe enim & æris ſquamma utraq; adſtringit quidem, ſed abſonū medicamen toſumq; reddit ſaporem, ideo neutra malo citonio ſimilis: propterea neque edendo eſt, nō eſt igitur à malo citonio, uel meſpilo ad illa tranſeundū, neque in urinæ inteſtinorumq; difficultatibus talia exhibere oportet, ubi uero ulcus ad cicatricem ducendum ſit, tunc ad omnia, quæ adſtringendi uim habent, etiāſi uiroſa fuerint, tutò tranſire poſſumus. Experimento enim compertum eſt multa huiuſcemodi uniendis ulceribus recte accōmodari. In difficultatibus autē inteſtinorum melius ab edulijs ad edulia tranſimus. deinde ſi ad ea, quæ edēdo non ſunt, tranſituri ſimus, eligere oportet quę cū adſtrictione nullam aliā ualidiorē qualitatem annexam habeant, pręſertim amaritudinem, uel acorē. Huiuſmodi enim qualitates omnia ulcera irritare obſeruata ſunt, etiamſi cum adſtringendi facultate iungantur. At quoniā adſtrictiōis ueluti differētiæ quædā ſunt auſteritas & acerbitas. adſtrictoria enim qualitas in acerbis intēditur, ſicut in auſteris remittitur, ideo ſi de hac qualitate ad illam tranſitum facies, maiorē inde futuri euentus ſpem recte concipies. nā ſi idem exquiſite fuerit affectus, in quo obſeruatum ſit citoniū, uel aliquid ita adſtringentium profuiſſe, ad id quod moderate adſtringit, quale auſterum eſt, tutò tranſitur. Si uero acerba felicius expertus fueris, rectius ad acerba permutaberis. Patet igitur quomō euētus rei, quę fieri poteſt in ſimiliū trāſitu ſpes æqualis nō ſit, ſed ea regula ſpes menſurāda eſt, qua ſimilitudo maior, uel minor cognoſcitur. Quod uero à probatiſsimo uiro ad alui fluorē exempli gratia laudabitur, id eis perquā ſimile uideri poterit, quę experimēto deprehēſa ſunt, ut & ante exercitatā experiētiā aliquis illi fortaſſe tutò cōfidat. At quod neq; hiſtoria, neq; ſimilitudo probauerit, illi merito diffidendū eſt. Quod aūt de medicamentis diximus, idē omnino & de affectib. & de mēbris iudicare oportebit. In trāſitu eīm de affectu ad affectum, uel de mēbro ad membrū eodē modo ſpes augēda uel minuēda eſt, prout ſimilitudo alterius ad alterū maior, uel minor erit. Quantū uero ad hiſtoriæ iudiciū attinet, maioris & minoris ratio

tanti refert, ut huic quidē planè iam fides adhibē-
da sit, illud uix tanc̄ probabile admittēdū. Quod
enim à quāplurimis probatissimis uiris consone
proditū fuerit, postea non raro à nobis ita esse cō-
pertū, ac pr̄eterea uerisimile sit, nec̄ discrepās ab
ijs, quę experimento cognouerimus, id profecto
est, cui proculdubio credere nō minus ac experi-
mēto debeamus. At illud minus fore sperabimus
quod probatissimi quidē uiri quāplurimi affirma
uerunt, nunc̄ tamē à nobis uisum, nec̄ adeo ueri
simile fuerit. Multo uero adhuc minus illi creden
dū, quod pauci admodū asseruerint, quodc̄ uix
semel aut iterū fuerit. Sanè illud commodissimū
exemplum est, quod nunc mihi dicendum succur
rit. Erat apud nos in Asia in pago quodā elephan
tiasi uir laborans, qui primo quidem reliquis con
uiuebat, ac cum familiaribus uersabatur: ubi uero
nonnulli ex cōsuetudine contagio maculari cœ-
perunt, ipsec̄ iam fœtore, & horribili specie dete
standus esset, in edito loco propè pagū iuxta aquę
riuulum Pagani tabernaculum ægro habitādum
struxere, cui deinceps diarium alimentum submi-
nistrarent. proxima æstate circa Canis ortum co-
lonis uicinam metentibus segetem ministet odo-
rati uini lagenam, quam attulerat propè agri mar-
ginem dimittēs, abijt. Coloni labore functi cū ad
pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens
uinum in craterem funderet, ecce exanimata uipe
ra simul collapsa bibituros nō minus abominatio
ne quàm metu cōsternauit, ac ipsi quidem aquam
potantes, uinum ægrotanti attulerunt, humane se
acturos existimantes, si tantam uiri calamitatem
morte redimerent, quam ex eo ueneni hausto pla-
nè futuram arbitrabantur. at ille nouo quodam
prorsusc̄ admirando euentu, ab hoc ipso potu sa-
natus est. excidit enim tota cutis dura & ueluti la-
pidosa, non secus ac si cancris locustis ue, aut cæ-
teris huiusmodi crustaceis animalib. testam, qua
conteguntur, abscideris. Nec dissimile in Mysia
Asiæ non procul à nostro municipio cōtigit. Vir
erat prædiues elephātiacus, hic ancillam suam for
mosam deperibat. cōtra illa fœdum hominē odio
habebat, alijsc̄ amantibus clandestine misceba-
tur. cuius doli conscijs duabus ancillis contuber-
nalibus utebatur, altera penui præerat, altera cæl
læ uinariæ. Accesserat æger inde sibi promissa sa-
lutis spe ad quosdam calidarum aquarum fon-
tes, ubi multa uiperarum uis ob squalorem ari-
ditatemc̄ loci scatebat. In uini igitur lagenam pa
rum diligenter seruatam uipera irrepsit, quā cum
suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, ut
odiosus dominus eo ueneno facile interiret, cœ-
nanti alacriter obtulit, euenerec̄ omnino eadem,
quæ paulo supra de pagano retulimus. Atc̄ hæc
quidem duo sunt experientiæ monumenta, quæ
casus attulit. nunc uero tertium adiungam, quod
imitatio effecit. Philosopho cuidam multos an-
tea annos hac ipsa ægritudine efflictim laboran-
ti, ut iam illi mors uitæ præferenda uideretur, ge-
minos hosce euētus cum forte recitauissem, idem
ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum
augurio quoc̄ confirmatus. (erat enim auguran-
di peritus) protinus uinum ita medicatum, quod
parari iusserat, intrepide hausit: nec multo inde
postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quar-
tus etiam præter hos omnes uiperarum uenator,
dum primis adhuc huius morbi incommodis te-
neretur, me pro salute consuluit, quem ego admo
nui, uiperas, quas uenaretur frustatim incisas, &
anguillarum more decoctas esitaret. atque ita per
halitum ægritudo discussa est. Alium præterea di
uitem uirum non nostratem, sed è media Thracia
Pergamum somnio ita iubente profectum Aescu
lapius admonuit, ut medicamētum è uiperis quo-
tidie potaret, atque exterius corpus illineret ac
non multo postea transiuit in lepram, deinde hac
medicina, quam deus docuerat, exquisite sanatus
est. Tot igitur experimētis commoti, tandem dei
quoque admonitu confirmati, certam spem con-
cepimus sanandi elephantiasim medicina è uipe-
ris confecta, quam theriacā appellant, nec minus
sale theriaco, quod iam uulgo confici cœpit, ui-
uis uiperis cum quibusdam alijs medicamentis in
fictili nouo combustis, Sed & uiperas edendas
præcipimus, capitibus, caudisc̄ earum primo ab-
scissis, deinde in pastillos confectas. nō tamen con
festim ad hęc remedia proficiscimur, sed prius
corpus exquisite purgamus. nec raro uenam se-
camus, si robur & ætas tulerint. uere autem id po
tissime fieri ad plerosc̄ diuturnos affectus com-
mune est. Tot igitur à nobis enarrata sunt, ut osti
deremus multa casu inueniri, & imitatione con-
firmari. obtulit enim fortuna, ut non incommoda
tantum, sed commoda quoc̄ ex quibus ars confi-
ci posset, conspicaremur. Nec longiori sermone
opus habemus ad empiricę disciplinæ formulam
exprimendam, licet longe plura addiderint ij qui
huiusce sectæ principatum usurpauere, atc̄ ita se
habere manifestissime declarabo. Proponatur, ut
passim proponi solet, quisnam medicinæ sit finis,
aio empiricum, qui propriæ disciplinæ modum
exquisite seruauerit, ita responsurū intelligo, quę-
cunque præter naturam corpori humano acciderint, uelle curare, quodc̄ intelligo non uerbis, sed
actionibus comprobare. an uero quod acquirere
studeo integritas uel sanitas appellari debeat, uel
acquisitio sanitatis, uel integritatis, uel sanari, uel
integritatem adipisci, siue quod secundum natu-
ram est regere & custodire, nihil apud me refert,
dummodo quod polliceor opere ipso cōfirmem,
cætera sophistis facile permitto. neque enim mihi
in muneribus artis occupatissimo tantum ocij su
peresset, ut nugis superuacuis, fabulisc̄ differendis
bonas horas amittam. Talem ego responsionem à
uero empirico fore sperauerim. nam si de fine me-
dicinę dissensiones conciliare tentauerit, dialecti-
cis speculationib. impingetur, quas euitari opor-
tere affirmat. id autem in eo libello diffusius expli
cauimus, qui de fine medicinæ inscribitur. Sed
nec idem causas ullas indagabit, quod Serapio &
Menodotus

Menodotus fecere. artem enim suam non rationi
bus, sed operibus comprobabit, omninoc̄ dialec-
ticam euitabit, sine qua nec̄ causę conclusionū,
nec̄ syllogisticę orationes intelligi possunt. immo
& scire dissimulabit, an aliquę sint dissensiones,
spernet etiā rationes diluere, quę euidentia impu-
gnare uidentur, haud ignarus sophisticas apparē-
tias ab ipsis quoc̄ dialecticis nō tam facile solui.
pr̄eterea sermonis multitudinem longitudinemc̄
aspernabit, sed pauca & raro loquetur: quēadmo-
dum Pyrrhon Scepticus facere solebat. hic enim
desperata ueritatis inuētione, quā diu frustra quę-
sierat, in singulis hęsitabat, nec amplius agendorū
rationē quęrebat, sed euidētia sectabatur, ut qua-
lis in omnib. uitæ munerib. scepticus, talis in me-
dicina empiricus sit, minime superbus, aut ambi-
tiosus, nec̄ glorię inhians, nō cōposite ambulās,
nec̄ fucatis gestibus, sed interius exteriusc̄ totus
integer, qualem Timon ait fuisse Pyrrhonē. Non
minus autē hunc admirabuntur homines, q̄ Hip
pocratem, si operibus magnū se in arte præstabit,
melius quàm reliqui faciāt, luxata emendans, &
quę luxationi parata sunt, in ualidiorē statum per-
mutās, uulnera & fracturas & hulcera, & quę alij
curare non poterāt, ipse facile sanans, nec minus
quę egro euentura sunt, ante euētum profatus, &
quæ iam euenerint, adsunt ue, ita euenisse uel ad-
esse sine percōctatione, aut relatione coràm astan
tibus explicet. His enim officijs Hippocrates om
nium posteriorum iudicio Aesculapij gloriā ade-
ptus est, nō quidē triplicis sermonis ambages ex-
plicans, sicut Serapion, nec̄ tripodem iactans, ue
luti Glaucias, aut decem mille uersuum libros a-
struens, qui deinde in alios libros dissecarētur, nō
ille canina iracūdia medicos improbe incessit, mo
do δημυλέοντας quasi leones acres, modo δημυ
μόρους quasi acres fatuos appellando, tum medi-
cos, tum philosophos omnes, qui ratione niteren
tur, quod impudentissime fecit Menodotus. ue-
rum quod in empirica disciplina Menodotus re-
prehensione non caruerit, quodc̄ in his, quæ ad-
uersus dogmaticos oblatrauit furiosæ temeritatis
sit accusandus, licet tibi ex commētario intellige-
re, quod contra eius deliramenta in Seuerū con-
scripsi, nec minus eiusdē furor apparet, ubi Ascle-
piadi contradicit, asserens se exquisitissime scire
omnia Asclepiadis documenta esse falsa, quamuis
in eisdem suis commentarijs sexcenties affirmaue
rit se obscura minime reprehensurum, ueluti quæ
tam uera, quàm falsa esse possint, putat se tamen
Asclepiadem prorsus confecisse, necessitatemc̄
suis assertionibus inculcat, ubi plurima sunt con-
tingentia. At Pyrrhon, quem ipse probat, nō erat
huiusmodi, sed humanus admodū pacatissimoc̄
animo sibi constans, nihil interim loquens, nisi
ubi occasio postularet, quod olim modestū quen
dam empiricum fecisse noui, qui operibus, & nō
uano uerborum ambitu gloriam sibi compara-
bat. Erat hic quandoque pollicitus se magnam
quandam ægritudinem tum chirurgia, tum medi-
camentis curaturum: cumc̄ iam ad secāndum pa
raretur, interuenit alius furens medicus, qui mul
ta rationum mole ostendere nitebatur hominem
secari non oportere. tum ille se unico uerbo à so-
phistæ molestijs explicaturus, Ego interim, inqt,
recedo, dum uos deliberatis, utri magis credere o-
porteat, mihi ne, quem dudum in artis operibus
experiēdo cognouistis, an huic qui uos nuper tot
uerbis aggressus est. erit enim uobis libera optio
eligendi qui magis placuerit, ac cum dicto face-
sit, nec multo postea sophista subsecutus est. illius
enim neglectis deliramentis necessarij priorem re
uocauerūt, qui operibus artem ostendebat. nedū
enim sophista ille, sed nec Demosthenes quidem
omnium facundissimus persuadere posset unquā
hominibus, ut corporis sui curam non illis potius
committerent, quorum peritiam ex operibus co-
gnouissent. Attamē aduersus maximum huius ar-
tis exornatorem Hippocratem temerarius Sera-
pion tanquam nouus Aesculapius oblatrare au-
sus est tāta impudentia, ut suos cōmentarios pas-
sim uideas proprijs laudibus refertissimos. Anti-
quos autem uiros probatissimos, quorum monu-
menta totā artem illustrauere pr̄eterit omnes, nec
dignos putat qui uel minima quidem laude exor-
nandi sint. Ego uero tantum absum, ut credā con
tradictiones, & ratiōes istas, quibus ambiguitates
soluunt, empiricę sectæ cōuenire, ut arbitrer sum-
ma reprehēsione dignos esse qui talia consectati
sunt. nec̄ enim si sibi in ea secta cōstare uoluerint
ad artium constitutionē, putabūt aliud esse neces-
sarium, quā sensum rerum euidentiū, & memoriā,
nihilominus recte admittunt uim quandā in no-
bis esse, qua eorū, quę apprehēdimus consonantiā
& repugnantiā discernamus. Sed non propterea
Heraclides Tarentinus recte putauit hanc prius
exercēdam, atc̄ arte acuendam. sufficiūt enim pri
mordia illa, & ueluti lumina, quibus humanū in-
genium à primo statim ortu natura illustrauit. Vi
detur enim Heraclides in ea dudū exercitatus, in
operibus tamen artis Hippocrate fuisse lōge dete
rior, sicut etiam Menodotus fuit, qui pr̄eter sen-
sum & memoriā aliud tertium introducit, quod
epilogismū uocauit, atc̄ interdum omisso sensu
memoriā tantum posuit & epilogismū, quemad-
modum ego in examinatione eorum quæ contra
Seuerū scripsit diffusius explicaui. Quę uero pro-
fitetur ipse argumēta ad alios redarguēdos empiri
cos nō inepti tātū hominis est, sed etiā rudis. nec̄
enim empiricis attinet sophismata soluere, sed Ari
stoteli, & Chrysippo, reliquisc̄ qui in differendi
arte uersati fuerint. At quod principio illi nobis
insito consonantiā rerum & discrepantiā, iudican
di experientiā cōuenire oporteat, Theutas ita mi
nutim ostēdit, ut in quibusdam sit etiam superua-
cuus, quēadmodū ego in commētarijs super eius
introductorio exqsite declaraui. Hic igitur à me
libellus nunc propterea scriptus est, ut ostēderem
posse aliquē empirice medendi artē cōstituere di-
missa omnino inquisitiōe de rei substantia, Ascle-

piadi uero, qui falsò probare nititur Empiricā se-
ctam nullo statu firmari posse, aliàs longa oratio-
ne occurri. Quantum autem unicuique arti cōsti-
tuendæ conferat, si experientia rationi adiunga-
tur, ostensum est à me in libris therapeuticæ me-
thodi. in libro etiam, quem De ratione communi
inscripsi, declarauí unam esse rationem, quæ uni-
uersis hominibus insita sit. ubi ostēdi omnia, quæ
cognoscimus, uel sensu deprehensa esse, uel ratio-
ne quadam quæ nobis ingenita est iudicandi con-
uenientiam rerum & repugnantiam, talemq; esse
conuenientiæ notionem, ut quædam sit necessa-
ria, quam omnes euidentissime intelligunt, qui
natura ingenioſi sint, & prudentes, quædam con-
tingens tantum & nulli necessitati obnoxia, erra-
req; hoc loco plurimos homines, qui distinguere
nesciant contingēs à necessario, unde etiam dog-
maticorum discrepantia emersit. Hunc errorem,
si nos legitime cauerimus, plura quidē erunt, quę
ignorabimus propter immensam difficultatem, in
multis tamē quæ modeste profitebimur, ita simul
conueniemus, sicut geometræ, & arithmetici fa-
ciunt. Neque enim ob alium quàm hunc ipsum
errorem etiam Empirici medici maxime inter se
discrepant, ut in commentarijs ostendi, quę de il-
lorum edidi discrepantia.

CL. GALENI DE MEDICAE ARTIS CONSTITVTIONE

BARTHOLOMÆO SYLVANIO SALONENSI INTERPRETE.

VONIAM diuino quo-
dā præditus instinctu mi-
hi uideris Patrophile, cū
perdiscere omnia non si-
ne demōstratione ac me-
thodo expetas, propensio
ni animi tui inseruire de-
creui: tibiq; de ijs quæ au-
diuisti, aut de quibus ad-
dubitabas, commentaria cōscribere. At quonam
pacto hanc prouinciam non susceperim, cum te
initium quoddam ducentis ad ueritatem uię com
perisse uideam, cæterum eam, duntaxat ob altitu-
dinem ac longitudinem asperitatemq;, ingredi ne-
quaquam posse: Nam multos ipsam ne adire qui-
dem adhortatos, uerum pigrescere auocariq; con
spicio: te uero contra atque illi animatum: nempe
auersantibus ad id usq; temporis uniuersis atq; ad
alias uias deflectentibus, ueritatem ipsam, ueluti
in editiore quodā loco desitam, cōtueri: factumq;
eius acerrimū pulchritudinis amatorē neq; pigere
te uiæ, neq; soli ipsi tibi iter cōmittere. Cum itaq;
in præsentia uerā medicæ artis constitutionē in-
uenire cōcupiscas, toto animo concepisti dolorē.
paulopost uero, ut ego suspicor, maiore appetitu
impleberis, si ueritatis prefulgens fueris lumē con
spicatus: cum non aliam ea quā nunc queris hone
stiorem uiā repereris. Nā te circa ueri inuentionē
quacunq; in materia cōminiscaris, recte compara
tum uideo. Tu ergo cū aures innumeris medicæ
artis discendę gratia subiecisse diceres, neq; unde
nā auspicari cōueniat, cū demōstratiōe ac metho-
do à quoquā audiuisse, ac multo magis sanè cum
nullo cōgressum, qui uiā tibi à principio ad finem
indicaret, id me quod cupis cōmonstraturum re-
cepi: si prius in alijs quoq; artibus rationem expe-
riri meditariq; sustinuisses. Cum uero tu non solū
non abscesseris, nec aduocationē detrectaueris,
sed iucūdius esse hoc cū illo modo affirmaueris ad
propositam disputationē uenire, modo eāndem ti
bi rationem ac uiam in cunctis artibus ostensurū
pollicerer: deinde ego uel hoc promisso de prima
in medium prolata cōtemplatione dissererem de-
monstrando, cernebam te ex speculationis uerita
te gannientem. Itaq; cum multis similiter ordine
dispexissem, atq; ex ijs factrices potissimum, siqui
dem huius generis & ea est, quæ ad sanitatem per-
tinet, tunc ad ipsam trāsiuisti, ad quam initio fue-
ras concitatus. cumq; uel hic unā esse eandemq;
perspexisses methodum, operæprecium esse cen-
suisti, ne dicta quandoq; e memoria dilaberentur,
quædam de ijs cōmentaria scriptis mandari. atq;
ego tuo quo ueritatē prosequeris studio gratulās,
libros hosce duos composui: alterum, in quo exer
ceri eū prius oportet, qui fieri artifex uelit, id ostē-
dentem quod ueteres aiunt philosophi, nēpe om-
ni arti constitutionem à finis notione effici. est au-
tem in duo uolumina ob magnitudinem diuisus.
alterum ac secundum, quē nunc inchoamus, ape-
rientem quonam pacto eadē atq; una ratio ac uia
ut artes alias uniuersas sic medicinā quoq; consti-
tuerit. & uerò iam mihi sumendum sermonis ex-
ordium est. Quandoquidem finem obtinent artiū
nonnullæ in sola natura earum rerum quas consi
derant spectāda, ut Arithmetica, & Astronomia,
& Physiologia: aliæ certis quidem perfunguntur
actionibus, ut saltatorum ars ac præconū: uerum
ostendere nullum ex sese habent opus ubi agere
desierint: quædam contra, opera quæ cōdiderint
ostentāt, ut ædificiaria, materiariaq; : aliquæ uero
nihil procreāt ipsę, cęterum munus ijs ac studium
est aliquid rerum emoliri ac cōsequi, quemadmo-
dum piscatoria, ac quæ canibus uenatur, atque
ut uno dicam uerbo omnis ferarum sectatrix: ti-
bi uero stat medicam artem cōstituere methodo:
primum inspice ex quonā artium genere sit, num
contemplatiuarum una, an actiuarum, an factiua
quædam, an possessiua. enimuero id neque diffi-
cilem

cilem inquisitionem habet neq; inuentionē. quam
enim ob causam prorsus istiusmodi artem adipi-
sci concupiueris, ad memoriam reuoces oportet.
Te igitur primum omnium idipsum rogabam,
cum talis nobis exercitamēti initium fieret: mihi
uero uelle respondisti, homines qui corpore præ-
ter naturam essent affecto, maxime quidem si fieri
possit prorsus naturę recōciliare: quod si negetur,
certe utriusq; dignoscendi, qui sanabiles sint qui
non sint, cognitionem aliquam comparare. Quo-
niam autem hoc dedisti initium sermoni, factiua-
rum te artium pronunciare eam dixi quam consti
tuere exoptas, utique si artis demōstrare opus ua
les iam actione defunctus. Sunt porrò & artes cō
plures aliæ factrices, fabrica ærariа, sectrix corij,
nauium cōpactrix, materiaria fabrica, figulina, pi
ctura, ac quantus ferè non alius alterius generis
apud homines numerus, artes habētur factrices.
Quam igitur in eiusmodi artibus superiore libro
didicisti methodum, hanc iam ad eam quam con-
stituere studes opportunum est transieras, princi-
pium & hic sermoni idem statuens quod in om-
nibus illis posuisti, finis notionem: quam unde si-
mus assecuti iam tempus est dicere. Prima quidē
nobis genita est tum nostri ipsorū sanitate fruen-
tium, tum cæterorū hominū notitia: secunda uero
ab hac morbo affectorū: unde nobis sane & ualen
di cupiditas incessit: & cuiusnam artis cōstituen-
dæ quę sanitatē uendicet. Verū quando ceu opus
facere sanitatem uolumus, una quædam de factri
cium genere artium fuerit ea cuius constituendæ
desiderio tenemur. At cū duplex, ut ostensum est,
factricium natura existat, hæc quam quęrimus, id
quod iam fuit restituentibus adscribetur, nō quod
antea nondum fuit condentibus. Nam artes qui-
dem nonnullæ res ipsas creant, ut textoria, calceo
lariaq;: aliæ reparant quę defecere, ut quæ uestes
pertusas, aut diuulsos calceos consuunt. Ita uero
rē sese & in edificiaria habere demonstratū est. est
ergo & huic opus duplex, tum generatio quæ nō
est domus, tū perpessæ instauratio. Necesse quoq;
esse ad actionē utranq; obeundā monstratum est
partes domus uniuersas opifex cognoscat, quæ
sint subſtantia, qualia formatione, quāta magnitu
dine, quot numero, ac quomodo inter sese cohæ-
reant. Ergo & artem corpori dicatam constituen-
ti, quam in præsenti qui de nominibus litigāt me-
dicinam nobis appellare concedant, partē quam-
libet simplicem quali subſtantia ac figura cōstet,
quanta magnitudine, præterea numerum earum
unīuersum, mutuamq; compositionem tenere erit
necesse. Vt ergo qui iam factam domum qualis
nam sit nosse accuratius uult, ex resolutione disso
lutione que ad eam successit pernoscendam, eo-
dem nobis modo hominis corpus ex dissectione
innotescet. Nam deus quidem ac natura, uti is qui
primum ædes condidit, sic partes prenoscunt, usu
nimirum ipsis exemplum pariente: nos uero per-
inde ac qui iam inspicit extructas atque incogno
scit. Tametsi ne nobis quidē, nisi quoad eius fieri
poteſt, cognitionē deo proximam consecerimus,
licebit dignoscere utrum genitæ omnes usus cu-
iuspiam gratia sint, an frustra nonnullę. nam & su
spicari utrunque id licet, & ad hæc præterea quas-
dam uitiose procreatas, & sanè etiam hinc optime
constitutorū corporum notitia proficiscitur. Sed
de his aliàs. Ex dissectione uero, corpora quę simi
laria nuncupantur edocti, quali formatione singu
la eorum, quanta magnitudine, quot ue uniuersa
numero sint, ac qua ratione constent, composita-
rum partium scientiam obtinuimus: quas sanè &
instrumentarias appellamus, tale crus est, talis ma
nus, talis digitus, oculus, lingua, pulmo, iecur, at-
que eiusmodi alia. Proinde est & actiones inueni
re partium duplices: alteras simplicium ac simila-
rium, alteras compositarum instrumentaliumq;.
Cernere igitur licet & crus totum moueri: licet &
quemlibet eius musculum: ac pro trāsuersio quo-
uis musculo in totum pręciso motum cruris quē-
dam interire. Sed & quæ in corpore sunt rimanti
licet uidere uulnerato qui in musculum deuenit
neruo primum ipsum quidem musculum sensu
ac motu frustrari, cum ipso uero & qui mouetur
articulus. Quamobrem & necessarium est, opi-
nor, nobis artem constituentibus, non partes ac
compositionem duntaxat, sed earum quoq; actio
nes teneamus. atque hac re differemus ab ijs qui
domum ædificarunt. nam illi quidem solas partes
ac compositionem norunt: agit enim ex ijs nulla,
quoniam nec domus animal est: nobis uero sunt
uel actiones quærendę. Porrò hic quoque duplex
inquisitionis principiū est: nempe actionis ac par-
tis cognitio: actionis, ut ratiocinādi, memoria cō-
plectendi, eligendi: partis, ut cerebri, dorsi medul
læ, ac cordis. Omnium igitur quas nouimus actio
num partes, ac partium omnium actiones indaga
bimus. at erit nobis omnino uel hoc loco indaga-
tio per rationem quandam ac uiam, de qua post
considerabimus. Nunc uero duplicē partium esse
ac duplicem actionum naturā dictum iam est, ac
rursus accuratius dicatur. Actio cruris uniuersi
ambulatio est. fit autē ipsius articulaturis alterna-
tim se inuicem extendentibus incuruātibusq; : ut
uerbi gratia in genu, anterioribus quidē molam
supergredientibus musculis, ac sese per tendones
in os tibię defigētibus, cum tibiā illic attraxerint,
fit cruris extensio: quòd si interiores similiter ege-
rint, curuatio. Sic in coxa quoq; & pede motiones
fiunt curuāte sese articulatura uel extendēte. Evi-
denter itaq; contrahi apparet musculus, ubi cute
nudatus circūuestiente fuerit, ac uelut ad sui ip-
sius caput retrahi: non tamen descendēs in ipsum
neruus sensili aliquo motu agitari cernitur: sed is
uia esse uidetur facultatis quę e cerebro demanat.
Enimuero cerebrū ipsum quod neruis cūctis prin
cipium eiusmodi sit facultatis, ex præciso quouis
neruo aperte didicimus: cū in partib. supernis qui
cōtinuus cerebro est functiones seruet, in infernis
deperdat. Vtrum uero quemadmodum neruis ip
sum, sic illi rursus pars alia quępiā uires immittat,

an quidam fons ipsum earum sit, haud satis adhuc A
constat. nam talis de anima perpensio est principa
tum obtinẽte. Sed redeamus unde deflexit oratio.
Ambulatio quidem uniuersi cruris actio est. hac
uero administranda musculosum genus inter cru
ris partes principatum sibi uendicat. ex musculis
autem ossa, & cartilagines, & adeps, & glandia, &
arteria, & cutis, & uenæ, & membranæ, & colli
gamenta motus principium obtinent. nam ossa
quidem ab ipsis cientur prima: cæteræ omnes, q
ossibus circumquaq; adiaceant, cum illis mouen
tur. Est igitur pedis motus actio musculi. at cruris
agitatio totius, actio cunctarum eius partium nõ
est. Proinde duplex actionum esse genus diceba
mus: unum primum ac maxime proprie cuiusli
bet simplicium partium agentis: alterum per acci B
dens, uel secundo, uel non primo, uel quo modo
totorum actionum instrumẽtorum appellare cui
quam libeat. Hoc quando diffiniuimus, quæren
dum postea est, ex quibus instrumentalium par
tium, ex quibus simplicium actio compleatur. ac
primum, quandoquidem cruris meminimus, ab
instrumentalibus ordiendum. Igitur ossa nisi tot,
ac tanta, eaq; formata ratione essent, atque eo cõ
struerentur modo, utique musculorum nihil mo
tus efficeret. Nam ossium in articulationibus alte
rum recipiat, alterum ineat oportet: extrinsecus
autem circunflecta in orbem uincula sint, quæ eo
rum constructionem, ne subsultent, constringãt:
nõ tamen adeo contenta ac dura, ut motionibus
officiant: sed nec adeo laxa, ut quę articulãtur ex C
orbitare permittant. Itaque & uincula, magnitudi
nis cuiusdam, & formationis, & numeri, & com
positionis egere uidentur. siue enim maiora uel
minora, siue plura pauciora'ue sint quàm opor
teat genita, siue in alia figura, siue alij loco inhæ
reant, non articulaturę motus etiamnũ fiet qui cri
mine careat. Quo igitur modo in ligamentis, ossi
bus, ac musculis nunc uerba fecimus, sic in omni
bus de actione atq; usu dispicere cõuenit. Nam si
pars quidem nulla quę actione, aut usu uacet, sed
pro sui ipsius substantia, & magnitudine, præter
ea & figura, & coordinatione optime constituta
inueniatur, eam qualis est seruare oportet. at si er
rato aliquo teneatur, ad meliorem statum ducen
da. quod facere non prius licet, quàm functionẽ, D
& usum, & constitutionẽ singularum partium no
ris. Eæ igitur quęrẽdæ sunt: neque pigere nos de
cet si salubris, ac ualetudinarij corporis scientiam
obtinere debeamus. Quoniam autem huc sermo
processit, est methodi uis memoria repetẽda. Ne
que enim domus, neq; nauis, neq; lectuli, neq; al
terius ullius omnium, aliter quis constitutionem,
num accusatione careat, an crimini obnoxia sit,
exquisierit, nisi compositiuas partes, quot nume
ro, quantęq; singulæ sint, & quo pacto formã ade
ptæ, ac qua ratione constẽt, perspexerit: sed in his
cõpositorũ corporũ uirtus ac uitium omnium est.
Porrò in his ipsis & domus & nauis affectus esse,
nẽpe in magnitudine, & formatione, & numero,
& situ partiũ, si uirtus quoq; ac uitium insit, ostendebat. at lecti nõ in ijs erit: uestis ergo in quibusdam alijs? calcei uero non in ijsdem? In omnib. igitur instrumẽtarijs corporibus, quibus essentia ad compositionem spectat, in quatuor generib. uirtus & uitium & affectus consistunt. At uero partes, si unionem quoque secundum naturam acceperint, hoc quintum quoddam genus sic talibus erit corporibus, ut optimum quidem optimas habeat† functiones, uitiosissimum uero deterrimas. Quòd si uel aliqua soluta naturalis cõpactio fuerit, nõ culpabilis eiusmodi solum dispositio, sed morbus quoque iam est. uocetur autem genus tale perspicuę gratia doctrinę uniõis solutio. nihilq; refert si quisquam & continuitatis solutionem dixerit. Sed fieri in similaribus quoq; hunc affectum operęprecium est intelligi. etenim & ossis, & nerui, & uenę, & arteriæ, & carnis, cum pungitur, perroditur, secatur, diuellitur, rumpitur, continuũ labefactatur. sed nominatur affectus in osse quidem, fractura: ruptum autẽ, quod in carnosis musculorũ partibus ex distentione fit. Fibræ quoque cum similiter tensæ se ruperint, conuulsum uocatur affectus: eadem ratione cum rupto uulnus solutio in carne est continuitatis, non ex distẽtione, sed incisione. at si quod uulnus infert, acutum ac tenue sit, punctura, & punctio nũcupatur: si grauе, contusum, atq; cõtusio. Quę ex erosione proueniunt, si fiant in osse, teredo: si in alijs, ulcus. sed liceat & aliter nomines. Vniuersæ porrò quinti morborum generis differentię tot talesq; sunt, ubi in primis partibus consistant. in instrumentalibus uero, uti diximus, pro genere differentium coagmentationibus fiant, uocanturq; auulsa omnia: Græce ἀποσπάσματα. Pars tamen similaris aliqua si tota præcisa sit, erit tum ipsius diuisæ, tum uniuersi instrumenti affectus, aliàs per accidẽs, ut cũ uel musculus, uel pars eiusmodi perpessa alia fuerit: interdum uero & primum, ut quando id ligamẽto acciderit. Quemadmodum igitur in uno morbi genere, in quo partium cõtinuum lædítur, nunc sum ego discrimina persecutus, sic tu quoq; eodem pacto transigere aliorũ quatuor generum differentias experire: nam commemorare eas hoc uolumine, prolixum mihi uidebatur: cum exacte descriptę omnes in libro De morborum sint differentia. Itaque nobis iterum ipsis ad memoriam reuocemus, uel in cęteris omnibus, quorum essentiæ species in compositione est, demonstrata esse genera quatuor uniuersa, totius eorum substantiæ, correctæq; insuper ac deprauatæ in ipsis figuræ, causas existere. postea uero scire etiam necessarium esse simplicium ipsarum cuiuslibet partium naturam, si quis idoneus est harum uirtutem ac uitium agnoscere, affectusq; emendare. Labefactata igitur in domo tegula, uel latere aliquo crudo aut cocto, sciat artifex quomõ eiusmodi aliã finxerit oportet: ac qua ratione eximet læsam, in cuius locũ integrã aliã reponat. Verũ illi q artẽ humano corpori prospiciẽtẽ cõstituit, præter

† malim legere uniones

cætera

cætera id quoq; necesse erit cognoscat, nũ ualeat A
pars quępiã in alterius uicẽ restitui, an poni pro a
lia nequeat. Carnẽ quidẽ si affectã resecueris, effi
cere aliam potes. recisо aũt neruo aut ligamento,
moliri aliud tale non poteris, nam carni ex sangui
nẽ, his ex semine generatio cõstat. Est uero & os
ex ijs unũ quę in prima formatiõe cõsistũt: posu
mus tamẽ quicq; simile ossi in eius locũ reponere.
Atq; hæc ego nũc quidẽ ex deprõptu accepta ex
empli gratia dixi: eum aũt ratio scrutari iubet, qui
artẽ constituit. ac iam inuẽtionis principia descri
psi, cum ad primã animalis generationem relega
rim, ac quærere cõsuluerim quęnã genitæ ex semi
ne sint, quæ ex alimento assidue fiant. Magis uero
etiã nos indagare cogit ac iubet methodos utrum
quęuis partiũ, quæ similaris ac simplex uidẽ, una B
sit, an ex pluribus conflata: & quinã sit ijs cõposi
tionis modus. nam planè & eas cõstat, ijs quæ in
strumentarię nominãtur, analogas in numero, &
figura, & magnitudine, & positu ipsas constituen
tium, uirtutẽ ac uitium habituras, si generationis
earũ modus proportione conueniat. Quòd si non
ita, sed, uelut quæ tetrapharmacus dicit, omnibus
per totas mistis genitæ sunt, alio modo ipsarũ uir
tutem ac uitiũ, morbumq; cõperies. quẽadmodũ,
opinor, si nõ mistis & temperatis unio earũ con
stet, sed ex subtili appositiõe, perinde atq; in sicco
illo medicamine quod cephalicũ uocãt, sic etiam
cõsentire uirtutẽ & uitium, & morbos rei genera
tioni repereris. At uero si neq; ex multis quæ spe
cie differãt, sed cunctis eiusdem speciei cõpositæ C
sint, ueluti si forte ita contingat, domus aliqua ex
solo cocto latere, uel lapidibus, in sola uidelicet si
milarium partium cõpositione uirtutem, uitium,
& morbos inuenies rei generationi peculiares.
Quòd igitur unum prædictorum quodpiam cor
poribus competat similaribus, nobis ratio dictat.
at ex ijs quodnã uerum sit, exactam cõsiderationẽ
roquirit. Sanè quidẽ ad eiusmodi inquisitionem
deuenisse uti medicos nonnullos, sic & philoso
phos amplius inter se medicis altercatos cerni
mus. Proinde uidentur mihi medicorũ plerię ea
quæstiõe abstinuisse, cũ se id quod quæreretur in
uenturos nequaquam sperarẽt. Quidam sese non
perinde ac negata inuẽtione dũtaxat, sed quasi e
tiam inutili auocarunt. Quòd quidem nullo usui D
non sit, siquis non experiẽtia quadam, sed metho
do constituere artem debeat, iam mihi planè uide
tur constare. Quòd uero nec eam assequi non li
ceat, deinceps contemplemur: si prius pauca quę
dam nobiscum disseruerimus. Si enim quidquam
mihi fidei habes, uti certe habes, cũ nihil me ad ho
minum opinionem, sed ad ueritatem uniuersa ge
rere uideas, ne te discrepantium tum medicorum
tum philosophorum multitudo deterreat. Nam si
ea, ex quibus nosse uerum oportet, cunctis adfuis
sent, deinde nõ inuenissent, diffidere inuẽtioni par
erat. quòd si nõnulla quidẽ haud prorsus habue
re, uti sanè uel ipsi confitentur, quædam an habue
rint incertũ est, nos uero nobisipsis conscij sumus
uniuersa obtinentibus, ãudacter est quæstio ade
unda. Quęnam igitur cõgredi necesse est, ut quis
quam re quauis exploranda aut uerum intelligat,
aut, nisi intellexerit, inuentionẽ desperet? An ui
delicet primum quidem, acre ingenium: ut quod
cunq; rationale edoceatur præceptũ, impigre as
sequatur. Secundũ, educatio à puerili ætate, atq;
exercitatio: ut in primis uersatus sit disciplinis. cũ
uero maxime esse in geometria exercitatũ & arith
metica oportet, sicut & Plato suadet. Tertium ad
hæc, aures omnibus, qui optimi sua tẽpestate esse
uiderentur, accommodasse. Tum quartum, nullis
ipsum laboribus parcere: ut præter disciplinas ali
ud nihil die noctuq; meditetur. Deinde quintum,
quod paucissimis usu uenit, nempe ueritatis amo
re captũ esse: eiq; uni in tota uita, spretis cæteris o
mnibus quæ uulgo studiose expetata sunt, sedulã
operam nauare. Sextum ab ijs, methodum quan
dam perdiscere, qua uerum & falsum discernitur.
haud enim ad earũ rerum quas quærimus inuẽtio
nem satis erit duntaxat ueritatis desiderio teneri,
sed & facultatẽ quandam inueniendi paratã habe
re est opus. Septimũ præter hæc omnia, exercere
methodum: quo nõ ipsam solum cognoscere, sed
uti quoq; ea liceat. Nam si nõ satis esse oratoribus
uideri inferiorẽ artem profitẽtibus methodũ nos
se oportet, sed in uita uniuersa studium eius pertra
ctant, ijs qui tam magna ambiunt methodum so
lummodo didicisse sufficiet? Si igitur ad ueritatẽ
uiam affectanti unum dictorum aliquod desit, æ
quum est quicq; eorum quæ cupit assequi haud
admodum speret. quòd si suppetent omnia, quid
uerum scrutari, cum bona subsit spes, uetat? Enim
uero quemadmodum corporis uniuersi partes o
mnes, usq; ad eas quæ, ut ad sensum, simplicissimę
sunt, ex cõsectione didicimus: ita hoc ipsum quo
que inuenire propositũ est, quales primæ ac sim
plicissimæ partes sint quæ ad naturam referũtur.
Ne igitur in omnibus, uerum in uno, uelut in ex
emplo, nobis uerba fiant, carne nimirum conside
randa, primum quidem an unum specie elemen
tum sit quod ipsam genuerit. (nihilo eñ deterius
fuerit primam ac simplicissimã in ea partem sic no
minare) tũ deinde, nisi huiusmodi uideat, an mul
ta. ac postea quot & quę et quisnã modus ijs sit cõ
positionis. Quãdoquidem igitur dolet caro cum
secatur, & cũ uehemẽter calescit, nõ potest unum
esse specie elementum, qualem supposuit Epicu
rus atomum. Quod enim tale non unum specie
elemẽtum sit, hinc dilucet. Atomus nulla ipsa per
se aut calida suapte natura est aut frigida: uerũ nec
alba nigráue est ex ijs aliqua. Ac qd immoror, fru
stillatimq; cõminuendo sermonẽ protraho? nulla
enim ipsi atomo prorsus est qualitas, ut earum pa
tres assertoresq; uolũt. nam qualitates huiusmo
di omnes per corpora tota peruenire uidentur, ut
omnibus ijs qualitas ineat figuræ: ineat uero & reni
xus, & grauitas. Sed siue qualitatẽ talia uocare, si
ue aliud quicq; oporteat, nihil sanè ad præsens ne
gociũ habet momẽti. nã ijs adsunt omnibus ea quę

dixímus: nec ínter ſe differunt ſpecie: ut homœo-
merǽ, id eſt ſimilares partes íjs qui illas ſuppo-
nunt: aut elementa quatuor ea ponẽtibus. Inquít
ergo Hippocrates. At ego aío, ſi homo unũ eſſet,
nunc̃ doleret, rectiſſime decernẽs. nam unum ím
mutabile ín aliud eſt, cum in quod tranſmuretur
nõ habeat. at immutabile, inalterabile eſt, atc̃ ím-
patibile: quod uero eſt ímpatíbile, íd uacat dolo-
re. Fít ergo ex dictis propoſitionibus concluſio,
quod unũ eſt, id eſſe ímpatíbile: cui alia rurſus hu-
iuſmodí interrogãda oratio ſuccedit, Si unum ſpe
cíe eſt elementũ, nihíl in omnibus unc̃ dolebít. at
uero dolet. nõ eſt igitur elementũ unum. Quoniã
uero de carne uerba facere inſtitutũ erat, in illa ex
amínenẽ, Si unum ſpecíe eſt elementũ carnis, ca-
ro nunc̃ dolebít. atqui dolet. unum ergo ſpecíe
non eſt carnís elementũ. Eadem quoc̃ alío pacto
ínterogabitur oratio. Si eſt ímpatíbile elemẽtum
carnís, non dolebít. ſed dolet. non ergo eſt ímpa-
tíbile. Quod ſi uel plura eſſe elementa quis dícat,
quæ tamen nõ alterentur, eadem quoc̃ in illís ora
tío eodem modo ínterrogabitur. Niſi patíantur e
lementa carnís, non dolebít. uerum dolet. non er
ſunt elemẽta carnís ímpatíbília. Prior itac̃ ratioci
natio, atomorũ & incõpactílium, & mínímorum
ſuppoſitionem euertit. ſecunda & homœomerǽ
rum & Empedoclís opínio tollitur. uult etenim is
ex quatuor elementís conſtare corpora non in ſe
mutuo tranſeuntíbus. Iam igitur ſermonem atten
de, ut ocyus c̃ ſpes erat partem eorum quæ per-
quírebas comperíjt maxímam. eſſe enim nõ ímpa
tibília carnís elemẽta oportere demõſtrauit. Non
igitur propoſitum ítem in ſermone obtínebunt íj,
qui ín ímpatíbilium corporum illorum cõpoſitío
ne, quæ quídem rerum naturę omnium elementa
ſupponunt, gigni dolores affírmant. nam dolere
ímpatíbile, nec̃ cogitatío admíttit, ac multo ſanè
magís nullum atteſtatur ſenſíbile. Digitos ergo ſi
ínuícem cõplícueris, dein rurſus abíungas, neque
coítus, nec̃ ſeparatío dolorem affert. nam dolere
cum patiendo eſt. at patitur nihil quod tangit: ſí-
quídem eſt in duobus hís pati, alteratõe per totũ,
& cõtinuitatis ſolutione. Quãdo igitur ne in paſſí
uis quídem euidẽter corporibus cõgreſſus aut dí-
greſſus dolorem mouet, multo mínus ſanè ín ím-
patíbilibus mouebít. Verum tamen nec Aeſcle-
piadis incõpactile, cum fragile ſit, dolebit dũ fran
gítur. nec̃ enim ſenſu eſt prędítũ. quare nec̃ plus
huíc quícquam accedit ex quíbus patítur abſen-
te ſenſu: quemadmodum oſſi, & cartílagíni, & adi
pi, & lígamento, & pílis. etenim afficiuntur qui-
dem hęc omnía, non aũt dolent, quoníam nec ſen
tiunt. Quod ergo dolorem percepturũ eſt, íd eſſe
patíbile oportet, ac ſentiens: non tamen quod ſen-
ſus particeps eſt, íd ex primís ſit ſentiẽtíbus eſt ne-
ceſſe: ſed ſufficit paſſíuum duntaxat. ſenſum enim
adípiſci alíquãdo poteſt cum mutatur alteraſcitc̃.
Quoníam uero ínfinítas numero fieri elemento-
rum alterationes licet ac temperaturas, innumeræ
particularium corporum proprietates conſtabũt:

A ſecundum quas abſurdũ nihíl eſt genita plura eſſe
quæ ſenſu careant: atc̃ exhís quæ ſentiũt, hoc ma
gis ſentíre, illud mínus. Quòd ígíť plura uno eſſe
elementa, naturamc̃ habere alteraſcendi ſit neceſ-
ſe, declaratum aperte íjs eſt, qui, ut antea cõmemo
rauímus, tota ea ſunt ſupellectile inſtructi, ex qua
quis cõparare ſcientiã poſſit. At qui eò peruenĩt
ſtuporís, ut nec̃ an aliqua ſit demonſtrandi ratío
ac uía quærere prius uelint, aut ab alío diſcere, uel
exerceri, cum íjs ne ſermo quídem habẽdus. non
enim ut cum alíjs lítígaremus, aut de uictoria con
tenderemus, ſed ueritatís inueniẽdæ ſtudío in hãc
diſputationẽ deſcendímus. nam & ineruditas cõ-
futare ípſorũ opinίones uolenti ſcriptus eſt pecu-
líaris líber, in quo de elementís, ut Hippocratis o-
B pínío fert, cõtemplamur. Rurſus ergo ad propoſi
tum reuerſi finẽ ípſi imponamus. Quandoquidẽ
alterabile per totum eſt elementum, quot elemen
ta omnía ſint deínceps percenſeamus, quícc̃ uel
híc eorum quę líquído apparent uerborũ ínítium
ſtatuentes. Neceſſe eſt quoduís alterãtibus, ut tan
gentía quoc̃ eorum quę primũ alterant mutatio-
nem faciant: ueluti docet ſenſus: ipſac̃ rerum índi
cat natura. nã à flamma quę hic eſt, quícc̃ in Ae-
gypto alterari, à mentis abhorret conceptu. Et ue
ro, ſi quod mutat, id tangendo alterat, quíbuſdam
tactílibus neceſſe eſt agat qualitatíbus. Quid ígíť
eſt quod prohíbeat quo mínus eas omnes cõtem-
plemur? Secat quídem acutum quam contíngít
rem, non eius tamen ſubſtantiam alterat: uti nec
C grauitas: ſed cõterit quídem & hæc, mutationem
autem per totum non efficit patientis ſubſtantiæ.
Verũ nec̃ duríciés íta alterare propínquũ ualet,
ut in aliam ſpeciem ableget. At caliditas & frigidi
tas totam alterare admotã ſubſtantiã poſſunt. eo-
dem modo humiditas & ſiccitas: tametſi non pari
cum ſupradictis celeritate: ſed hæ quoc̃ ſubiecta
ſpacío temporis tranſmutant. Vtrũ ergo & aliam
quampíam habemus quę alterare ualeat? an uni-
uerſa ín hís eſt multitudo: ſolásque eas quas dixí-
mus, effectiuas nomínari qualítates conuenit atc̃
cenſeri: ac potiſſimũ oppoſitionẽ in íjs primam: et
in ípſa, caliditatẽ magis. efficaciſſima enim eſt hęc
qualitatũ. ab hac ſecunda frigiditas: deínde humí-
D ditas & ſiccitas. alia uero qualitas nulla per ípſa
tota quæ proxima ſunt alterat. nã ſiquid diuellit,
& frangit, & ſecat, & pungit, agit quidẽ & hoc, cę
terum alterationẽ non per totũ id quod afficiť ex-
tendit. quocírca nec ín aliam ſpeciẽ ípſum mutat
ſubſtantiæ: ſed diducit in plurimas. Ergo ſi níuẽ in
mínimas portiões díuídas, níuẽ ſeruabis: ſin ei ca
lorem admoueris, facies ut eſſe níx deſinat. etem
& ex aqua ípſa refrigerata generatio cõſtat, nõ in
unũ collecta. eſt emm hoc auctío ſubſtantię, illud ge
neratio. Iam uero & omníũ díuiſío in parua, ſub-
ſtantię díminutío eſt: calefactío alterius generatío
ſubſtantię, cum priorẽ formã alterauerit. Corpora
ígitur quę qualítates primũ eíuſmodí obtinẽt, illa
tum cæterorũ omnium ſunt tũ carnís elementa.
ſunt porrò hæc, terra, & aqua, & aer, & ígnís:

quæ

quæ philoſophi omnes, qui demõſtrationem non A
refugere, ortorũ occidentíumc̃ elementa eſſe dí-
xerunt: atc̃ ea uicíſſim mutari in ſe aiunt: ac ſubie
ctum quoddam eſſe uniuerſis cõmune. Sed nõ eſt
ſermo de íjs: uerum eorum multitudinẽ, qui à ueri
tate errãt, demiſſo uultu uereri mínime oportere:
ſed credere demõſtrationi ſiquis illam teneat, q̃ ſi
demonſtrationis eſſentiã planè non norít, ut eorũ
nonnulli, qui philoſophari ſe dícunt, confitentur,
pronunciare omníno non audere. hoc enim perin
de eſt, ac ſi diſcere uelís quo pacto ſolis deliquium
præcognoſcere conueníat, priuſquam fueris nu-
meros & líneas meditatus. Tibi ergo fugiendi tan
quam barathra íd genus homines ſunt. ſecum e-
nim quandoc̃ ſibi adiunctos trahunt demerſum:
aut prorſus contamínant: niſi ſatis fuerit quís in lo B
gica contemplatione exercitatus. eam ob rem &
cõmentatio illa ſic nobís eſt ut aliud nihil colẽda.
Sed eſſe hoc præter inſtitutum intelligo. ad íd ue-
ro redeamus. Fít corpus unũ ſimilare, quod pro
temperaturę qualítate aut ſenſu polleat aut uacet,
ex quatuor elementís inter ſe cõmíſcẽdís. Eodem
modo & in utroc̃ particulatim genere differentię
omnes temperationís differentiam ſequũtur. Pro
huius ígitur proprietate, aliud ſit os, aliud caro, a-
liud arteria, aliud neruus. ſed & horum cuiuslíbet
proprietas in proprietate eſt temperamẽti. ſiccior
enim calidiorc̃ eſt leonis caro: humídior & frígi-
dior pecudis: utriuſc̃ media humana. & uero ho-
mínum ípſorum calidior caro, ſi íta forte accídat,
Dionís: Philonís uero frigidior. Quamobrẽ quot C
numero elementa, tot ſímplices ſimilarium diffe-
rentiæ corporum fiunt, calidíores, & frigidíores,
& humidíores, & ſiccíores. aliæ uero compoſitæ
quatuor, humidíores ſimul & frigidíores, calidío-
resc̃ & humidíores: & tertia quædã alía ſiccíor ſi-
mul atc̃ calidior: cui ſuccedit quarta frigidior ſi-
mul & ſiccior. ſuper íjs eſt optime temperata om-
nium prima. Verum ſermonẽ de his abunde ela-
borauímus uniuerſum in libris De temperamen-
tís. at qui nunc inſtat, quoniã in elementorũ com-
moderatione & immoderatione, ſimilarium par-
tium uirtutẽ ac uitiũ inuenít, operã deínceps da-
bit, ut morbum ab earũ uítio díſtinguat. porrò dí-
ſtinctío ab utrarũc̃ rerum notione, ut in líbro De
Demonſtratione apertũ eſt, primum ínitiũ nanci- D
ſcetur. Quænã ígitur conſtitutionis corporis no-
tío eſt ſanitate fruentis? & quæ íam morbo labo-
rantis? Actiones ergo naturales habet ſtructura
bene ualẽs corporis integras, ęgrotãs oblęſas, qua
re ubi ſanus quis infirmíores alio ſano functiones
obtinet, nondũ uero íam offenſas, deterioris qdem
eſt temperaturæ, ſed nõdum ægrotat. Itac̃ ex ſalu
bríbus habítibus unus eſt qui tẽperie optima con-
ſtet. deterioris octo. morbus aũt bene temperatus
nullus: ſed male omnes temperati: tot ſane nume-
ro, quot uitioſæ ſanitatis tẽperaturæ. Quòd ſicut
minime placeat, ſanos alios bene, alios male tem-
peratos poní, ís duorum dogmatum elígere alte-
rum cogetur, aut perpetuo ægrotare uniuerſos,

A aut unam eſſe omnium temperaturam, uirorum,
mulierũ, ætate uigentium, ſenum, puerorũ, athle-
tarum, priuatorum, operariorũ, inertium, robuſto
rum, imbecilliũ, ſed abſurdum utrũc̃ eſt. Tertíam
ígitur quãdam eſſe ſanitatis latitudinẽ eſt neceſſe,
ut in ea c̃plurímæ ſanorum corporũ differentiæ
in aduerbiorum magis & mínus ratione compre-
hendantur. Ita uero ſe res & in cæteris habet uni-
uerſis. etenim domus, & nauís, & lectus, & arca,
& pallium, & calceus, & ſella, molítione uel præ-
ſtantíore uel deteríore conſtat priuſquã ægrotet.
Tres quoc̃ hæ nobís cõſtitutiões corporis rebus
uniuerſis ſubíjcíẽdæ, optíma, uitioſa, ægrotãs. ſed
optíma quidẽ una. nam deterius in perfectiſſimo
non prouenit. aliarum ambarum multitudo facile
numero comprehendi non poteſt: differentiæ uero
ín aduerbiorum magis & mínus mordificatío-
ne cõtinentur. Quando ígitur id in ſermonís deue
nímus, ipſum ſiſtentes, quæ dicta ſunt per capita
colligamus. ſic emm & quantũ iam rei quam queri-
mus inuentũ, & quantum adhuc reliqui ſit intelli-
gemus. Propoſitũ nobís erat artẽ ſanitatis effectri
cem cõſtituere, nõ eo tamen pacto, quo opifex eſt
ædificiaria domus: ſed quo dirutæ eius partis con
ſartrix exiſtit. ac ne hic quidẽ eodem prorſus mo-
do: ſed erat ípſum id quod quæritur inuenire, qua
tenus ſimíliter ædificatori corporis etrata corrige
re potís ſit ís qui artẽ adminiſtrat ſanitatis aſſertri-
cem. Quoniã uero ad id genus uniuerſa prius cor
poris naturam exploratam habere eſt neceſſe, cu-
íus labes curare ars debet, íd ea de cauſa quæſiui-
mus. at cum partium eſſe actiones & cõſtitutiões
ſecundum naturã inuenerímus, quas omní cuſto
diæ, ac cum affectæ fuerint, reparationis modo re-
tínere eſt opus, ex quot cõpleatur rebus íd quod
ſecundum naturam eſt índagauímus. Cum aũt in
ſtrumẽtaríjs partibus ſubſtantiã ex ſimpliciũ quæ
in íjs ſunt compoſitione conſtare, ſimplícibus ue-
ro ex quatuor elementís cõperíerímus, deínceps
& de morbís utrarunc̃ cõtemplabímur. fere c̃ ſer
mo iam nobís ſalubrium ualetudinariorũc̃ corpo
rum notitiã inuenít. nec̃ hanc uniuerſam, ſed ſpe
ciem quandã eius dũtaxat, ac ueluti exẽplũ. Por-
rò eſſentiam omnẽ ſalubrium corporũ ac ualetu-
dinariorum ſcientię habebímus, ubi materíjs for-
mas índuxerímus. nõ modo enim partẽ calído &
frígído & ſícco & humído míſtis cõflari unãquan
que, uerum ſpeciatim quoque perluſtrando, quæ
oſſium temperatio ſit, qualis uero & carnium, &
neruorum, et uenarũ, & aliarũ cuiuſc̃ ſimplícium
medícus norít oportet. perinde uero & quę partis
cuiuslíbet inſtrumẽtariæ cõpoſitío, ut manus, cru
ris, iecoris, thoracis, pulmõis, cordís, cerebri. Eo-
dem pacto abſolute genera morborũ ac differen-
tías ſatis nõ eſt, ſed & quomodo ín partíbus íj, ſin-
gulis fiant cognoſcere. hoc enim facto, ſalubris, &
morboſi corporis ſcientiam nõ ſecundum formã
duntaxat, uerum & totam ſubſtantiam, quę ex u-
trac̃ ſimul iuncta conſiſtere oſtenſa eſt, forma in-
quã, & materia ípſam excipiente obtinuerímus.

Reliquum

Relíquum uero est explicemus qua ratione quis tum morbis mederi, tum tueri sanitatẽ possit, quæ latissime in duobus operibus persequimur, nempe curãdi methodo, ac de sanitate tuẽda: hic uero quod subindicandę eorũ sufficiat methodo cõmemorandum. Igitur curãdi ratio ac uia ad sanorũ atque ęgrotantiũ corporũ dispositione auspicatur. Quoniam enim quod per excellentiã sanum est, siue simílare sit, siue instrnmentariũ, cõmoderatũ omnino est: quod autem ægrotat, immoderatum, eius quæna̅ sit immoderatio insp̃icienda. esse enim contrariam ipsi commoderationem alteram est necesse: in similarium quidem ac simplicium corporum dispositionibus, qualitatem: in instrumentalium uero, si ad magnitudinẽ immoderatio morbi pertineat, contrariam magnitudinem alteram: si ad formationem, contrariam alteram figuram. perinde quoq; si ad posituram, aut numerum referatur. In omnibus itaq; regressionem ab immoderatione ad commoderatum contraria immoderatio molietur. nam ueluti uiam quãdam ire quod præter naturam se habet, dum ad naturam redit, oportet eandem quidem, sed contrario itinere. at si gradum reuocare debeat, per præsenti dispositioni contraria remeabit. fueritq; id cõmunissimum & generalissimum, quo medela uniuersa spectat morborum, nempe contrariũ: uti sanè uel ab Hippocrate dictum est. Contraria contrariorum remedia. particulatim uero, contraria particularia, calido morbo frigidum, frigido calidum: eodem modo & sicco humectans, & humido siccans. ita quidem in similaribus: in instrumentarijs uero pro dictorum quouis quatuor generum morbosæ ipsis immoderationis cõtrariam inducere oportet, usque dum ad cõmoderatum ac natiuũ uenerimus: ut si cuipiam ulceri carnis plus quàm natura exigat superalitum sit, non quod carnem generet, aut restituat, sed quod demoliatur, & detrahat, & peredat, & corrumpat, adhibere cõuenit: quemadmodum & cauo ulceri aliqua in parte genito quod carne impleat admouere. Eatenus uero utroq; utendum, ut tum primum desinas, ubi ad cõmoderatum peruenerit, priusq; ad contrarium transcendat. Nam & carne supercrescente deminuenda nisi in symmetro substiteris, cauam partẽ repręsentabis: & caua recreanda nisi steteris, ibiq; in symmetro cessaueris, immodice carnosam efficies. Atq; in hoc quidem genere morborum, in quo ad maius minusq; diuertũt particulę, per cõtraria, uti dictum est, correctio obeunda. At in alio genere, in quo à naturali excedũt figura, quoniã plures sunt particulares differẽtię, contrariũ in singulis ijs operępreciũ est inuenias. uerbi causa, si qua gibbosior sit particula q̃ alias reddita, ea, premendo, pellendoq;, ad cõtrarium abducenda. quę cõpresse intro sunt ac ceu resimatę, foras reuocãdę, ut nasus. Quæ uero ex asperis leues euasere exasperandæ, quomodo & asperæ omnes leuigandę. Sic porrò et quæ cauitates, uel meatus, uel omnino foramina maiora minoráue, aut iusto inaniora, aut pleniora aut à crassis lentisq; humoribus conferta habere, hę quoq; deduci ad contrarium debent, donec perueniant ad commodum fuerit. Et quidem quæcunq; etiam à naturali situ euasere, ex auocatione in contrarium ad pristinã naturam reducendæ, retro nimirum acta ea quæ prorsum erupit: quæ uero in posteriorem locum discessit in anteriorẽ retracta. eodem modo & in oppositiõibus alijs duabus, sursum & deorsum, hinc atque inde. At si instrumentũ uniuersum corrupto naturali partium numero in morbum incidat, utiq; uel hoc loco intelligendũ est, alterum quãti excessum esse, alterũ defectum, ut in demutatione quoq; antedictũ est magnitudinis: medelam aũt, perinde atq; in illa, in ademptione atq; appositione fieri. cæterũ usq; eo differunt, ꝙ integras in hoc genere particulas, in illo particularum portiones auferre atque adijcere conuenit. Neq; uero in hoc solum genere considerandum est, sed in alijs etiam omnibus, quorũ emoliri indicationem facultas nobis est. nam morbi species correctionis duntaxat indicat modum. succurri uero possit nec ne haud etiã indicat. In effectiuis enim cunctis artibus, nõ ex rerum faciendarum notione, sed ex efficientis causæ potentia uel impotentia: præterea & materiæ copia uel inopia id genus sumitur. Earundẽ igitur rerũ alij impotentes existũt, alij potẽtes, eæq; fieri alio nequeunt tẽpore, alio queũt. Causa itaq; eorũ est quę circa corpus boni gratia fiunt natura & medicus. sed sunt quædã naturæ, quædã medicis negata. os adeo fractum ut diuaricent eius particulæ, peruersumq; membrũ sit, corrigere ac cõformare naturę nõ licet, at medico licet. sic luxati reponendi medico adest facultas, naturæ non adest. contra uero cauum ulcus carne implere naturæ datum est, medico minime. quemadmodum & semicoctorũ & incoctorũ quidq; cõcoquere. Verũ in hæc quoq; adminiculatur opitulaturq; naturæ medicus, tum purgantis medicaminis impositione ulcus repurando, tum quæ cõmode calefaciãt, ijs quæ cõcoquí possunt inferendo. Sunt item multa, quæ natura ipsa, cum ante ab ea effecta sint, facere denuo nõ possit: ut uenam, & arteriã, & colligamentum, & neruũ, & quęcũq; eius generis alia. Primũ itaq; est curatricis rationis ac uiæ, cõmunem scopum omniũ uti dictum est, reperire, nempe contrarias esse cõtrariorum medelas. Secundum, substituere in unoquoq; genere cõtraria. Tertiũ ad hæc, æstimare quãdo à nobis aut natura scopo, quem præfert indicatio, suppeditari opera ualeat, quãdo uero aut omnino, aut pro tempore, aut ex parte non possit. fueritq; nõ minima physicæ pars cõtemplatiõis: in qua exercitatus is oportet sit qui quid præstari in re qualibet futura queat aut nequeat comperit. Sunt porrò tractatus q id doceãt duo: alter qui de Zoogonia, id est animãtis generatione nominat: in quo quo modo ex semine & mẽstruo generationẽ habeat id qd' in utero gerit intuemur; & alter De naturalib. facultatibus. Dum em̃ de seminis natura inspectaueris, hæc tibi prorsus quæ nobis

nobis demonstrata sunt, si inspectionẽ demonstratiua expenderis methodo, ex eo apparebũt, quòd particulæ in fœtu gignantur plurimę, formãte eas facultate, ipsa seminis substãtia materię uice utente. atq; si id repereris, haud pręterea miraberis, si nihil post eiusmodi procreare unq; possit natura. at in eo qui de naturę agit uiribus, factarũ administrationẽ contemplaberis: ut uel inde copia tibi inuentiõis suppetat, quarum rerum faciendarũ tum ipsa per se, tum medicorum adiuta ministerio, compos natura aut impos existat. Nam loco illo, in quo de opificum potestate causarum, & eorum quæ efficiuntur substantia contemplamur, quę facturę idonea sint, quę non sint comperies uniuersa, uerbi causa si chartilago deperierit, num gigni alia deintegro, aut simile pro ea quidpiã possit. sic porrò & an facere os aliud, uel ei quid simile liceat, si id à partu interierit. & utrũ neruosa septi transuersi substantia coalescere, aut cor, aut iecur, aut alia deniq; pars quæuis ualeat. At mihi tẽpus hoc loco nõ suppetit uniuersa explicãdi. Non em̃ in hũc unum librũ medicina potest tota cõferri: neq; hoc sermo ab initio cõtendebat: sed methodos dicere, atq; de artis constitutione indicare, ex quibus & quot principijs, ac quibus cõficiatur uijs. Hic ergo præsentem sedatum sermonẽ, atq; in unum caput redactum cõstitutæ iam antea parti artis adijciam. ut enim illic salubrium ualetudinariorumq; corporum specie reperta, in particularibus ipsam materijs omnibus spectare operępretiũ esse ducebamus: ita nunc quoq; inuẽtis à methodo curãdi intentionibus, deferri. eas in particulares materias postulabimus: quo notũ sit quæ fieri in ea possint uel ex parte, uel tẽpore aliquo, quęq; omnino non possint. Cæterũ & hic proportionẽ ad alias artes inspectare est opus. Vt enim siquis fabricata ex coctis lateribus domo, deinde aliqua in parte diruta, reparare eam iusserit, eximẽdo quotquot perpessi lateres sunt, in illorũ uero locum alios qui uitio careant inserendo, necesse erit conditori, prius alios paret similes perpessis. & ad hoc prętera nisi prębere ędium dominus aptã materiã habeat, reparationem obiri nõ posse dicendũ est, ita se res habet & in proposito nũc speculamine. nam materię egestate nihil facere eorũ est potis natura, quę formando animali cõfecit ex femine. Verũ quoniam satis & de his uerba fecimus, addamus quę desunt sermoni, de quibus paulo ante cum auxilia inueniremus loquebamur. nam uelut generales ipsorum species percurrimus, nempe alia refrigerare, alia calefacere, quædam humectare, nõnulla siccare oportere. hi em̃ sunt in partibus similaribus scopi: quemadmodũ in his, quę ad magnitudinẽ spectant, uel detrahere, uel denuo alere. Sic & in ijs quæ ad numerũ, uel totam partem eximere, uel gignere. In ijs uero quę formationis sunt, ad naturales figuras reducere, & repleta euacuare, et uacuata replere, & obstructiones exobstruere, & osculorum reseratiões cogere, & clusa ac densata ad contrarium cõuertere, illa recludendo, hęc rarefacien do. Sic uero & in cõpositionis morbo scopus est ad naturalem statum reuocare. In soluta quoq; unione glutinationẽ discretarum partium moliri. Sed in his uniuersis adiumentorũ comperire materias pars haud exigua est artis: ut in luxatis exempli causa articulis, quoniã non solũ in partem priorem posterioremq; contingit, & dextram ac sinistram emotum membrũ transire, sed & ad supernum locum à musculorum contentione retrahi, usus duplex inserẽtibus motiõis exigitur, primæ, deorsum: secundę, in suum locum repositionis. eamq; ob rem sine contraria tentione fieri iniectio nequit. Porrò apprehẽsiõnibus tensionibusq; ad tentionẽ in diuersum ualentioribus opus esse perspicuum omnibus est. Verũ cum facere ea nostris quãdoq; manibus nequeamus, instrumẽta ad hoc reperimus idonea. Faciũt uero ex ijs plura & ad luxata reponẽda. suntq; instrumẽta hęc omnia materię quædã remediorũ: quemadmodũ & quæ accõmodantur omnia, medicamenta, cibaria, potiones, ac demũ quęcunq; corpori admota dictas dispositiones ad naturæ statũ reducunt. Cõuenit igitur medicum & de horũ materia negocium suscepisse, scopos quos ante expoſuimus cum materiarum usu conferentẽ, ne simili quopiam aliquando sit cum ijs detentus errore, qui quæcunq; refrigerari postulant, omnibus ijs frigidã aquam, quę calefieri, calidam cõpetere arbitrantur: haud intelligentibus per accidens quandoque & frigidam calefacere, & calidam refrigerare. Plurima de horum omnium methodo dicuntur in commentario De medicaminibus. Cæterum hoc in præsenti sermone addamus, auxiliorum materiæ genus eiusmodi uniuersum, in ijs quæ per os sumuntur quę fiunt, quę uacuanť, quæ deforis incidũt, positum esse: per quæ omnia ubi decurrerit, qui artem cõstituit, ac particularis materię uniuersę scientiã non solum facultatis, sed usus etiã obtinet, sic utique salubres causas cõpleuerit uniuersas, ut nihil ad curatricis artis constitutionem desideret: omnibus nimirum ijs in duo sese capita redigẽtibus, in corporum quibus remedia adhibentur notitiam, & ipsam remediorũ naturam. Reliquũ uero est ei res artis administraturo, speculationẽ quãdam inueniat, qua dispositiones dignoscat uniuersas, easq; præsertim quę circa partes intimas cõsistunt. neq; enim hic cuiusuis est morbosam singularum tum simpliciũ. tum instrumentaliũ partium dispositionẽ reperire cũ in profundo cõditę fuerint: sed hic quoq; ratione quadã ac uia partem affectã unà cum dispositiõe ipsam obsidente inuenire tentandũ est: de qua & nos latius alibi disserimus. Sed quemadmodum aliarum hoc in libro methodorum omnium percurrimus capita, ita de his quoque necessarium est dicere. ac primum sanè, quonam eorum quę prętер naturã sunt genere comparari dignoscendarũ ipsarum iudicio posse sperandum sit. sunt enim rerũ prętер naturã genera tria uniuersa, unum dispositiones quę functionem lædunt, alterũ harum causæ, & tertiũ symptomata.

Causæ

Causæ igitur potissimum quidem cum agunt appellatione dignãtur. sæpenumero tamen etsi non dum quicq; agant, ex eo solum quod possint dicuntur: ueluti & incoctio morborum auctor perhibetur, quamuis morbum nondũ afferat. Incoctionem aũt uoco, non coctionis tantum in uentriculo frustrationẽ, sed in uasis quoq;, & iecore, & mole uniuersa. Symptomatum porrò genus in tres differentias dirimitur, offensam actionum, accidentia corporibus, excernẽdorum immoderationes. Horum omnium causa est dispositio corporis: quã siue morbũ quis nominet, siue affectum, nil referet. ex symptomatis autẽ iure agnoscitur: quippe cum causæ ad ea rationem habeat. Itaque eorum nonnulla dispositiones ex necessitate consequitur, quædam non ex necessitate, sed uel sæ- B pissime, uel raro, uel ancipiti opinione: sicuti rursus alia symptomata necessario dispositionis differentiam sequuntur, alia magna ex parte, aliqua sic ut opinari utrũlibet possis, alia uero parcius. Quę ergo ex necessitate sequuntur morbũ symptomata, pathognomonica, id est passionis significatiua appellantur. atq; certa esse hęc morborum indicia ducendum est. quę uero non necessario, ea morbi aut differentiam, aut morem, aut magnitudinem indicant. Ostẽdam uno in exemplo dictorum cuiuslibet potestatẽ, ut inde ꝓmouearis, teq; ipsum eadẽ methodo exercere similiter in oĩbus possis. Suppositum sit phlegmone membranam quæ costas succingit laborare. Est hic nimirũ affectus C phlegmone: quæ quidẽ ex necessitate habet symptomata, tumorem præter naturam: ruborem, dolorem: quorũ duo nunc sub sermonẽ non cadunt, dolor aũt solus relinquitur, qui ad costas firmatur pungensq; fit. Dolet igitur homo, quoniã affectus phlegmone est. species aũt doloris, pungẽs: quòd membranosa sit & partis affectæ substantia. firmatur ad costam: quoniam in hac situs est perpessus locus. & quidem latissime quoq; diffunditur: quoniam et succingens ipsa membrana ad plurimum spacij extenta est. comitatur febris necessario: tum ob affectum, tum ob situm offensę particulę: quorum si absit alterum, non ex necessitate consequetur febris. neq; enim si phlegmone digitus doleat, omnino febricitant: quoniã à corde longe abest. nec cum succingentẽ membranã occupauerit affe D ctus, is aũt uel scirrhus uel œdema fuerit. Quin & ægra spiratio inter ea censebitur quæ affectum locũ necessario secuta sunt: quoniã respiratorij pars cuiusdam est instrumenti: ægrę tamen spirationis non ob partẽ species erit, sed ob affectũ. prohibet enim dolor, quo minus respirationis instrumenta plurimum attollãtur. itaq; respirationis actionem usu nondum completo: unde ad secundam actionem pergere cito coguntur, non tantum quietis adhuc quantum cum in naturali statu erant nanci scentia. itaq; fit spiritus paruus ac creber. Sed pulsuum quoque alteratio succingentis membranæ phlegmonem necessario assectatur, tum quæ à febribus inseparabilis est, tũ quæ pro loci affecti spe A cie consistit. pulsant enim ipsis arteriæ maius, celerius crebriusq;: quoniam febricitant. quia uero neruosa est pars quæ phlegmõe laborat, unà cum tentione ac duricia. Hæc itaq; ex necessitate succingentis membranæ phlegmonen sequũtur symptomata: ex necessitate aũt & quodpiã unum ex cõsequentibus, nempe decubitũ aut minus in affectum latus, aut in oppositum, aut in utrunq; similiter dolorem excitare. nam cum duplex membrana ea sit, si pars eius exterior circa ossa phlegmõe infestatur ualentius, facilius in oppositum declinantur. opprimuntur enim si super affecta cubent parte. quod si pars altera quę intus est, id quod magna ex parte accidere cõsueuit, in positum magis decumbentes dolent. suspensa enim ipsis pars est phlegmone uitiata. sin in latus perpessum, minus. nõ enim ad ossa cõprimit, nec pendet: sed ab horum utroq; libera euasit, ac super inoffensa parte altera firmata est. at affectis ambabus succingentis partibus, super latere similiter utroque decumbunt. Et quidem ut dolor quoq; alijs ad hypochondriũ pertineat, nõnullis ad clauiculam, facit tum læsæ natura particulæ, tum phlegmones symptoma, quod est doloris extensio. Quoniam enim ad clauiculas usq; succingens peruenit, ac per septum trãsuersum oĩe, si partes eius supernę phlegmone cõflictentur, trahi deorsum clauicula uidetur: si infernæ, dolor in hypochondrium erumpit. Phlegmonẽ igitur ad medium costarum paruam admodũ fieri opus est, ut neutrã ad partẽ efferat: quando quidẽ magna ad utranq; peruenit. Quin etiam ut ex parte phlegmone obsessa tenuis quædam sanies resudet atq; emanet, fiet tũ morbi nomine, tum particulę: quemadmodum & omnibus ijs usu uenit qui phlegmonen in ore atq; oculis cõtraxere. nam & phlegmone ex humorũ influentia oritur, & pars rara est: nõ quemadmodũ cutis, constipata ac densa. Cũ igitur in parte quæ phlegmonen patitur multa simul ac tenuis fuerit humiditas, & ipsa pars rara, plurimũ foras effluit: cum uero contrà, fluxus paucus crassusq;, & spissum corpus fuerit, minimũ ad tussim irritat, & nihil spuit: ueluti & cum prouenit copiosissimus, tussiunt plurimum, nec pauca expuunt. Ac seiungi quidẽ tussis ab affectu non potest: screatio aũt post tussim inseparabilis quidẽ minime est, sed magna ex parte fit. At uero si excreent, colorabitur sputũ necessario: eodem tamen nõ semper colore inficietur: siquidem nec in parte quæ phlegmone æstuat eiusdem semper naturę est excrementũ. Fluxus ergo qui phlegmonen efficit, cum sanguinolẽtus biliosusq; fuerit, (talis aũt in pleuritibus ex toto est) coloratur ab humore sputum qui in parte inflammata continetur]. rubrum quidẽ fit, ubi cruentum id fuerit quod in succingentẽ fluxit: flauum autẽ, cum biliosum. Si uero pituitosus primum humor incuneatus putrefactusq; auctor fluxus eius exstat qui phlegmonen commisit, tunc spumosa expuunt. quandoq; uero spuunt et nigra, assato nimirum fluxu, siue sanguineus, siue biliosus is fuerit.

Fluxus

Fluxus ergo differentiã id genus omnia cum par- A tis perpessæ atq; affectus dignotione indicabunt. Quocirca ad morborum atq; ęgrotantiũ locorum inuentionẽ planè ex ijs quæ diximus liquet, tum affectę cuiusq; particulæ substantiã, tum societatẽ cum proximis necessario sciendam. Quòd aũt nihil intersit, positum, an cõpositionẽ, an cum proximis societatem dicas, uel me tacente satis arbitror cõstare. Porrò illud quoq; ex dictis aperte dilucet, necessariam scitu partium singulariũ actionem utilitatemq; esse: & ad hęc ꝓterea generationes morborum atq; symptomatum. at si hoc, causas quoq; quę morbos pariunt. hęc enim & ad affectam partem quamlibet unà cum dispositionibus dignoscendam, & ad morbi ipsius differentias necessaria uidentur. Et uero morbi cuiusq; magnitu B do ac mos ex ijsdem his desumuntur: magnitudo, ex ipsorum dispositionis magnitudine, & sequentibus ipsam symptomatibus: mos autẽ, ex morbi differentia, & symptomatibus quæ ipsam consequuntur. Principio igitur, in proposito exemplo pernicioſissimus est melancholicus humor præpollens: tum q; & præditus ipse sit moribus pessimis, & maxime erodat, cõcoquatur q; egre, nec facile expurgeť, tum q; plurimę sit caliditatis index, à qua affatus genitus est. æquissimus omnium sanguineus, ut qui dulcissimus existat, & cõcoctu facillimus. relíq duo humores, inter hos medij sunt quod ad simplicitatẽ malignitatemq; attinet. Ex symptomatis uero, nihil expuere exitiale est: partim q; fluxum declaret à phlegmõe deuinctũ, par- C tim q; totus, propterea quoniã intus maneat, corrumpetur. expuere aũt sine dolore ac facile, mitissimũ est. at si & quod expuitur cõcoctum fuerit, ad huc & magis mitissimũ. Sed morem quoq; manifestant morbi, symptomata pulsuum. Iam uero & quęcũq; alia per consensum supueniũt, desipientię, comata, cibi fastidia, urinę, deiectiones, quæ huius aut huiusmodi fiũt. Nobis itaq; est in prędictis uniuersis meditandum, si morbum, partem affectam, morem, magnitudinem, eorumq; differentiam dignoscendi facultatem assequi uelimus. ex ijsdem uero his & quoniã terminaturus morbus sit præcognoscere, & usus dexter suppetet nobis adiumẽtorũ. nam præsensio medicũ mortis culpa uacare ostendit: obtemperantesq; ęgrotos reddit: D atq; antea multo remediorum tempus edocet opportunum. Quòd uero auxiliorũ dexter usus pars ipsa artis prędipua existat, cuius gratia sermo institutus est uniuersus, omnibus liquet. cæterũ quomodo ex ante dictis constet, paulopost explicabitur. nunc eĩ prius ijs quę percensebã finem imponere uolo. nam morborũ simul cum particulis ijs quę eos contraxere, in uno iam mihi exemplo exposita dignotio est. Nihil aũt ab re fuerit, aliud simile quodpiã addidisse. docet enim plura species eorum quæ excernuntur. ei uero coniunctum est corpus ex quo fieri excretionẽ cernimus: adeo ut ex ambobus coeuntibus firma ac constans indicatio una fiat. nam membranoso, si ita forte contin-

Galen.

gat, corpore excreto, indicatio ex eo ipso quod apparuit partem aliquã eiusmodi, ut membranosam superficiei habeat naturam, ulcere esse affectã demonstrat: definitam uero ipsam ac certam notificare non potest: deducit tamen ad partẽ ipsam affectam excretiõis locus. nam quod inferne deiectũ est, intestini ulcerationem declarat: quod superne euomitum, uentriculi: extussitum, sublinentium asperas arterias membranarũ: mictum, uel uesicę uel genitalium meatus. Hæc igitur ipsa, & ad hęc insuper ea quę per cõsensum, primariũq; affectũ laborant corpora discernere à se mutuo cõuenit antecedentia & cõsequentia & magnitudine & paruitate, & ꝓterea male utrunq; habentium accessione causarum. Itaq; complures uel acto in consensum cerebro, ex stomachicis dispositiõibus in melancholica, uel simul affectis oculis, in suffusorum symptomata incidere. Verũ in talibus, siquis diligenter animum attendat, ex incoctionibus dictos cõperiet sequi affectus, ac collectis in uentriculi ore excremẽtis, simulq; cum uentriculi os lædentibus concitari, uel iuuantibus conquiescere. Sed rationẽ nunc de partibus affectis uniuersam instituti nostri nõ est, quẽadmodũ nec aliud quidquam in arte perfectũ integrumq; explicare: uerũ ipsius duntaxat inuẽtionis methodum, & quo pacto fini artis cohęreat indicasse, necesseq; est ipsum per se quemque in notionibus omnibus quæ de ipsis à nobis cõscriptę sunt uarie exerceri tractati * bus perlegẽdis. Igitur addito eo quod in rẽ ꝓsentem necessariũ est, ad methodos quas diximus descendemus. atq; hic rei formã esse arbitrare: postea uero cũ materijs eam induxero, totam substãtiam, ubi particularia uniuersa explicauero, uti in paucis nunc feci exemplis: eritq; tibi hæc artis integrę pars constituta. Reliquũ uero est, & ad usum dextrũ adiumentorũ necessariũ esse ostẽdamus scire exacte partis curandę substantiã, formationemq;, ac situm. Docet ergo substantia primos morbos, qui per intemperiem fiunt, quatenus à naturali habitu excẽsserint: quatenusq; eorum quemlibet calefaciendum, refrigerandum, siccandum, humectandumq; sit. Formatio aũt tum ipsos per se edocet morbos, de quibus dictũ antea est, tum simul eorum magnitudinem indicat. quoad enim quisq; à naturali statu deflexit, eò magnitudinis ꝓuenit: simul uero cũ magnitudine & quonamusq; ad naturę moderationẽ per cõtraria reuocare eos oporteat, ex ipsa percipitur. Hęc igitur proportione respondent ijs quæ ad intemperiem pertinent. eximium uero proprium, uacuationis modum indicat ex oscillis, ac per eas figuras quas instrumẽtũ quod curatur adeptum est. at hoc rursus cõmune est cum ijs quæ à situ indicantur: de quibus iam agamus. Quęcũq; ergo in ipsis sunt tum ad magnitudinem dignoscendã, tum ad remediorum usus quantitatẽ proportione cõmunia, nihil ꝓtereа opus est referamus: quæ aũt peculiaria sunt deinceps dicenda. Cęterum quoniam & usus ad curationes maximus ipsorum est mistorum indicatio-

Isag. g nibus

nibus quæ à formatione ducuntur, hic sermo quo A
que methodi gratia cognoscẽdæ in paucis erit exemplis. Obstructio, unus quidem est instrumentalium affectuũ. nascitur potissimũ in iocinore, ob eius constitutionem, actionemq; : nam uenæ, quæ à portis in sima uisceris uniuersa finduntur, oscillis, quæ in gibbo sunt, cõmittuntur sensu obscuro. alimentum uero omne sursum ex uentriculo ad locum unum effertur iecoris, quẽ ab hoc ipso quod nunc dictum est, portas nominant. neq; enim urbes introire quis potest ante, q̃ portas peruaserit, neq; prius penetrare in iecur alimentum, q̃ ad id loci peruenerit. inde autem in sima uniuersa distribuitur iecoris: postea per quos diximus fines in gibbum trãssumitur. Nihil igitur mirũ crebris ob- B
structionibus, tum ob uasorum angustiã, tum ob permeãtis copiã substantiæ corripi uiscus. Quam obrem erit ipsi medela, priusq; fiat obstructio multiplex, & homo febricitet, ingestio tenuantium ciborum ac medicaminum: quòd si fuerint multæ, non ipsa solum, sed etiam euacuatio est: quam per quę loca facere oporteat, formatio uisceris situsq; indicabit. Ex his igitur auspicãtes, dirigemus quę in simis iecoris sunt excrementa ad intestinũ: quæ in gibbis, per urinas euacuabimus. sic & quæcũq; in thorace & pulmone continentur uacuationis egentia, per tusses ab ipsa edocti sumus formatione ac positione expurgare. eodem modo & cerebrum obsidẽtia in nares trahere. Maxime uero & C
partiũ sanatio quæ phlegmone laborãt, ex positu ac formatione desumit. nam & horũ quidem scopus primus est, euacuatio humoris qui in partem phlegmone cõflictantẽ ruit. Quonã aũt pacto ipsum educere cõueniat, indicat cõtinentium instrumentaliũ partiũ natura. His ergo docẽtibus, qui in coxẽdicẽ fluxus decubuere, per poplitũ ac malleolorũ euacuabimus uenas: uti sanè & quę in uteris hæresciũt: quę in thorace ac pulmone habent, per uenã cubiti internã: quæ in capite & collo, ex humeraria. proximarũ em cõmuniũq; affectę pticulę uenarũ euacuatio optima est, atq; facillima. Porrò & particulã phlegmõe affectã per halitũ digere re, habet quidẽ & id certe indicationẽ ex morbo: cęterũ euariat in remediorũ particulari usu, atq; à situ perpesse particulę indicationẽ assumit. nã quę D
per summa corporis extãt particulę, in ijs discussiorum tale esse medicamentũ cõuenit, quale species phlegmones indicat. quę latẽt in profundo, tãto acriora requirũt medicamina, quantũ ab exterioribus recesserunt. ꝓinde cucurbitula in ipsis quandoq; egemus, si alte desitæ admodũ sint: id qd' superficialib. phlegmõis est pugnantissimũ. Ita uero & sicubi astringẽte opus fuerit medicamine, situs egẽtis loci spectãdus. nã si quod adstringit ptinge re ad ipsum sufficiat, nihil prohibet quo minus eo utaris. sin idoneũ non sit, cõsiderandũ num humiditatẽ simus ex antepositis partibus acturi in affectam. quamobrẽ aut adstringẽti medicamẽto admiscenda uis est quę dux uelut uię sit, aut eo non utendũ. Maxime igit̃ lędere eos noui, qui sangui-

nem ex pulmõe extussientibus adstringẽtia per totum thoracẽ medicamẽta in orbẽ circũponũt. nã pręter id quod eorũ facultas in pulmonẽ nõ penetrat, sanguinẽ etiam q̃ in thorace est ad uiscus compellunt. Quę de his dicta sunt, in rẽ pręsentẽ sufficere arbitror. Tantũ igitur de ijs insuper locutus digrediar, nempe hanc methodũ tractiõis esse duntaxat formã: scientiã aũt enarrationẽq; per partes corporis singulas, ipsam uelut uniuersam substantiam: quã in alijs cõmentationibus late explicuimus. Deinceps itaq; de diuinatiõe dicamus: quandoquidẽ nobis utilis cũ ad alia quędã, tũ uel maxime ad curationẽ uisa est. Primũ igitur diuinatricẽ cõstituere artẽ uolenti cõsiderare ante est necesse, utrum quemadmodũ tempus uitæ cuiusq; natura animalis propriũ obtinet, ita & quilibet morbus, adeo ut quatuor dierũ spacio solui nequeat is, cui duorũ mensium terminũ natura pręscripsit, an cõtra & lõgo tẽpore affligere, & solui celerrime possit. Nunc sanè cũ medici iam plures futurorũ sint pręsagiendorũ facultatẽ adepti, nõ amplius quærunt idiotæ utrũ præsensio futuri euentus aliqua cõstare queat an nequeat: sed deinceps omnes uoluti de re cõparabili habẽt: rogãtq; medicũ quodnam præfiniatur tempus morbo soluendo. Nihilo uero deterius ad pręsens negociũ fuerit, nunc primum subiecisse nos, prænoscendi artẽ constituisse. nam & alia omnia in sermone ita trãsegimus. Vnũ itaq; ac primũ necesse est, si aliqua sit pręcognitio, nõnulla esse in futuro tẽpore dubio procul eucntura; deinde quonã possint modo inueniri, ac quot & quæ ea sint spectandũ. non em quæcunq; sunt circa ęgrotantẽ oritura necessariã generationẽ obtinẽt. Tumultus ergo ex uicinis per noctẽ, & canes latrantes, & iniucundi quidã nunciꝰ insomnes ægrotos reddunt: quorũ nullũ neq; generationẽ habet necessariã, neq; firmam diuinationẽ. Num igitur quæcunq; morbi ratione efficiunt, definitã generationẽ certamq; pręcognitionẽ habent? An neque hæc uniuersa, potest enim superfluus intra corpus humor aliquis in particulam necessariam uitæ quampiam repẽte influere: quemadmodum alius rursum ex parte principe in uiliorem transire. enimuero eum qui in præcipuã illatus est, summum periculũ: qui in nõ primariã partem transmisit grauit, subita atq; inexpectata salus laborantis necessario cõsequetur. Huiusmodi igit̃ statuũ ipsum hoc tantum pręnoscas licet, nempe incõstantiam lubricitatemq; : nõ tamen quò terminaturus morbus sit exacte cõperias. At in quibus non amplius diffluunt excremẽta, sed in locum unũ quendam grassata illum occuparũt, præsagiri futurum in ijs potest: intelligentibus nobis nõ paucas quibus animal regitur facultates esse naturæ, ac qualis earum sit differentia. Et quidẽ sanè etiam quæcunq; per totum animal in sanguine excremẽta sine immodica deferũtur multitudine, ea quoque singula statum tẽpus coctionis propriũ obtinebũt: si modo excrementi cuiuslibet naturã inuenerimus. ita nanq; & de eius cõcoctione artificiose coniectare

nonnihil

nõnihil licebit: si recte omnia uidelicet circa ęgro A
tum gerantur. nam quæ perperã à quoq; aguntur, eæ causæ existunt, ut aut morbi solutio prorogẽt, aut mors anteuertat. idq; per totum sermonem opus est, si & aliud quidpiã, meminisse: sola enim optimi medici pręsagia, curãte quidẽ ipso eueniẽt, ægroto aũt nihil delinquente. Cęterũ medicis putãre id genus, quale uates pollicẽt, constare diuinationem, ridiculum est. illi enim nono, si ita forte contingat, die seruatum iri aiunt hominem, non etiã si cuncta recte administrẽtur addentes. huius etenim ipsius pręcognitionẽ, nempe q̃ omnia prospere uel infeliciter cessura sint circa ægrotos profitentur. at medicus nõ ita prędicit futurũ: uerũ septimo uerbi gratia die: si omnia ut oportet aganꝰ, B
solutum iri morbũ: ubi uero quicq; admissum est, si paruus quidem error hic sit, relabi solutionẽ ex septimo in nonũ posse: si maior, in undecimum: si multo maior, in quartũdecimũ: si perquãmagnus, periculum pro certa salute securum. Attentus enim semper duobus his medicus est uelut oblectatoribus, nempe morbo, & naturę. ac primum quidem euadendũ uel pereũdum homini esse, ex robustiore dignoscendo diuinationẽ facit: deinde uero & præfiniti tẽporis ex eo, q̃ quanto alter ualentior sit intelligat. Neq; est quod mireris, si utriusq; robur cõtemplatus, uictorem cõperieris futurum. uidemus enim nõ paucos gymnasticos, ex primis motionibus quibus inter se luctatores agitantur, qui uictoriã adepturus sit antefari: sępe & C
cum uictoria, succubiturũ breui aduersariũ, illiq; mancipium futurum. id porrò agũt, cum alterum altero magno quodam discrimine robustiorẽ cernunt: Itaq; sanitatẽ ac mortem non ex alijs meditationibus præsentiet medicus, q̃ ex morbi, ac naturæ robore exacte agnoscendo. Ex ijsdẽ uero & terminum utriusq; inueniet. in propinquo em morbi solutio erit, cũ bene ualuerit facultas. sin fuerit imbecilla, morbus aũt ualidior, mors maturabit. præscriptiõis uero tempus indicat magnitudo excessus. Ab ijs quidem scopis medicus prædiuinandi facultatem consequitur. cęterum ex qualiũ rerum perspectione scopos dignoscere ei suppetat, latius in libris De iudicationibus dictũ est. dicetur uero & nunc, ut aliorum omniũ, ita huius quoque uni D
uersalis ratio ac uia. Ergo robur naturæ, ex proprijs, præsertimq; ex pulsuũ actionibus agnosces: quandoquidẽ uitalis opus ij sunt facultatis. Morbi magnitudinem, ex suis accidentibus. Quãtum uero alter alterum superet, coctionibus, incoctionibusq;. Has ipsas, ex propriꝭ excrementis: quæ quidẽ in aluo sunt, per inferne sublabentia: quę in uasis, per urinas: per sudores uero, quæ toto corpore cõtinenꝰ. sic & alias quęcunq; in parte quapiã una pluribus ue cõsistunt: quę in thorace quidẽ ac pulmõe, per ea quæ extussiunt: quę in uesica uel renibus, per ea quæ in urinis deferunt. iecoris autem sima, & mesenterũ quomodo prædita uiribus sint, ex ijs quæ per ima descendunt noueris. & per ea quæ uomũtur, superior uenter ac stomachus. quæ per palatum uel per nares & aures excernuntur, quomodo affectũ robore cerebrum sit declarabunt. Enimuero commune in omnibus est, non prius dissolui morbum posse, q̃ aliquod in decedentibus excrementis coctionis indicium apparuerit. ita siue aures, siue oculi, siue fauces male habeant: uel (ut semel dicam) coctiones omnes celeritatem iudicationis, securitatem salubrem significãt: cruda aũt & incocta, & quę in malos conuertuntur abscessus, infectas iudicationes, uel labores, uel tempora, uel eorundẽ recidiuas portendunt. Hæc de diuinatiõe in præsens sufficiunt. est enim sermo de ijs omnis suis particulatim tractatibus habitus, ijsq; maximis, ac præcepta ferè uniuersa cõplexis, qui de pulsibus, de diebus iudicialibus, de iudicationibus inscribunt: nam ex quibus quis maxime pręsentiat, per hos tres palàm factum est. Finẽ obtinere arbitror uniuersam curandi rationem ac uiam. Quoniã uero & morbis liberatos ad salubrẽ ualetudinẽ perduci, & qui in morbos declinant rapiunturq;, eis præcauere, & pręterea sanitate integra fruẽtes, in hoc cõseruare cõuenit, artisq; partes hę tres reliquæ sunt, tentãdum quoad licet breuissime, & de harum constitutione nonnihil dicere. Cum ergo proditũ quoque antea sit, genera pręter naturã tria esse rerum uniuersa, causas, dispositiões, atq; symptomata, erit pars artis prævidens, quã sane & proprie Græci prophylacticen uocant, in primo genere cõsistens. Cum enim uel multitudo aliqua humorum, uel uitiositas, uel obstructio, uel corruptrix uis in corpore prouenit, periculum est, quantum nondum ægrotarit, morbo corripi hominẽ: quãdoq; uero in summũ discrimẽ adduci. Nec facile porrò causę cognosci huiusmodi possũt: ut quę hominẽ nõ infestent: quemadmodũ uidelicet & canis uirus rabientis: cuius signũ in corpore non continetur ullũ, antequam prope ad rabiem qui cõmorsus est uenerit. Proinde & huiusmodi gratia causarũ, laborantes ipsos de singulis quę ipsis contigere interroget necesse est medicus. cum tamẽ copia humorum, aut prauitas succrescit in corporis mole, aut uiscus quodpiam obstruitur, ea per quædam symptomata licet agnoscas, media eorũ quodãmodo D
quæ in sanis sunt, & quę contingũt laborantibus. Nam quæ in sanis existunt, secũdum naturã cuncta atq; inculpabilia sunt: quę ægrotantibus accidunt, præter naturã, nec crimine uacãt. at quę his interiacent media, sunt quidem ex eorum genere quæ morbis eueniunt, cæterũ exigua adeo magnitudinibus, ac uiribus imbecilla, ut ab ipsis nondum solitæ cuiq; actiones prohibeant. Siue enim sit capitis dolor, aut partis cuiusq; alterius, paruus adeo est, ut nondũ lecto continere se hominem cogat: sed & siue grauitas uel in hypochondrio, uel capite, uel alia parte aliqua, aut uiscere, neq; hæc à consuetis negocijs auocare idonea est. magis uero etiã corporis tumor, aut macies, aut pallor, pigritiaq; ad motus, uel somnolẽta dispositio, uel insomnia, à functionibus uitæ administrãdis abdu-

cere haud sufficiunt. ac multo sanè magis appetitus delectus uel intentus ciborum, ambo nanque non exacte sano proueniunt corpore: quemadmodum & seipsos præter rationem sitis expertes uel siticulosos, uel stomachi aut uentriculi morsu cõflictantes, uel lassitudinarios sentire. Talis imago ac formula est eorũ quę in morbum delabentibus contingunt. Correctio aũt efficientiũ ea dispositionum, summatim perstrigenti, per contraria, ut supra ostensum est, obitur: particulatim uero persequenti, superfluũ uniuersum euacuare conuenit, distinctione, quomodo superfluũ sit, utrũ ut quantum, an ut quale, an ut utrunch, adhibita. quod autem redire in naturalem statum ualet, alterare per contraria, crassum lentumch tenuãdo, tenue crassando, utrach cõmuniter cõcoquendo, obstructiones autem abstergendo. quæ uero præter naturã toto sunt genere, ut uenena, ac spicula defigentiũ animalium uirus, alterando, uacuandoch. Alterationes quidem per ea moliemur, quæ uel tota substantia, uel qualitate una, duabus ue cõtraria sunt. euacuabimus aũt trahentibus facultatibus. Cæterum quibus hęc quisch facere possit auxiliis, ex dispositionibus ipsis sumendum. nam si omnes perinde aucti humores fuerint, potissima ac maxima per uenæ sectionem uacuatio est, dein per frictiones, exercitationes, balneas, atch inediam. ita quoque uacuandum si sanguis solus copia exuperauerit. sin flauæ aut atræ bilis humor, aquosum ue aliquod humoris serum, uacuatiõe quidem, sed non similiter agendum. Nam quę in primis uenis sunt excremẽta, deiectoriis: quę in aliis, per urinas quidem aquosa ac tenuia: per purgationem aũt, bilosa expurganda. tenuia quoch deiectoriis euacues licet. quæ aũt in toto habitu tenuia sunt, per sudores, each medicamenta, quæcunch cuti admota sicandi natiuã uim habent. Bilosa, purgatione primum, deinde cutis euacuatiõe. Sin pituitę humor redundet, salsam purgare, acidam redditam alterare, opem naturæ ad eius concoctionem ferentes, tentandum est. dulcis aũt multo etiã facilius concoquitur. Perducunt ad cõcoctionem, quies & calefactio moderata, bonich succi modicorum esus ciborum, & modice calefacientis uini potus. Calidatem modicam efficere possunt, frictio mediocris, & commodi aquarũ calidarũ usus, cibariach & medicamenta, quæ haud magnopere calfaciãt. Obstructiones detergent cibaria, & potiones, & medicamẽta, quę tenuare sunt natura idonea. Horum aũt materias quomodo inuenire ac iudicare conueniat, uno exposuimus opere, quod De simplicium facultate medicamẽtorum inscripsimus. dictum est & in libro De uictus ratione attenuante. Itach tempus iam est sermõe ad eos qui ex morbis conualescunt transeamus: in quibus nec causa præter naturam ulla, nec dispositio, sed sola cum infirmis uiribus gracilitas inest. Quamobrem sic quoch affectorum deductio ad naturę statum, educatio est, ac corroboratio, quæ ex cõmodis motionibus, atch alimentis exultat. Materias porrò uel hic, per quas motus ac nutritiones erunt, per salubrem tractatũ aperui. Verum ne præsenti quidch sermoni desit, nunc methodus quoch salubris dicetur cõmentatiõis uniuersę, nedum eius qua ad analeptice, hoc est refectrix appellatur. ac primum quodnam genus eius sit, num id quod præsentem statum tuetur, an hoc solo à curatorio differat, ꝙ correctionem in paruis moliatur. haud enim sanè priorem seruanti habitum corpori, præsidie arte opus fuit: sed ipsum hoc causa est, ut scientiam, quę prouideat, requirat: nempe ꝙ labefactet, nec quale ante erat permaneat. Si igitur solum hoc ipsum quod est uacuari difficilech contingit, cibus & potus quod deest supplebunt. sin aũt uel copia subest humorũ, uel praua excrementa, exercitationũ ipsarum usus exigetur, quæ eò spectent, ut euacuent, purgentch humorem, & concoquãt excrementa. præterea & causas uitent uniuersas, quæ ipsam corrũpere sanitatẽ poterũt, algorẽ, æstum, lassitudinem, incoctionẽ, ebrietatẽ, insomniã, tristitias, iras animos, & alia quęcũch id genus. haud eñ sermone etiamnũ singillatim euagari oportet, iam cõpleta quam proposuimus hypothesi. Institutũ enim est, non fusa explicatione De partibus medicinæ omnibus dissertare, uerum quo pacto à finis notione, ut aliarum quæuis artiũ, sic & huius constitutio fiat ostẽdere. Et uero quoniã id executi iam sumus, medicinæ sermonẽ per capita uniuersum repetamus, cõtinuo & quam ad alias quascũch effectiuas proportionem habeat ostendentes. Est ergo medicina una effectiuarũ, non simpliciter tamẽ, perinde atch ędificiaria, lignaria fabrica, arsch textoria, sed ut reparatrix collapsę domus, ac lacerarum uestiũ sartrix. Verum quoniam & harũ ipsarum duplex ostensa est constitutio, ipso per se interim artifice exemplum generante, quandoch extrinsecus existens cõruente, ex secũdo genere medicam artem demonstrauimus. nõ enim suũ ipsa exemplum format: totũ uero ipsum per dissectionem diligenter cõtemplata, quod labefactatur emendare nititur. Cæterũ à prædictis partibus eo distat, ꝙ maxima ex parte naturæ operanti submistret: speculationem tamen omnem ex qua progrediens medicus corrector ministerch est, effectuis alijs artibus adepta est pro portione consentaneam. nam & partiũ similarium substantiam nouit, & instrumentaliũ generationis modum. prętea & affectuum inuentionem similiter, & pro quoch eorum scopos consecit curationis.

FINIS Claud.

CL. GALENO ADSCRIPTAE FINITIONES MEDICAE.

BARTOLOMAEO SYLVANIO SALONENSI INTERPRETE.

153

FINITIONVM tractationem cum medicis omnibus, tum uel maxime introductitijs iuuenibus lõge utilissimam decreui, ut medicorum optime Teuthra censuisti, colligere ac scriptis mandare. Cum enim medica ad usum uitæ ars conferat, sitch ad hominum salutem inuenta, ac pulchra nec pauca præcepta contineat, neque eam assequi facile esse uideatur, utilissimæ erunt finitiones: ut quæ multa docere paucioribus possunt. Optimum enim in artibus scientijsch omnibus genus docendi id est, quod non uerbosa oratione, atque in infinitum excurrente, sed paucis contenta perbelle dignoscitur. Veteres quidem, quich ante Hippocratem fuere, in quorum nos uolumina incidimus, nec aliqua finiuerunt, quæ ad artem pertineãt, nec libros cõplures, sed paucos admodum reliquere. His igitur iure laus debetur, quòd animum applicuerint primi: ac uitæ emolumentum aliquod inuenire studuerint. Post hos uero exortus Hippocrates medicinam literis prodidit, finiuitch eã in libello De arte: ille nimirum, qui semper bonorũ auctor ac princeps fuit: cuius apud Græcos omnes memoria in æuum durabit: quandoquidem publice est de omnibus bene meritus. Cæterum qui ab ijs temporibus extitere, finitiones perscripserunt: tametsi ne ij quidem omnes. Sedulam autem in ea commentatione operam nauasse uidentur sectatores Herophili, & Apollonius Memphites: & præterea Athenæus Attalensis. uerũ hi quoch nec decenti usi sunt ordine, nec tractatum composuerunt: sed in libris conscripsere passim. nec ea præterea plene descripta sunt. non enim omnia quæ ad medicinam spectant finiuere. Porrò quòd uera cõmemoremus, licet dictorum uirorum libros euoluentibus discere. Nos uero longũ sermonem ingressi, finitionesch à maioribus proditas ad uerbũ describentes, iustum ipsis imponemus ordinẽ: & si quæ ab antiquioribus dictæ non sunt, cõficientes ipsi, constituentesch (ut tu quoch operę preciũ esse censuisti) absoluta collectanea concinnabimus. His ego bone Teuthra mihi persuadeo nec fuisse iuuenibus instituendis, nec fore utiliores. atch hæc hactenus. Primum autem necesse est dicamus quid sit utilissimum, ac doctrinæ ordini maxime conueniat: & quid ipsa finitio sit aperiamus: tum finitiones dehinc subnotandæ.

154

Finitio igitur, seu Græce ὅρος, ex nonnullorum sententia, est oratio, quę quale sit illud de quo sermo est declarat. finiri aũt & hoc modo potest, Finitio est oratio mentis cõceptionis. quidã sic quoque finiuerũt, Finitio est oratio, quæ perfectionẽ per resolutionẽ adipiscit. Finitio, est, quę nos breui submonitione in rerum uocibus subiectarũ notionem ducit. uel, Finitio est oratio, quæ ipsum esse declarat. uel oratio quæ nobis intelligentiã rei indicat ac palam facit. Diffinitio uero, quam scilicet Græci λογισμὸν uocant, est rei, quę uelut uniuersaliter dicitur, sed uniuersalis non est, per appositionẽ ad uniuersale deductio. Descriptio, est oratio, quæ rudius ac quadam ueluti formula ad declarãdæ rei notitiã introducit. alij sic, Descriptio, est oratio, quæ res per rudem imaginem representat. Scientia, est comprehensio certa & firma, necch à ratione decidua. licet & hoc modo finias, Scientia est habitus, qui opinionem præbet ex uisionibus haud ratione deerrãtem. Ars, est comprehensionum globus cõmeditatarũ ad finem aliquem rerum quæ sunt in uita, perutilem. uel sic: Ars est commeditatarum globus comprehensionum ad unum finem relationem habentium. Hippocrates in libello De arte, medicinam ita finiuit: quam primus quoch medicinam nominat. esse enim inquit à morbis prorsus uindicare laborãtes: & morborum obtundere uehementias: & morbo profligatis manum nõ admouere: intelligentes compotem [non] esse omniũ medicinã. plures hoc pacto finiuere: Medicina, est ars quę præest sanis uictus ratione regendis, atch ęgrotis curãdis. Secta, est decretorum multitudinis assensio artificiose cõstructorum, atch ad unum finem relationẽ habentiũ. aut sic: Secta, est decretorum multitudo, quæ tum se mutuo consequũtur, tum cõsequi apparẽt, aut putantur. possit & ita quispiã dicere: Secta, est dogmatum multitudinis consensus, quæ se inuicem & apparentia cõsequũtur, aut cõsequi existimantur. inuenitur & finitio huiusmodi quædam: Secta, est assensio dogmatum multitudinis, quę tum ad seipsa, tũ ad apparentia cõsequentiã habent. uel ita: Secta, est assensio ex dogmatum multitudine, sequelam inter se ad unum finem habentium. Decretum seu dogma, partim proprie, partim cõmuniter dicitur: cõmuniter, rei consensio in actu: proprie autẽ magis, rationalis secta dogmatica uocata est. Medicinæ sectę duæ sunt primæ, Empirica, & Rationalis. & tertia Methodica. Quartam aũt sectam inuenisse uidetur Agathinus Lacedæmonius: quam Græce ἀθροιστικὴν, quasi supercompositiuam dixeris, nominauit: nõnulli uero hecticen, id est, habitricem appellarunt. Est Empirica

Empirica
Rationalis
Methodica

secta earum rerũ, quæ sæpissime numero, ac secun
dum idem atq; eodem pacto quodammodo usi
sunt. Rationalis aũt secta scientia atque operibus
constat, quæ hanc in medendo cõsequuntur. Me
thodica, est ratio quæ ab apparente progreditur,
& incõperti comprehensionem facit: ut si sunt su
dores, sunt exigui cutis meatus, apparẽs enim res
sunt sudores: esse aũt meatus incompertũ est. Syl
logismus est ratio, in qua positis quibusdam aliud
quidpiam ab ijs quæ posita sunt, quod antè igno
rabatur, per necessitatem colligitur. Epilogismus
est ratio quę id quod ab intelligentia diuertit in fir
mam certamq; notitiam adducit. Speculamẽ, seu
potius Græce Theorema, res est uniuersalis, quæ
medicinæ fini consequens ponitur. uel proloquiũ
uniuersale medicinę cõpletiuum, uel Theorema
est id, cuius cõtrarium raro euenit. Opinabile an
ceps, quod Græci ἀμφίδοξον uocãt, est id cuius per
inde euenire cõtrariũ potest. Finis, est cuius gra
tia res medica administrat. aut hoc modo; Finis,
est id, ad quod quæcunq; medicæ artis sunt refe
runtur. sic quoq; finias licet: Finis in medicina, est
id, qđ si assequuti fuerimus, nihilo pręterea ege
mus. Cõsummatus medicus est is, qui in specula
tione & actione numeros omnes expleuit. Opti
mus est, qui oĩa in medicina recta agit ratione.
Homo est animal rationale mortale mentis capax
& scientię. Anima est substãtia animata sensu præ
dita, quę impetu mouet ac uoluntate. Anima est
substantia incorporea, quæ per se ex Platonis sen
tentia mouetur. Stoicis uero, corpus tenuium par
tium, quod ex seipso pro seminis mouetur rationi
bus. ut autẽ opinio fert Aristotelis, entelechia seu
perfectio instrumẽtarij corporis uitã facultate ob
tinẽtis. Corpus, est magnitudo triplici dimensiõe
cõstans: quippe cum longitudinẽ in seipso, & pro
funditatẽ, & latitudinẽ habeat. uel magnitudo ex
spatijs tribus cõsistens. Elementũ, est ex quo pri
mo & simplicissimo progenita omnia sunt, & in
quod simplicissimũ resoluentur. Athenæus uero
Attalensis in tertio uolumine ita inquit: Elemen
ta medicinæ, uti nõnulli arbitrati ueterũ sunt, cali
dum, & frigidũ, & humidum, & siccũ: ex quibus
homo primis apparentibus & simplicissimus mi
nimisq; est constitutus, & in quæ ultima apparen
tia & simplicissima ac minima resolutionẽ capit.
Elemẽtatio est, eorundẽ doctrina secundũ idẽ, eo
demq; modo. alij sic: Elemẽtatio est, forma † ab e
lementis ad finem. Cõstant corpora nostra ex soli
dis & humidis & spiritibus. Solida sunt ossa, char
tilagines, nerui, musculi, uenæ, arteriæ, & quæ in
cõtectu sunt uiscera. Humida, humores, & excre
menta. Spiritus uero, natiuus calor est in corde
desitus. Anatome, hoc est dissectio cõsectióue, ab
ditarum partiũ speculatio est. Cõsectionis species
duę sunt, altera quam de industria aggredimur, al
tera quæ casu euenit. per industriam constat ea
quã tradũt dogmatici partiũ occultarũ gratia uel
in uiuentibus, uel in mortuis: & uel in totis, uel in
partibus. casu euenit, ex ijs quę cõtingũt: ut ex uul

Forte pro δεῖ δὲ, id est, forma legendum δεῖ δὲ id est, uia.

nere magno accepto. soli aũt hac utuntur empiri
ci. Chirurgia, est intrepidarũ manuum celer mo
tus cum experientia. uel actio in medicina, per ma
nus artificiosa, cõuenientis finis cõpos. Pericra
nia, membrana est neruosa totam caluariam com
plexa. Meninges, sunt quæ cerebrũ ambiunt cor
pora neruosa arteriosaq;. Cerebrũ est album, mol
le, uelut è spuma quadam concretũ, humidum &
calidum. Cerebellũ, secundum locũ à cerebro ob
tinet, similis cum eo naturæ, ac caloris. Dorsi me
dulla cognata cerebro est, cæterum pinguior, can
didiorq;. Oculi, sunt qui ex quatuor constant tu
nicis, neruosi, sensum obtinentes subiectorũ colo
rum, magnitudinũ, ac figurarum. Aures, neruosę
& chartilaginosę, quæ uoces earumq; differentias
sensu dijudicãt. Nares, neruosę, chartilaginosæq;
sunt, odorum perceptrices. Lingua, uenosa est, &
carnosa, suppinguis saporũ gustatrix, adiutrix de
glutiendo alimento. Larynx, chartilaginosus est,
per quẽ spiritũ attrahimus, uoci cõcinnandę alio
qui deseruiẽs. Pulmo, est arteriosus, ex leuigatis,
asperisq; cõstans arterijs, fungosior, respirandi in
strumentũ. Thorax, est ex uenis, & arterijs, & ner
uis ad respirationẽ incitandã à natura constitutus.
Cor, neruosum, musculosum, uenosumq; est, ha
betq; arterias coni figura, suppingue, ex quo arte
rię exoriunt, ac uenę, per quas sanguis, ac spiritus
immittunt. Septum transuersum est neruosum, ui
scera quę in thorace ab ijs quę sub thorace sunt di
spescens ac separãs. Iecur substantia uenosum est,
& calidum, ac sanguine affluẽs, primamq; genera
tionẽ sanguinis plurimã molitur. uentriculo quo
que ad concoctionem obeundam præsto est, sua
ipsum propinquitate concalefaciens. Lien, ueno
sus est, arteriosusq;, qui cũ tenuia uasa, atque inter
ea cauitates multas obtineat, ob id rarus laxusq;
est. Stomachus, neruosus est, & arteriosus, instru
mentũ appetitus, ac deuorationis. uel etiã meatus
humidi sicciq; alimẽti. Ventriculus, neruosus, ali
menti humidi & sicci receptaculũ est, ad id conco
quendum præparatus. Intestina, neruosa sunt, alia
ad excipiendũ, alia ad excernendũ recremẽtũ pro
genita. Renes, carnosi sunt, carne cõstãt friabilio
re, isthmi humidi excremẽti, ac uelut lacunæ à na
tura cõditi. Vesica, est neruosa, humidi recremẽti
conceptaculũ, eiusdemq; excernẽdi instrumentũ.
Testes, carnosi, persragilesq; sunt, humidi & cali
di, meatibus contenti seminis, qui parastatę à Grę
cis dicuntur, concoctioni opitulantes. Parastatæ,
sunt (quasi latine astites nominentur) qui ex uena
& arteria constant in unã naturã consertis, semen
confouentes. Matrix, id est uulua, foris neruosa
est, intus carnosior, uas uetus gestãdi. [hęc à Grę
cis ὑστέρα quoq; appellatur, quòd ὕστερον, id est po
strema sit partiũ omniũ.] Excretio, est delatio ex
crementorum corporibus adhærentium. Stercus,
est expurgamentũ alimẽti in cõcoctionis, digestio
nisq; consummatione discretum. Vrina, est super
fluitas excolata sanguinis in magna uena, quę per
renes, & ureteras in uesicam delabitur. [aliter.

Vrina

Vrina, est excremẽtum, quod in iecore gignitur,
discernitur in renibus, per ureteras in urinariam
uesicam deriuatur, excerniturq; inde per eius col
lum, οὐρήθρας nomine Græcis appellatũ ex eo, q̃
per eam urina deferatur. Efficiens causa est urinę,
sanguinis generatio in iecore * supprimitur, uel per sanguinis in grumulos concretio
nem, uel q̃ genitalium meatus concidat ac cohæ
rescat, uel ob renum consensoriũ affectũ, uel pro
pter ulcerationem. Vrinæ suppressionis appella
tio prima, est ischuria sis * urina retinet. secunda, dysuria, quę urinã quidem * ter
tia, stranguria, ex eo dicta, q̃ urina στραγγοειδῶς, id
est guttatim destillet] Humores quatuor sunt, ex
quibus animal cõsistit, sanguis, pituita, biles duæ,
flaua, atraq;. hęc enim medicorum filij uocãt ele
menta: quãdoquidem sanguis, calidus, humidus,
dulcisq; est. pituita, frigida, humida, salsa, glutino
saq;. flaua bilis, calida, & sicca, acrisq;, ac mordax.
atra uero, sicca, frigida, acida, atq; grauissima. San
guis calidus est & humidus, in uenis copiosus, in
arterijs paucior, ex quo alitur animal. Pituita, fri
gida est & humida, ad ciborum deuorationem, et
articulorum motum à natura subiecta. Bilis flaua,
calida est & sicca, ad stomachi robur, ac uẽtris ex
cretiones comparata. Bilis atra, frigida est & sicca,
uti diximus, & acida, & grauissima. sedem habet
in liene: mista autem in sanguine est. itaque ab eo
secernitur, ne crassus, ignauus, ac digestu difficilis
reddatur. [Quatuor pręterea melancholici humo
ris differentiæ sunt: primus est elementarius: dein
qui ex superassata flaua gignitur bile, quem bitu
minosum quoq; nominamus, quòd bituminis in
star splendeat: & qui ex terrificata, seu putrefacta
pituita oritur: & qui ex fœculento sanguine consi
stit. Bilis flauæ sex discrimina habentur: bilis ele
mentaria, uitellina, glastea, porracea, æruginosa,
& pallida. Pituitæ differẽtiæ, dulcis, salsa, & qua
litate carens. Humores item tribus modis in uen
triculo degunt: nam aut innatant, aut imbibũtur,
aut inducuntur.] Mucus, est expurgamentum ce
brí, quo pars animæ princeps leuetur. Sudor,
est tenuis ac seросæ colatura humiditatis sangui
ni immistæ. Vena, est uas sanguinis, & sanguini
contemperati spiritus natiui, neruosa, humida &
calida, sensum obtinens. [habet tamen sanguinis
plus, natiui spiritus minus] Arteria, est uas san
guinis pauciоris, puriorisq;, & contemperati spi
ritus genuini copiosioris, ac tenuioris, calidior &
siccior, ac sentientior quàm uena, pulsatili motu
prædita. [aliter, Arteria, est corpus cauum, dupli
ci constans tunica, * spiritum uitalem
suppeditãs. excipit & purum aerem, dum contra
hitur: cum attollitur, fumosa excernit ac fuligi
nosa: & cor ac naturæ calorem refrigerat. Vsus igi
tur pulsus is est, ut per aerem refrigeret aeris quo
que ipsa substantia, quòd spiritui nostro addatur,
generatio, additioq; est spiritus animalis.] Neruo
rum tres differentiæ sunt: qui enim ex cerebro,
& dorsi oriuntur medulla ij proprie nerui: qui ex

musculis, tendones: qui uero ex ossibus, ligamen
ta appellantur. Nerui, qui à cerebro eiusq; mem
branis communes expullulant, sicciores uenis, ac
minus calidi, & arterijs sentientiores sunt, ac uo
luntarios motus absoluunt: qui autem ex ossibus
prodeunt, articulos, & corporis membra colligãt,
ac continent. Musculi, sunt neruosa corpora, per
mista ijs etiam carne, ad partium corporis motum
procreati. Periosteæ membranæ, sunt inuolucra
tenuia, fibrosa, uelut indumenta ossium à natura
conditæ. Pinguedo, est affusio alimenti, circa mẽ
branas maxime concrescens, sensu carens. Caro,
concreta, ex sanguine est, humida & calida, molli
tudinemq; corpori adhibens. Medulla, in ossibus
est, eorum cauitatibus contenta, pinguis, ac sensu
uacans. Chartilagines, corpora sunt terrosiora, ac
sensus experția. Ossa, sunt corpora sicca, & terre
stria, & frigida, nec sensum obtinẽtia. Dentes, sunt
qui cibum diuidunt, atque conficiunt, nõnihil &
ad uocis articulationem conferentes. [Vraniscus,
id est, paruum cœlum, quod latine palatum dici
tur, pars est oris superior, à cœli similitudine no
men accipiens. Gargareo, seu columella, carũcu
la est à faucibus dependens, uocis instrumentum.
Præsepiola, siue alueoli, sunt cauitates ossium in
quibus dentes firmantur.] Vngues, sunt neruorũ
terminatio, decoris gratia progeniti, ac quo faci
lius quidquã sit apprehendere digitis. alij sic, Vn
gues, sunt cutis concretio sicca & frigida, ac sen
sus impos. Pilus, est corpus frigidum & siccum,
sine sensu, ad tutelam, ornatumq; genitus: [orna
menti quidem gratia, in capite & mento: in genis
autem, & supercilijs, ad usum. oriuntur in capite
plurimi, ob cutis siccitatem: ac fuliginosorum co
piam excremẽtorum: quæ sursum ab infernis par
tibus ad ea loca mittuntur. Densantur porrò his
de causis in ætate uigentibus. tum q̃ excremento
rum copia prædita sint, tum q̃ cutis meatibus con
stent ampliоribus: nec sit in ijs cutis arida nimis
uel mollis. contrà uero in pueris, quoniam nec su
liginosorum excrementorum subest multitudo,
neque facti sunt in ijs meatus: magisq; ob angu
stiam id genus meatuum. Cæterum caluescunt
homines duabus de causis, ob siccitatem exupe
rantẽ, ac pilis conuenientis alimenti defectum.]
Cutis, est corpus neruosum, ambitum corporis
honestamenti gratia totum operiẽs, ac noxijs cau
sis arcẽdis procreatum. Semen, est uis in humido
conspersa, rationem huius continens: quæ uis, si
congruas nanciscatur rationes atque materias, in
hominis generationẽ explicat. uel aliter hoc mo
do, Semẽ, est humor in uasis, quę à testib. exoriun
tur, contẽtus, calido spiritu cõstans, ex quo nasci
hominẽ licet. uel, Semen, est spiritus calidus in hu
mido, q̃ ex seipso mouetur, ac gignere tale potest,
quale id à quo emissum est. [uel auulsum materia
lis animæ partis cum spiritu humido.] Zeno au
tem Citieus ita finiuit, Semen est hominis abstra
ctum ac maiorũ generis mistura, quod homo cũ
animæ parte humida transmittit, utique tale exi-

stens, quale id à quo excretũ est. Natura, est ignis artificialis, qui uia in generationem tendit. [mouetur & ex seipso efficaciter] siue, ut Plato inquit, ars diuina, uel Natura, est uis, quę ex seipsa mouetur, auctor formationis, generationis, perfectionisq;. Dicitur natura & uniuscuiusq; rei temperamentum atque habitus. motus quoq; per impetũ excitus, & quae animal moderat natura facultas nuncupatur à physicis uiris, Hippocrate inquã & Galeno, utique naturae, ac medicinae peritissimis. Natura item, est spiritus calidus, qui ex sese pro seminarijs rationibus mouetur, quiq; in prefinitis certisq; temporibus, ac magnitudinibus homines generat, perficit, atq; conseruat. Habitus, est spiritus continens partes ac cohibens. Appetitus, est [cibi & potus] desiderium, inquisitioq;. Deuoratio, est solidi, & humidi in uentriculum attractio, quę à stomacho fit. uel hoc pacto, Deuoratio, est ingestio humidi, solidiq; alimẽti. quae ex ore per stomachum in uentriculum fit. Concoctio, est mistio, & succatio, uelut elixatio alimenti in uentriculo, atque intestinis, in digestionem per mutationẽ absoluta. aliter, Concoctio, est confectio alimẽti per mutationem in uentriculo, & intestinis. uel sic, alteratio prompta ad sanguinis generationẽ, quae à natura fit per caliditatem, elixationi similis. Concoctiones alimenti fieri putat Hippocrates à calido innato: Erasistratus contritione, & molitura, & amplexu uentriculi, & adscititij spiritus proprietate: Empedocles autem putrefactione. alij, quemadmodum & Asclepiades Bithynus, ex crudis fieri digestiones affirmarunt. idem quoque animam esse quinq; sensuum exercitationem dixit. Sanguificatio, est mutatio alimenti in sanguinem. Digestio, est concocti, & confecti, & in sanguinem conuersi alimenti in corporis particulas omnes & partes attractio, quã natiuus calor molitur. quidam hoc modo, Digestio, est concocti alimenti in totum corpus attractio, quam naturalis obit calor, cum propria mutatione confectioneq;. Auctio, est profectus corporum in lõgitudinem, latitudinem, & profunditatem. Nutricatio, est additio, quę corporibus in circuitum, ac latitudinẽ fit. Aetates quatuor sunt, prima iuuenum, secunda uigentium, tertia mediorum seu cõsistentium, quarta senum. Iuuenes, temperatura calidi & humidi sunt, ac similes ueri. Vigentes, calidi & sicci, eandem cum aestate temperaturam adepti. Medij, frigidi & sicci, autumno consimiles. Senes, frigidi & humidi, ac similes hyemi. Redundat sanguis iuuenibus: flaua bilis uigẽtibus: medijs atra: pituita senibus: quoniam innatus calor est iuuenibus multus: uigens uigentibus: medius medijs: senibus paucissimus. Iuuenta, est in qua augescit animal, calore atque humore in ipso incrementũ capiente: quo tempore & aequalia alimentis delibamenta sunt: aut eo quod defit, plus est quod adgignitur. Vigor, est aetas, in qua auctum perfectumq; animal est, absolutis in eo calore atq; humore: paremq; ijs quae dimanant cum ijs quę in-

A geruntur modum obtinẽtibus. Senectus autem, est aetas, in qua deminuitur animal ac deficit, decrescentibus in eo calido & sicco, frigido autem et humido augescentibus. Respitatio, est motus thoracis & pulmonis. eius partes sunt expiratio & inspiratio. uel hoc modo, Respiratio, est attractus aeris per os & nares in cerebrum, & in cor per fauces atque pulmones. eius uero aeris nonnihil & in uentriculũ aduenit: atque ex accepto portio quaedam exigua in aerem ambientem retribuitur. Perspiratio, seu difflatio, est attractio aeris praeter uoluntatem, à naturali calore per cutem simul cum demeantibus facta. aliter, Perspiratio, est aeris ex

B corpore attractus cum naturali appetitu per totum corpus, & rursus per uias ac meatus excretio. Pulsus, est cordis, & arteriarum naturalis dilatatio, atque cõtractio. sunt autem partes pulsus dilatatio, & contractio. uel sic, Pulsus, est cordis, & arteriarum, & cerebri, eiusq; membranarum naturalis, ac preter uoluntatem motus, per amplificationem, cõtractionemq;. potes & ita finire, Pulsus, est caloris, qui in corde, & arterijs continetur, naturalis motus, nec à uoluntate proficiscẽs. [alij sic, Pulsus, est cordis, atq; arteriarũ naturalis per

C dilatationem ac contractionem motus, ad innati caloris refrigerationem, & uitalis incrementũ roboris, & animalis spiritus generationem, uel Pulsus, est uerax eorũ nuncius quae in profundo delitescunt, & uates obscurorum, & incertorũ index, motu cõcinno, ac musica percussiõe dispositionẽ prenũciãs inuisibilẽ. Pulsus aũt genus, est motio, quę nec sedari potest, nec à uolũtate progreditur, in sempiterni motus distentione ac contractione cõsistens, atq; in corde, & arterijs principiũ obtinẽs. Arteria uel circulariter mouetur, uel in rectũ. constat in orbem non moueri. q̃ autem neq; in rectum agatur, hinc planè noueris. à loco in locum demigrant quaecunque in rectum mouentur: finemq; obtinent motionis. non ergo in rectum mouetur. quòd si, cum duo sint motus, neutro cieatur, non igitur mouetur. at enim mouetur: atq; misto dicimus motu agitari, circulari, & recto. Porrò an mista huius motio sit, rationabilis demonstratio est centrum. centrum appello mediũ punctum, à quo sese dilatans arteria foras erumpit, & ad

D quem rursum se contrahens redit. hac igitur ratione moueri in rectum uidetur. ex eo autẽ, q̃ in orbem perpetuò agatur, speciem nobis inuehit circularis motionis. Motio sex modis conficitur, per generationem, corruptionẽ, augmentũ, decremẽtum, alterationem, atq; à loco in locum translationem. Pars princeps animae, est ea, quae toti praest animantis gubernationi, in cerebri penetralibus, ac basi constituta. quidam hoc modo] Pars animae princeps, ea habetur, quae partibus animae praest, ac ueluti regina dominatur atq; imperat, et in cerebri basi sedem obtinet. Pars autem famulatrix, principi subdita est atque ancillatur, in reliquo corpore collocata. Sensus, est affectus animę per corpus, nuncius rei quę mouere idonea est. est

enim

enim sensus agens facultas. Sensorium, est instrumentum, quod sensum aliquem creditum habet. Sensibile, quod sub sensum cadit. Sensu uero praeditũ, est ipsum id quod sentit: uerbi gratia, Sensus, est uisus, gustus, olfactus, ac sensus reliqui. sensorium, uel oculus, uel nasus, uel lingua: quae & sentiendi instrumenta nuncupantur. sensile, lignum, uel lapis, uel paries, uel columna, & quęcunq; sensibus succumbũt. sensus autem compos, Theon, & Dion, & quęcunq; sentiunt animalia. Sensus quinq; sunt, uisus, auditus, gustus, odoratus, tactus. Ministrãt porrò hi famulanturq; animae, ut Asclepiades Bithynus affirmat: quã proinde esse quinque sensuum exercitationem dixit. Visus, est

A qui fit per oculos, contemperato in ipsis tenui spiritu, pupillae locum potissimum obtinẽte, per quẽ uisoriae apprehensiones fiunt. [uel Visus, est facultas aeriae substantiae, splendoris speciem referens. Contuitus autem, actiuus est.] Auditus obitur per spiritum auribus temperanter insertũ, siccioremmagis quàm tenuiorem, quo auditorię apprehensiones efficiuntur. Olfactus absoluitur spiritu in naribus contento uligínoso halituosioreq;, per quem olfactilium fiunt apprehensiones. Gustus, est qui fit spiritu linguae insito magis humidiore. Tactus, est qui per spiritum corpus permeantem perficitur, quo apprehensiones fiunt corporeae. Transitiuus motus, est animaliũ, qui per appeti-

B tionem fit, parte nimirum animae principe auctore, spiritu uero, qui cum neruis extenditur, transferendis membris subministrante. Vox, est quę fit per principis animae motum, sese ac spiritũ simul per fauces usq; in pulmones & linguam extẽdentis, nempe ijs uicinũ aerem diuerberantibus. Memoria, detentio conseruatioq; in anima est earum rerum quas antea obseruauimus. nõnulli hoc modo, Memoria, est praeteriti comprehensio, cuius presens fuit ex sensu perceptũ. Recordatio, est cũ praeter caetera spacio multo temporis interueniẽte rursus cogitatio oritur adeo, ut quę prius animũ mouere ad memoriam reuocẽtur. Somnus, est remissio animae secũdum naturam à finibus ad principatum. uel Somnus, est animae delatio secũdum naturam à finibus ad principium. [alij sic, Somnus, est quies, uacatioq; ab animarijs actionibus.

C conciliat hunc utilis materia quę ex stomacho in cerebrum colligitur, quaeq; magis humidior ac mediocriter calidior est.] Vigilia, est extensio animae à principio ad corporis partes omnes, atque particulas. Sanitas, est humorũ primorum, qui secundũ naturã in nobis sunt, proba temperies. aut naturaliũ uirium actio minime impedita. uel Sanitas, est cõmoda quatuor elemẽtorũ temperatura. constat namq; animal ex calido, frigido, humido, sicco. quidam hoc pacto, harmonia, seu concinnitas constituentiũ hominem calidorum, frigidorũ, humidorum, ac siccorum. Accidunt porro sanitati pulchritudo, bonus habitus, integritas. Pulchritudo quidem, non qualis comptricis artis per faciei illinimenta, capillorumq; infecturam, ac simi-

D lia uendicatur. Bonus habitus, non qui à gymnastica, sed qui per sanitatis consequetiam constituitur. Integritas uero, est cunctarum partium numeris omnibus absolutarum roboratio commensuratioq;. Quibus itaque adest pulchritudo, ijs bonus color, proportio membrorum, ac cõcinnitas suppetunt. est enim pulchritudo, proportio membrorum cum coloris probitate. Sanitas à bono habitu eo differt, quòd sanitas bonus habitus est commoderatus. habitus autem bonus sanitas intensa. bonus uero exercitatorũ habitus ne sanitas quidem esse potest. Corporis uirtutes, sunt sanitas, robur, pulchritudo, integritas. Animi uero, prudentia, modestia, fortitudo, iustitia. Sanitas porrò modestiae proportione respõdet. est enim sanitas, me-

A dia primorũ temperatura, cõstitutioq;. Modestia autem, est purum ab omni affectu animum reddere: nempe uoluptate: metu: tristitia: libidine. quam ob causam animi motus imperturbatos tranquillosq; exhibet: estq; hęc animae constitutio, ac sanitas. Rursus proportiõe robur corporis, animi fortitudini consentit: est enim Robur, firmitas, ac uis inexpugnabilis corporis ab ijs rebus, quę corrumpere corpus censentur. Fortitudo, animi robur, et strenuitas ad ea perferenda, quae mortis: laboris: aerumnę: ac denique omnium, quę grauia: & terribilia esse uidentur, speciem impensius praese ferunt. Similis autem iustitia rursus pulchritudini uidetur. pulchritudo namq; in membrorum symmetria cum coloris bonitate intelligitur: iustitia

C autem, in eius commensuratione, quod in re quaque exuperat. cuique enim pro dignitate tribuit: ut dijs: parentibus: cognatis: amicis: familiaribus: ciuibus. Prudentiae uero integritas cõfertur. hęc enim corporis membrorum: prudentia autem, rectarum animi comprehensionum consummatio est. Secundum naturam sanitas est. Praeter naturam morbus. [Quod autem est natura, id nec secundum naturam, nec praeter naturam iam est: ut gracilis admodum, ac siccus: uel crassus iam, & prepinguis: uel qui naso est adunco, aut simo: uel caesijs oculis: uel qui uarus, aut uatia est. nam qui ita se habent] nõ sunt secundum naturã affecti. nã

D symmetriã etasere. uerum nec praeter naturam rursus. non enim impediuntur functionibus administrandis. Esse autem non natura eiusmodi est, ut neq; secundum naturam, neq; praeter naturã, neq; natura existat. tales sunt uitiligínosi: aut acrochordonibus, myrmecijs ue, ac similibus praediti. hęc enim neq; secũdum naturam sunt mala: siquidem à naturali statu excessere: neq; uero praeter naturã, cum naturales minime impediant actiones. uerum neque natura sunt. non enim ea fuere à principio genita: neq; à prima generatione constitere. non natura ergo ut sint relinquitur. Enimuero quod constat natura, ei quod secũdum naturam, & quod non natura, ei quod praeter naturam habet, ratione proximum est. Partes itaque ad uiuẽdum progenitę proprię sunt cerebrũ, cor, pulmo, iecur, uẽtriculus. offensis eñ ijs animal protinus,

aut

aut postmodum interit. ad commode autẽ uiuendum, ac citra molestiã, doloremq́, oculi, manus, pedes, & partes corporis reliquae. hę namq́ si affi-
ciantur, uiuit animans quidem, at minus feliciter uiuit. Aegrotatio, quę Græcis νόσος uocatur, est primorũ intemperies, quę secundum naturã consistunt. uel intemperies insitorũ nobis humorũ. uel naturaliũ facultatum prępeditio. uel uersura corporis ex eo quod secundum naturã est in id quod prẽter naturã se habet. uel Aegrotatio, est primorum intemperies, in qua siccum, aut frigidum, aut calidum, aut humidũ prævalet. Aegrotationi opportunissimae constitutiones corporũ ex partibus constant temperatura cõtrarijs: quemadmodũ optimae corporum structurę sunt quidem ex instrumentalium symmetria, similarium autem proba B
temperie constitutae. Affectus, est impeditio functionis alicuius naturalis, aliquarum ue. Herophilei hoc modo, Affectus, est qui nõ semper eodem tempore soluitur: sed in breuiore quandoq́, interim & longiore. Morbus, quod Græci νόσημα appellant, est habitus ægritudinarius totius corporis, aut partis. Morborum alij acuti sunt: alij peracuti: alij diuturni: quidam continui: quidam intermittentes. Acuti sunt phrenitis: lethargus: pleuritis: peripneumonia: [febres ardẽtes: continentes: tertianę.] Peracuti, synãche: cynãche: apoplexia: cholera: tetanus. Diuturni, tabes: renũ morbus: articulorũ: aqua inter cutẽ: marcor: comitialis morbus: & similes. Cõtinui, hemitritea: typhodes, id est succẽsa, quę sic uocaẽ febris: & ardẽs. Intermit C
tẽtes uero, sunt tertiana: quotidiana: quartana: gentana: & quę his similes sunt. Morborum preterea quidã acuti sunt & cõtinui: ut ardẽtes febres: phrenitides: pleuritides. hi enim acuti cõtinuiq́ sunt. Nõnulli neq́ acuti, neq́ cõtinui: quales diuturni. Febriũ occasiões quatuor sunt: quas etiã temporanominamus, irruptio, auctio, uigor, declinatio. Hippocrates nouem morborũ differẽtias nouit, acutũ, peracutum, malignũ, diuturnũ, mediũ, exitialem, euasoriũ, periculosum, periculo uacãtem. Peracutus affectus, est facultate, & specie maior, difficiliorq́ acuto, qui in nouẽ diebus fermè iudicatur. hunc etiã acutissimũ appellare consueuit. Malignus morbus, magnus, grauisq́ est potestate, specie uero imbecillis, nec tẽpora certa habet D
iudicatiõis. Diuturnus morbus, est q in peius mutaẽ ac melius, in mẽsibus, annisq́ iudicaẽ, aut etiã cũ homine interit. Medius morbus, q inter diuturnum acutumq́ est, is quoq́ in melius ac deterius cõmeat: atq́ in sexaginta ferè, aut octoginta diebus iudicaẽ. Exitialis est morbus, qui prorsus exitiũ affert, uel breui, uel in plurimo tẽpore. Euasorius est morbus is, qui nunq́ fit perẽptorius. Periculosus, qui ad pernicieẽ & salutem æquale habet momentũ. is anceps quoq́ dici, aut ambiguus potest. Periculo caret morbus, qui semper ad salutẽ, quantũ in ipso est, uergit, idemq́ potestate cũ euasorio est. Morbus imagine uel specie magnus, est ut uulnus in carnosis locis multũ spatij occupans, A
magnus autem re uel effectu, ut punctura in neruo, uel musculo, quę parua uisui apparet, ui autẽ est magna. Infirmitas qđ Græci uocãt ἀῤῥώστημα, est morbus inueteratus cũ multa imbecillitate. uel infirmitas, est morbus imbecillis uires diminuẽs. Morbus, id est νόσημα, permanẽs stabiliscq́ circa corpora cõstitutio est quę uita participant. Herophilei affectum eũ esse aiũt, qui facile soluitur, ac dimouetur: eiusq́ esse in humidis causam. Acutus affectus, est is qui facilem solutionem uel internitionem, quantum in ipso est, habet. Fusanei morbi, sunt qui omni tempore, & loco fiunt. Vernacu li, qui in quibusdã locis abundant. Vulgares, qui temporibus quibusdam plures eodem in loco corripiunt. Pestilentia, est morbus, qui in omnes, aut plurimos grassatur, ab aeris corruptione proueniens, quo fit ut quamplurimi intereant. fertur & quædam huiusmodi finito, Pestilentia, est communis affectus plurimorum, qui sub idem tempus per urbes, natiõesq́ acuta pericula, mortesq́ infert acutas. Finire & hoc modo possumus, Pestilentia, est uersura aeris, qua de re nec ordinem proprium seruent anni tempora, simulq́ plures ab eodem morbo intereant. Causa, est quæ in corpore quidquam facit, expersq́ ipsa est corporis. Est autem alia procatarctica, hoc est antegressa, uel externa, alia contentiua, seu coniuncta, quædam antecedens. Antegressa, est quę cõfecto opere discessit: uelut canis cum momordit: & scorpius cum ictum inflixit, & inustio à sole, quæ febrem parit. Contentiua, est quę cum adest presentem seruat morbum, sublata tollit: ut calculus in uesica: in oculo aquula: pterygium, encanthis: aliaq́ id genus, quæ ponunt medici non in causarum duntaxat, sed in affectuum quoq́ ratione. Athenęus autem Attaleus sic inquit, Causa, est ea quę facit. hæc autem est procatarctica. aliter, Causæ sunt procatarcticæ, quę ante totam operis consummationem existunt, quasq́ nulla antecedit. Antecedens causa, est quę ab antegressa prorsus aut partim constituitur. nonnulli sic, Antecedens causa, ea est qua presente adest effectus, & aucta augetur, & minuta minuitur, & sublata tollitur. Per se finiens est causa, quæ ipsa per se finẽ facit. Concausa, quę cum alia pares obtinẽs uires, opus molitur quod facere sola per se ipsa nõ poterat. Adiutrix causa, est quę opus quidem conficit, sed ęgre, quapropter alij consociatur, quò rem assequatur facilius, quã prompte obire seorsum nequit. Causæ sunt manifestę, quæcunque ex seipsis facientes agentesq́ sensu deprehendũtur. aliqui hoc modo, Manifestę sunt causę, quæ & apparent ipsę, & opus consentanee sibi fieri ostendunt. Non manifestæ, sunt quę non ex seipsis, sed per signa deprehenduntur. quemadmodũ Obscuræ, quę neq́ ex seipsis noscũtur, neque ex alijs. Pro tempore obscurę, sunt eæ quę absunt aliquãdiu, ac rursus uenire sub sensum ualent. Notatio, est per notã, uel per notas, seu signa perceptio. uel Notatio, est signũ quod rem minus patentẽ. quampiã declarat.

Signum

Signum, est rei quæ contingere debet dignotio. A
nonnulli hoc pacto, Signum, est id, quo cognito aliud quod ignotũ nobis erat deprehenditur. Passionum significatio, notatio interiorum, exteriorumq́. Diuinatio, eorum quæ euenire debẽt scientia est. aut Diuinatio, est præscire quæ sint corpori euentura. Prognosticum, seu diuinatorium signum, est ex quo noscitur futurum. Prędictio, est futuri pręcognitio prẽnũciatioq́. Pathognomonicum signum, est id ex quo affectus dignoscitur. Concursus, quam Græci uocant syndromen, est congressus symptomatum. Symptoma, est accessorium affectus. Auxiliaria signa, sunt ea ex quibus curationis, quæ in ipsis obseruata est, cõmonemur. Auxilium, seu remediũ, est quod hominibus utilitatis gratia admouemus, ex quantitate, B
qualitate, ordine, atq́ occasione compositũ. Curatio, est ordo auxiliorũ consequentiam habẽtium. uel opportunitas, & tẽpus muneris præclare obeundi: uel temporis cõmoditas in qua opem ferimus laborantibus. Indicatiuum signum, est quod primas sibi uendicat in minus manifesti alicuius deprehensione idem bonum consequẽtis. Suggerens memoriæ signum, est, ut aiunt empirici, res quę apparet, atq́ ex antegressa obseruatione innotescit, utilis rei quæ cognoscitur ad memoriam reuocandæ. Præsentium prędentia signa sunt pathognomonica omia, id est affectuum indicatiua. hęc enim cum fiunt atq́ adsunt, adsunt perinde & affectus: cum cessant, morbi quoq́ soluuntur. Præsentia præteritorum sunt signa, ut facti prius ulceris C
cicatrix. Præsentia futurorum, ut cadaueroſa facies mortis. Preterita autẽ sunt præteritorũ signa, ut cum remissio à declinatione, deferbuisse morbum significat. Prędenta præsentiũ, ut esse ab aspide demorsum inter exitialia censeri. sunt qui hoc modo dicant. Præterita prędentium, ut tenue intestinum uulneratum esse, ideo pernicioſis adnumerari. Præterita futurorum, ut confracto contritoq́ osse tofum contrahendum. ei namq́ oportet tofum obduci dum ad pristinum statum redit. nonnulli uero sic, Preterita futurorũ, ut de capite dempto osse cicatricem sequuturam. Superuenientia
* prędentium, ut in seniibus sauciatum periclitari ex uulnere. Superuenientia uero succedentiũ, ut ex D
uulnere conuulsio. non enim uiuit prędenta is quẽ conuulsio excepit. [Febris, est innati caloris declinatio ad statum qui præter naturam sit, pulsibus quoque uehementioribus, ac crebrioribus redditis. uel Febris, est cordis arteriarũq́ caliditas præter naturam, uitalem firmitatem lædens. aliqui & hoc modo.] Febris, est redundãtia caliditatis morboſæ seſe efferentis cum pulsuum id genus mutatione, ut frequentiores, uehementioresq́ euadant. quidam autem sic, Febris, est naturalis spiritus intemperies ad calidiorem ac siccioremstatum degenerans. Febris continens, est ea quę nec noctu nec interdiu intermittit, [neque] remissiones inferẽs, neq́ accessiones. Caulus id est ardor, est febris quæ cum inflammatione multa fit, nul-

lamq́ requiem corpori prębet, linguam assiccat, denigrat, frigidæ desiderium affert. Pemphingodes febris, est quę per caloris intensionem pustulas in ore, quę Græcis phlyctides dicuntur, generat. Lipyria febris, est ea in qua extrema, & superficies refrigerantur, uritur profundum, excretiones detinẽtur, aspera sitientibus lingua est, pulsus paruus atque obscurus: quasi calor se intro receperit. Fluxuoſa, seu fluens est febris, quę cum alui fluore, sępe uero & uomitibus refrigerationem infert: subitamq́ uirium deiectionem, cum siti, & insomnia, & pulsuum paruitate. Adstricta febris, contraria est fluxuoſæ, excretiones non importat, pulsus magnos seruat, longiore spatio temporis corpus emaciat. Icteriodes, hoc est auruginoſa febris, ea
est quæ similẽ galgulo auí, quã Græci icteron uocant, colorem molitur, iecur in sublime attollit, linguam assiccat, cutem † fœdam atq́ horribilem reddit. Pestilens, est quę cũ multa caliditate sitim inextinguibilem inuehit [bilis omnis generis uomitus] fœtidas alui excretiones ac uirulentas, ut paludium graueolentiæ sint quę excernuntur similia, urinas multas, ac tetri odoris, pulsus paruos, obscurosq́ iuducit. Ignaua est febris. quę cum capitis grauitate prouenit, uel sanguinis per nares eruptiones, uel excretionis suppressionem affert, aut corpus euenientibus necessario symptomatis ægre afficiendum comparat. Horrida, est quæ habet admistam rigori caliditatem, pulsus adeo infirmos, ut ne ad tactum quidem usque perueniant, C
sed intro recesserint. hac detentis uenter tumefactus murmurat: lingua humida admodũ est, quæ quiddam acescenti simile habet, quo ueluti saliua circũluitur. Typus, est intensionũ remissionumq́ ordine succedens redditio. uel hoc pacto, Typus, est passionis tempus, cui & accessio & remissio ordinata contingit. Periodus, siue circuitus, est tempus in morbis, ex intensione & remissione consistens. Quotidiana febris, est quæ singulis diebus noctibusq́ parte plurima eiusdem temporis innotescit. Tertiana, est quę uno die, uel nocte una affligit, sequente intermittit, tertio repetit. Quartana, est quæ uno die, uel una nocte inclarescit, deinde bíduum intermittit, aut noctes duas, quarto recrudescit. Hemitritæa, uel latine, si uerbum de uerbo exprimas, semitertiana, est ea quam nos ex ueteris magistri sententia qui in primo Epidemiarum acutam febrem eam dixit, haud prorsus quidem intermittere, cæterum diem unum aut noctem leuiorem inferre, alterũ grauiorem affirmamus. qui autem à methodo sibi denominationem uendicant, paruam hemitritæam duabus constare intermissionibus putauerunt. Errabundę febres, uocantur quę non prędinite, nec recto ordine, sed incerto statu prouenĩunt. Diastole, est elatio, ac uelut cõsurrectio cordis, & arteriarũ, & cerebri, eiusq́ membranarũ, in longitudinẽ, latitudinem, profunditatemq́, sensibilis tractui. Systole, est cõtractio, atq́ collapsus, qui sensum quidẽ nil mouet, cęterum consentanea ratione, ac conse-

quentia

† al. squallidã ac luteam

quentia deprehẽditur. Palpitatio, est elatio & submissio cedentis corporis nec renitentis, quæ fit à spiritu, nec perpetuò durat, sed certis cietur temporibus. alij sic, Palpitatio, est elatio & submissio musculosorum corporum, quæ à spiritu efficitur, nec semper fit, sed statis temporibus. Pulsus magnus, est qui fit arteria multũ sese in longitudinem & profunditatẽ ac latitudinẽ diducente. Paruus, est qui cõtra in minimũ spaciũ longitudinis, profunditatis latitudinisq; assurgente arteria celebratur. Medius, est qui his ambobus interiacet secundum longitudinem ac circularem dimensum, nimirum circumferẽtia quoque digitis sese ad proportionem offerente. Plenus pulsus, est is qui subtactum cadit distentus adeo, ut ipsa quidem crassior facta uideatur arteriæ tunica, maxime uero quod intra eam claudit, humidius uniuersum, ac corpulentius deprehẽdatur. Inanis est pulsus, in quo tum ipsius amplexus arteriæ gracilis omnino, ampullosusq; est, infusa quoq; materia uix perceptibilis, atque exilis adeo, ut si quis etiam digitos imprimat, inanis occurrat apprehensio. Durus, est in quo neruosa, ut quispiam dixerit, arteria uidetur, ac rigida, & tensus qui subest spiritus, quo fit ut ictus uim quandam repercutiendi habeat. Mollis, duro cõtrarius, nempe qui arteriam remissam, mollemq; obtinet, ac spiritum qui inest exolutum, ictumq; leniorem. Humidus, est qui mollis, ut & contenta in eo substantia mitis sit, & humiditate quadam tactui occurrat. Siccus pulsus, ita est ut absumpta sit humiditas, & siccæ atq; aeriæ exhalationi permista. Vehemens, est qui & motum strenuum ciet, & ictum ingerit uiolẽtum. Obscurus, qui & uiribus est exoletis, & plagam infirmiorẽ adigit. Medius, est qui proportionem quãdam inter utrunque horum seruat. Celer, qui breuem concisamq; diastolen habet ac systolen. Pulsus ordo, est respectus quidam in magnitudine, uel uehemẽtia, uel rhythmo, uel alio quopiam discrimine. Ordinis priuatio, est status instabilitas in pulsibus diuersa. alij hoc modo. Ordine carens est pulsus, qui in percussionibus quibusdam modo crebrior est, modo rarior. Aequalitas, est parilitas in pulsuum differentijs quibusdam. Inæqualitas, est imparilitas pulsuum in quibusdam differentijs, quæ ipsis pulsibus accidunt. aliqui uero ita, Inæqualis pulsus, est in quo nunc uehementiores fiunt ictus, nunc uix sentiuntur. rursus alij sic, Inæqualis est pulsus, qui arteriæ parte quadam altior sub tactum cadit, idq; perflata ea atque ampliata: parte uero alia, quasi angustior eadem fiat, pro capedinis quantitate, uehementia inæqualis existit: tanquam parte quadam arteriæ uiolentiorem elationem faciat, quadã uero submissam, atque infirmiorem. Herophilus Bacchius, Rhythmus, inquit, est motus, in temporibus certum obtinens ordinem. Zeno autem Herophilius dixit, Rhythmus, est ordo eorum temporum, in quibus amplificantur arteriæ, collatus ad ea in quib. contrahuntur. rectius hoc modo finias, Rhythmus,

A partium temporis proportio est, quę quendam ad pulsus inter ipsos habent respectũ. Heterorhythmum pulsum uocamus, qui alterius ætatis habet rhythmum. Pararrhythmum uero, eum qui quadantenus ad ætatem in qua consideratur prope accedit, habetq; rhythmum, sed non eum qui illi, id est ætatis illius peculiari conueniat. Tremulus pulsus, est qui ictum refert nõ æquabilem, nec minime uacillantẽ, sed perinde quasi uibretur. Obliquatus, est qui non constituta in rectum arteria præter sitũ editur. Myurus, est à situ: nempe quia, cum partes arteriæ superiores in arctum coguntur, inferiores contra, ibi quidem dilatescunt amplius, superius autem contrahuntur. Græci complures μυοειζοντα appellant, cum ab ictu maiore
B adacto sequentes per subtractionem iugi decremento minores peraguntur. nominantur & hac ratione myuri, cum efficiuntur pulsus ex frequentibus rariores. uocatur & myurus, ubi à celeri in tardiorem demutatur. Dicrotus, seu bis feriens, est cum recessio, quæ creditur, arterię non perfecta obitur, sed cunctatur. idq; pro subductionis, aut inhibiti spiritus quantitate, dein repetitio perfecta debitę fit contractionis. Arachnoides, id est araneæ speciem referens, siue aranealis, paruus est, ac breuis auræ agitatu mouetur. Intermittens, est cum celebrandis contractionibus distentionibusq; pulsus unius arteria tempus omittit. quidam ita. Intermittens est pulsus, in quo distentionem non ad ictum unum duntaxat, sed ad duos,
C uel tres quo que arteria facit dimissam. Intercidẽs, est cum inter duos ictus qui ordine proprio inferuntur, ictus medius intercurrit. Deficiens pulsus uocatur, in quo non ad duos tantum arteria, sed ad tres etiam, & ad plures ictus immobilis perseuerat. alij hunc in modum, Deficiens, est qui à magnitudine incipiens ac uehementia, magis ac magis subinde minuitur. talisq; quoad ullam habet magnitudinem, Græcis myurizõ nominatur. ubi autem sese submiserit, ac minor factus ad minus declinauerit, deficiens nuncupatur. Caprizans est pulsus, ubi arteria, cum se distendisse apparuerit, nec fuerit omnino distenta, ad alium percussum, priusquàm contractionis uisionem præbeat, præcipitantius transilijt, secunda autem fuit percussio
D facta uehementior. Recurrens, est qui ad quãtum excurrit magnitudinis aut uehemẽtię, in alijs rursus ad tantũdem recurrit. Formicans, est paruus, inanis, frequẽs, obscurus, omnium ad extremum deductus. aut hoc modo, Formicans, est in quo circa digitos arteriæ incumbẽtes imago ueluti formicæ fit ambulãtis: quamobrem & paruus is est, & obscurus. Phrenitis, est mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum collectu. & mentis emotio. & huius impeditio pulsuum. & sapiendi oblitio. uel offensa præcordiorum breuis cum tremore, & uocis obscuritate, & à maligna febre maxima ex parte facta palpitatione. Lethargus, est delatio in somnum non facile excitabilis, quæ cum coloris uitio, & flatuoso œdemate, nec sine ipsarum

rum quoq; solidarum partium, ac pulsifici spiritus A
lãguore prouenit, fere in debili febre, ac maligna. fiunt uero lethargi partim affecto principio, partim absessu. Angina ea quę synanche à Græcis dicitur, est affectus colli acutus, difficilis, qui ægrotum angit præfocatiõe. aut ita, Synãche, est phlegmone, alijs extra collum, ut partes tumescãt, alijs intra tonsillas, ut simul partes quoque afficiantur respirationis, & ægra spiratio consequatur. Conuulsio, est affectus, qui neruis, ac musculis accidit, cum modo corpus totum, modo pars eius uoluntatis iniussu trahitur. Tetanus, est extẽtio, fixioq; in corpore neruorum omnium, & musculorum. uel hunc in modum, Tetanus, est conuulsio in rectum, cum collum, ac maxillæ trahuntur, dentes cohærent, neq; annuere collum potest, nequere- B
nuere. Emprosthotonus, est cum trahitur collum, ac retro flecti non ualet. Opisthotonus, est cum retro trahitur, neque deflecti in partem anteriorem potest. Comitialis morbus, est oppressio mẽtis sensoriorumq;. is qui affligitur concidit repente, eiq; insuper accidit, ut spuma per os efferatur. Catochus, est cum sensu priuatur anima, corpusq; omne uelut gelu obrigescit. Catochi tria genera sũt, somniculosum, lethargo proximum: alterum uigilans: cui affinis Tetanus est: & quæ præfocatio uuluæ appellatur. tertiũ genus est cathochi, quod phreniticum nõ inerudite quis nominauerit. fit enim ex mistis inter se morbis catocho & phreniti de: quemadmodum & Typhonia, quę uel delirus lethargus, uel lethargicum delirium est. Apoplexia, est detentio mentis cum ereptione sensuum, & corporis resolutione [item Apoplexia, abolitio est in neruis omnibus sensus & motus. uel Apoplexia sensus motusq; priuatio in toto corpore est cum principaliũ offensione actionum. conflatur autẽ à frigido humore præcipuos cerebri uentriculos confertim opplente.] Apoplexia porrò à Paraplexia, ut à toto pars, differt. apoplectici nãq; prorsus & paraplectici sunt: paraplectici uero nõ omnino & apoplectici. differunt quoque eo quod sani mente paraplectici, resoluti parte una corporis sunt, aut pluribus: apoplectici, & his, & mente, & toto. paraplectici demum dicuntur, quib. dextræ tantum partes, aut sinistrę resolutione elãgue
D scunt. Peripneumonia, est phlegmone pulmonis cum febre acuta, & spirandi difficultate: rubẽt autem & in ipsis ægrotantibus malæ. Pleuritis, est dolor lateris, ac succingẽtis membranæ, usque ad clauiculam, & summum humerum, & scapulam pertinens, cum febre acuta, minimeq; intermittente, non sine dolore confodiẽte, simul & horrore, & spirationis ægritudine, & tussi. Cardiaca dispositio, est innati roboris labefactatio, & languor. fit pleruncq; conflictante ore uentriculi & stomacho, cum sudorum immodica ui. sunt qui cardia, id est corde phlegmone laborante fieri affectum putauerint: atque ob hanc uirium exolutionem quod euenit malum, cardiacam uel dispositionem, uel syncopen nominarint. Inflatio, est cum spiritus co
piosior genitus in stomacho detinetur, ipsumq; C
& cum eo uentriculum distẽdit: quo fit, ut dispensatio præpediatur alimenti. Cholera, est affectus peracutus, ac grauis, quæ per uomitus in catarrhum, id est defluxum protinus hominem detulit, aut ex alui profluuio & multa excretione in uermina, atque non multo post in id genus febres, quales in intestinorum difficultatibus fiunt, atq; in malignas ablegauit. aut sic, Cholera, est acutus affectus cum uomitibus bilijosis multis, aluiq; dejectionibus, suris quoque se contrahentibus, ac frigescentibus extremitatibus. fiunt in his ægris & pulsus minores, obscuriores q;. Ileus, seu latina figura uoluulus, est phlegmone intestinorũ, quo malo nec flatus infrà, nec deiectiones transmittuntur, uermina sequuntur ualentia, cruciatusq; intolerabiles. Aurigo, seu morbus regius, arquatsue, est bilis refusio in cutem, quo fit ut superficies tingatur, luteaq; fiat, & uitietur cutis. albæ quoq; in uentre deiectiones fiunt eo morbo affectis. Insania, est alienatio mentis, euariatioq; à cõmuni hominum ritu, ac sanorum moribus, sine febre. Melancholia, est affectus qui mentem lædit, non sine graui animi molestia, atq; auersione à rebus charissimis. fit sine febre. nõnullis uero eorum, si atra bilis accesserit multa, stomachum usque adeo insestat, ut & euomatur, simulq; mens hoc modo uitietur. Cephalæa, est passio, quæ per quosdam circuitus intolerabilem capitis dolorem affert: quocirca & aures sonãt, & rubent oculi, ac prominẽt:
C simul uero distenduntur & ipsis ægrotis uenę frõtis, & rubor in facie est. Heterocrania, est ubi modo in parte sinistra capitis, modo in dextra dolor accidit, ac quandoque intensiones, interdum remissiões infert. Scotomatici, id est uertiginosi appellantur, quibus obtenebrationes contingunt, uideturq; ijs circumferri caput, & lucis incerti ac uagi in tenebris splendores oculis obuersari. Catharrus, id est defluxus, est multorum delatio humorum per palati foramina, qui descendẽtes subiecta loca male habent. Hydrophobos, id est aquę reformidatio, est affectus ex canis morsu rabie furentis. fit cum potus auersione, cõuulsione, & singultu. his uero & delirium superuenit. Bulimos, id est ingẽs fames, dispositio est, in qua fit cibi inquisitio ex paruis interuallis. qui hac detinentur, resoluuntur, & concidunt, decolorescq; fiunt. perfrigescunt ijs extrema corporis. torquetur stomachus. uixq; pulsus percipitur. Phagedæna, est constitutio, in qua multum appetentes cibum, sumẽtesq; immodicum, non ipsum retinent, sed ubi eiecerint, rursus appetũt. Tabes, est ulceratio pulmonis, uel thoracis, uel fauciũ, ut & tussicula, & debiles comitentur febres, & corpus conficiatur. est enim tabes, phthisis à Græcis communiter dicta, omnis diminutio corporis, ac colliquatio. ea uero, quam phthoen proprio uocabulo appellant, corporis consumptio ex ulcere ac demolitio est. dicta Græcis est phthisis à uerbo φθινειν, quod est diminui. Dispnoici, sunt in quibus spiritus, uelut

per anguſtas uias actus, elidíť expiraturq́. Aſthma, eſt affectus, qui ualentem conatum in reſpirando, difficultatemq́ importat, ſimulq́ ſedere aliquos cogit ac reſurgere. Iocinoroſi, ſunt quos iecoris dolor comitatur diuturnus cum tumore, & duritia, & corporis colore malo. ſuperuenit íjs febris ardens, & lingua exareſcit. Scirrho affectum iecur eſt, cum circa ipſum tumor adeſt durus, & tactui renitens, nec dolorificus. Lienoſi, ſunt quibus cõtracta phlegmone lienes ad naturæ ſtatum non redeunt, nec phlegmone liberantur, ſed permanet ipſis duritia, quapropter & fluctionib. per morbos infeſtantur, & color ipſis corporis permutatur natiuus. Scirrhus eſt lienis, cum maior lien, & durus admodum, & tumore diſtentus ſentitur.
Diarrhœa, id eſt profluuium, copioſior fluxio eſt B alui diuturna ſine phlegmone & ulceratione. Cœliaca diſpoſitio, eſt alui fluxio non recens, ſed diuturna, cum uerminibus, multiſq́ excretionibus, corpore ſimul marceſcente. Dyſenteria, id eſt inteſtinorum difficultas, eſt inteſtinorum exulceratio cum phlegmone, & cruentorum, fæciq́ ſimilium ſtrigmentorum ſecretione, non ſine alui, inteſtinorumq́ morſu, ac cruciatu. Tœneſmus, eſt diſpoſitio, ad partes inferiores rectumq́ ipſum inteſtini pertinens, in qua impetus, cupiditatesq́ deſidẽdi plures, paucæ uero excretiones fiant [uel ut alíj, Tœneſmus, eſt recti inteſtini mordicatio, quam bilioſi, acresq́ humores faciunt, cum exurrectione crebra, cupiditateq́ egerendi, tametſi exigua excernantur.] Lœnteria, id eſt leuor inteſtinorum, C eſt dyſenteriæ magna ex parte comes affectus, quando, ob factas ex ulceribus cicatrices, ſpiſſioribus, leuigatioribus, indolẽtioribusq́ redditis inteſtinis, neceſſe eſt ut cibi, priuſquã aſſumpti concoquantur, ocyus ad excretiones decurrant, utiq́ impromiſcui, incocti, quales ingeſti fuere. [alíj uero ſic, Lœnteria, eſt tota ſimul, celerrimaq́ tranſmiſſio ciborum, cum tales excreti ſunt, quales deuorati] Colica diſpoſitio, eſt conſtitutio plenioris inteſtini diuturna, in qua ſpacijs temporis interiectis cruciatus intolerabiles, difficultates reſpirandi, ſudores, perfrictionesq́ adoriũtur. Hydropis, id eſt aquæ intercutẽ ſpecies ea, quæ anaſarca, id eſt per carnem dicitur, eſt cum corpus totum intumuit œdemate, atque humore circumluitur, per- D uertũtur & ęgrotis pudenda, ciborũ appetitus tollitur, & febris comitatur. Hydrops aſcites, id eſt utricularius, eſt in quo uenter, & ſcrotum, cruraq́ intumeſcunt, ſuperiores autẽ partes extenuantur & graciles fiunt. Hydrops tympanias, eſt cum in uentre ſpiritus plus inuenitur, humoris minus, ac ſi quis pulſauerit, ſonus exauditur. Nephritis, eſt renum phlegmone cũ dolore uehemẽti, quãdoq́ uero & urinę difficili trãſitu, in qua fibroſa quędã, uel arenoſa cum modico ſanguine excernuntur. Lithiaſis, id eſt calcularis morbus, eſt calculi generatio in ueſica, per quem urinæ excretio prohibetur alio modo. Lithiaſis, eſt affectus qui diſtentiones affert ueſicæ ſimul uero & imus uenter diA ſtenditur, nec raro ad pręputium ea diſtentio peruenit. ſuperaccedũt íjs & urinæ ſuppreſſiones: utique cum prouectus lapis uias excrementi intercluſerit. Strãguria, id eſt urinæ ſtillicidium, eſt excretio urinæ guttatim deſtillantis. Iſchuria, abſoluta prorſus urinę ſuppreſſio eſt, quæ periculum affert. Octo porrò modis inhibetur urina, phlegmone, ſcirrho, ſanguinis conglobatione, reſolutione calculi procidentia, renũ cõſenſorio affectu, ulceratione, calculari morbo. Fiunt in renibus calculi, quando in corporibus illis humorũ craſſorum copia cum febrili caliditate coíuerit. [uel aliter, Generantur calculi in renibus, ubi collecta in íjs cum proportionali febre craſſorum humorum copia fuerit, à qua ſuperaſſati ad calculi tranſeunt generationem.] Gonorrhœa, id eſt genituræ profluuium, eſt excretio ſeminis morbum importans, cum quo tabeſcit corpus, decoloraturq́. fit malũ hoc uaſorum ſeminalium robore ſoluto adeo, ut quodammodo languentes íj ſemen haudquaquã retineãt. Satyriaſis, eſt affectus cum genitalis mẽbri tentigine, ſimul ſe tendentibus eius particulis. ſunt quibus & ſeminis eiaculatiò cum uoluptate fiat. hi uero mente exturbantur. Iſchias, eſt coxendicis dolor diuturnus, nec ſolutu facilis. aut ſic. Iſchias, eſt morbus ualidum dolorem coxę per cuitum inferẽs, qui dolor uel uſque ad poplítem, & ſuram deſcẽdat. Arthritis, id eſt articularis morbus, eſt phlegmone ſtabilis, circa articulos conſiſtens, doloremq́ ingerens uehementem: neruis nimirum patiẽtibus. Podagra, eſt affectus qui circa pedes oritur, & dolorem mouet, patientibus neruis, idq́ alíjs cum ardore, alíjs cum algore. Paralyſis, hoc eſt reſolutio, affectus eſt quo uoluntarius motus offenditur, is circa partes, aut partem aliquam fit. perficitur autem neruis muſculisq́ perpeſſis. Scelotyrbe, quaſi cruris turbam uel perturbationem dicas, ſpecies eſt reſolutionis, qua erectus ambulare homo non poteſt, & latus aliàs in rectum, quandoq́ ſiniſtrum in dextrum, nonnunquam dextrum in ſiniſtrum circunfert, interdum quoq́ pedem non attollit, ſed attrahit, uelut íj qui magnos cliuos aſcendunt. Peroſis, id eſt oblæſio, priuatio, impedimentum ue naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulæ. Lepra, eſt cutis mutatio in habitum qui prętur naturã ſit: cũ aſperitate, & prurítibus, doloribusq́, nõnunquam & ſquamis decidentibus, interim ſecus, plures hæc etiam corporis partes depaſcitur. Elephas, eſt affectus qui cutẽ craſſam, atq́ inęquabilem reddit, liuor adeſt tum cuti, tũ oculorũ albis, exedũtur partes manuũ, ac pedũ ſummę, ex quib. ſanies liuida, ac fœtida emanat. Impetigo, eſt ſummæ cutis aſperitas cũ multa prurigine. Medicinę duæ ſunt partes ſummę: contemplatio, & actio. antecedit actionem contẽplatio: ſiquidẽ cõſiderare prius aliquid cõuenit, itaq́ deinde agere. nã præceptio ratione conſtãs, exercendorũ operum principiũ eſt. Partes medicinę quinq́ ſunt, quas & ſpecies quidam nũcuparũt: naturę indagatrix, cognitrix affectuũ, uictus

uictus inſtitutrix, materialis, curatrix. Indagatrix naturæ, eſt quę circa contemplationem uerſatur regentis nos ac moderantis naturæ. Affectuũ cognitrix, quæ id quod prẽter naturã eſt dignoſcendum ſuſcipit. Victus inſtitutrix, quæ in ſanis atq́ ægrotantibus uictu inducendo meditatur. Materialis, quę circa materiam ſe habet corpori noſtro medẽtem. Curatrix autem, quæ circa ſanitatis deperditæ reuocationem, eiusq́ reſtitutionem operam nauat. Fit phlegmone in utero cum uentris, atq́ inguinum cruciatu, ac febribus, qua & ſinciput laborat, & tendonum contractio adeſt, & oculorum dolor. Abſceſſus tunc eſt in utero, cum intenſus eſt dolor, pulſatq́, & uſq́ ad imum uentrẽ, & inguina, ac lumbos pertingit, & febres adoriũtur. Vterina ſuffocatio, eſt affectus per recurſum A ferentes pili radicitus decidũt. Ophiaſis, mutatio eſt coloris antedictæ proxima, cęterum ad maiorem quàm in illa pilorum denſitatem, cum tortuoſa nudatione. Fracturarum octo in capite ſunt differentiæ: rhogme, id eſt fiſſura uel rima, eccope, id eſt effractio, engiſoma, id eſt propinquatio, ecpieſma, id eſt expreſſio, camaroſis, quaſi cameratio, apoſceparniſmus quaſi dedolatio, thlaſma, id eſt contuſio, apechema, ac ſi reſonitum dicas. Rhogme, eſt oſſis interruptio per ſuperficiem recta, & uel anguſta, uel lata. Eccope, diuiſio eſt caluę, qua os offenſum refractũ eſt. Engiſoma, pertuſio eſt oſſis, cum pars affecta in profundum deſcendit, ac ſuper illæſum os corruit. Ecpieſma, caluę in multas partes diffractio eſt, ſimul ubi intruſę oſſis partes in imum decubuerint, ac membranam innixu B ſuo premãt. Apoſceparniſmus, abſciſſio eſt oſſis, cum eius pars decuſſa uulnerando fuerit. Camaroſis, eſt oſſis perruptio, cum ex alterutra refractum parte ſimilem camerę figuram acceperit. Apechema, diremptio eſt oſſis ſuperficiaria, uel etiã profunda in partibus ictui oppoſitis. Contuſio, eſt receſſio caluæ in profundum ſine fractura. fit in puerili potiſſimum ætate. planius uero quod dicimus intelliges, ſi quod in ſtanneis accidit uaſis cõtemplaberis. Tres circa oculos fiunt affectus: phlegmonę, fluxus, ulcerationes. Vlcerationum in oculis differẽtię ſunt, argemon, id eſt albor. nephelíõ, hoc eſt nubecula. epicauma, hoc eſt inuſtum. bothrion, id eſt foueola. phlyctis, id eſt puſtula, albugo, carbunculus, myocephalum, id eſt muſcæ caput. ſuppuratio, ſeu unguis. ſtaphyloma, id eſt uua. hęc cũ percuſſu eueniũt, ſine eo ulcerationis affectus hi ſunt. mydriaſis, id eſt occęcatio quaſi ferramẽto candẽte adminiſtrata. tabes. atrophia. nyctalops quaſi luſcioſitas. ſuffuſio. glaucoma. reſolutio. myopiaſis quaſi conniuentia. ſtrabiſmus. pterygiũ, id eſt pinnula. encãthis, id eſt tuberculũ inangulare. procidentia chemoſis. cõſuſio. Eſt ergo phlegmone, tumor circa oculos, qui cũ rubore, & caliditate multa, & motu difficili, ac punctiónibus gignitur. Fluxus, eſt tenuiũ delatio humorum quam cohíbere nequeas, nõ ex noſtra uoluntate prouenięns. Vlceratio, eſt ruptio circa corneã tunicam, quæ uel ex ictu, uel ex ſtrenua phlegmo- D ne oritur. Argemõ, eſt ulceratio, quę in nigro oculi alba apparet, in albo autẽ ſubrubra. Nubecula, eſt caligo, uel ſuperficiaria ulceratio in nigro. Epicauma, eſt uelut ex igne cruſtulоſa ulceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet. Foueola, eſt cauum ulcus, ac purum in nigro. Puſtula, eſt abſceſſus in nigro, humorem continens cum phlegmone, & fluxu. Albugo, cicatrix eſt craſſa, & profunda, ulceri inducta. Myocephalum, eſt exigua uueæ tunicæ porrectio in nigro, muſcæ capiti ſimilis, per ulcerationem facta. Carbunculus, eſt cruſtuloſa ceu ex igne ulceratio cum paſtione, & fluxu, interdũ quoq́ & bubonibus, & febre. Suppuratio, uel unguis, eſt collectio puris in nigro cum phlegmone ſecundum iridem, ungui conſimilis. Con-

fusio, ruptio est tunicarum quæ in profundo sunt, aliquando ex percussu, interdū spontanea, cū profusione humorū, & pupillæ alteratione. Mydriasis, facultatis alteratio uisoriæ est, turbatis humoribus. Tabes, est pupillæ diminutio cum obscuratione. Atrophia, est paruitas totius oculi, & pupillæ cum offuscatiōe. Nyctalops, est affectus dispositioq; oculorum sine conspicua causa. usu autem sic habentibus euenit, ut interdiu non cernāt, nocte uero conspiciant. Glaucoma, est naturaliū humorum in glaucum colorem mutatio. Staphyloma, est quod in pupillæ loco consurgit acino uuæ simile. Procidentia, est cum ab ictu aliquo uiolento, aut strangulatione, cū continua febre, uel capitis dolore prolapsus oculus fuerit. Myopiasis, est dispositio ab ortu contracta, qua propinqua cernimus, remota uel parum, uel nihil omnino. Strabismus, oculi musculorum non omnium, sed aliquorū resolutio est, ob quam causam uel sursum, uel deorsum, uel in latera nuunt oculi. Hippus, id est equus, dispositio est à generatione prodiens, qua instabiles fiūt oculi ac semper mouētur, utiq; motū sustinentes in concussu, & tremore assiduo consistentem. hanc dispositionem ἵππου, id est equum uocauit Hippocrates. affectus autem est oculum firmantis musculi, qui uisorij basim instrumenti complexus est. Chemosis, elatio est ambientis oculum membranæ, quòd album quoq; appellatur, affectus †albæ carnis persimilis. Circa genas angulosq; oculorum hi contrahuntur affectus, scabies, phthiriasis, id est pedicularis morbus. crithe, id est hordeolū. chalaza, lithiasis, id est morbus calcularis. trichiasis, id est pilaris affectus. aspredo. lagophthalmō, id est leporinus oculus. ectropiō ceu inuersio. rhyas, quasi riuulus. anchilops. staphyloma. Scabies, est summarū genarum, angulorumq; erosio cum prurītu, quā acerrima fluctio progignit. Phthiriasis, est scabies circa palpebrarum radices, quæ squamas furfuri similes dimittit. Chalaza, globulus est in gena, milij magnitudine, à similitudine grandinis sic uocata. eadem quoq; est lithiasis. Hordeolū, est humoris concretus circa genam, oblongior, hordeum referens. Aspredo, est durītia, & asperitas inæqualis, quæ intra genas oritur. Rhyas, est angulorū carnis absumptio, ob quam causam effluit lachryma. Trichiasis, casus est genarum, insitorumq; ijs pilorum generatio præter naturam. Tres trichiaseos differētiæ habent: phalāgosis, casus, subortus. nōnulli & distichian, id est duplicē ordinē superinuehūt. Est aūt distichia, alterius pilorū ordinis in genæ margine exortus præter naturam. Enchanthis, est exuperantia carnis in magno angulo. Anchilops, tumor in angulo magno consurgens atque humoris collectionem habens, nō perforatus, aut cōuio foramine. dictus est anchilops, quòd propè oculum sit. Iops enim oculus est, anchi uero propè. Suffusio, est concretio aquosi humoris, quę uisum magis minusue impedit. differt suffusio à glaucomate, tum q̄ concretio sit hęc diluti humoris: glaucoma uero, naturaliū mutatio humorum in cæsium colorem, tum q̄ in glaucomate haud prorsus, in suffusione aliquantulum cernant. Hydatis, id est aquula, substratę superiori genæ pinguedinis augmentū est, qua fluunt præter naturā oculi. Lagophthalmon, est cū superior adeo retrahitur gena, ut oculum, dum clauditur, totum non contegat. Pinnula, corporis excrescentia est, quę corneę tunicæ inhęrescit. Ectropion, est suppullatio carnis in gena, quę genam ipsam sua grauitate foras conuertit. causa est genæ euertendæ uel caro adnascens, uel resolutio, uel cum cicatrix inducitur. †Ptilosis, est defluuiū palpebrarum acerrimo fluxu eius rei auctore. Staphyloma, est nigri tunicę extensio cum inflammatione, acino uuæ similis. Sarcoma, est carnis in naribus præter naturam auctio. Est uero & Polypus quoddā sarcoma porrò dictus polypus est à polypis piscibus. nam ut illi multas habent propagines, mollescq; sunt, atq; augētur, ita is quoq; affectus. Differt sarcoma à polypo magnitudine, & opificio. Ozęna, est ulceratio in naribus profunda, tetri odoris, atq; halitum emittens. Parotides, abscessus secundum aures sunt, hos nonnulli Dioscurus appellarūt, succedunt magna ex parte febribus, atq; ab ijs liberant. Leuce, corporis in album colorem mutatio est præter naturam. Herpeta, est ulcus quod ex bilis redundantia fit, & depastionem facit. Atheroma, est tunica neruosa quę humorē pulti similem continet. Steatoma, est auctio pinguedinis aliqua in parte præter naturam cōgesta. Prosartesis, id est appensio, lōgiorum est membranarum ad uicina loca applicatio. Aneurisma, id est dilatatio, uenosi uasculi relaxatio est, aut dispersio spiritualis materiæ sub carne, per dissultationem sese diffundentis, distribuentisq;. Hyposphagma, extra superficiem est, persimile uibici. Ganglium, congloba tio est nerui præter naturam, quę in unum corpus coaluit. Aphtha, superficiaria est ulceratio quę in ore gignitur. uisitur autem hæc in puerulis potissimum ulceratio. Phlegmone, est tumor cum rubore & durītia, pulsatiles afferens dolores: dicta quod affectus ea locus φλέγηται, hoc est uratur. aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrem. Erysipelas, id est ignis sacer, est rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, dolorescq; inferens. [uel ignis sacer, est tumor rubens, dolorificus, qui à bilioso sanguine generationem obtinet. Carbunculus, est ex magis melācholico putrefacto sanguine tumor ulcerosus.] Vacuamus uel uenæ sectione, uel cucurbitula, uel hirudine, ac similibus. Sanguinē detrahimus ob multam plenitudinem: præsertimq; ubi ipsum affectus auctorem esse suspicabimur. Detractionis cuiuslibet tutior præferenda; grauis, medicinæ oblatione declinanda est. Cucurbitula utimur ad locorum contusionem. Hirudinem admouemus, ubi affectum locum tenuiter aperire est opus. Scirrhus, est tumor corporum cum durītia, & pondere, & motus, ac sensus difficultate. Absessus, est corporum ex phlegmone in pus transmutatio. Colobo ma, id est mutilatio, defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Tofus, est substantia callosa, & renitens. Hidrocephalon, est humoris aquosi, aut fæculenti sanguinis collectus in parte corporum aliqua eorum quę caput concinnant. Syrinx, id est fistula, tubulus est callosus, angustus, oblōgus, interdum etiam obliquus, os habens cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporib. tenuis excernitur. Duæ fistularum differētię sunt: cæcę, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habent: occultę, quę & os, & sinum obtinēt in profundo. Cerion, id est fauus, ulcus est assidua habens foramina, ex quibus humor melli similis excernitur. Phagedæna, est ulcus quod propinqua & adiacētia erodit. Carcinoma, est tumor malignus, prædurus, sine ulcere, uel ulceratus: à cancro animali dictus, quem Græci καρκίνον uocant. Dionysisci, sunt ossea eminentię, quæ prope tempora nascuntur. dicuntur autem cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Teredo, pertusio est ossis ex corruptione. affectui nomē ab accidentibus foraminib. datum est, quę à Græcis τρήματα appellantur: quasi τορεύων quidā existat. Aden, id est glandula, cōuolutio sicca quędā & carnosa est, uel carnosa cōglomeratio. Struma, caro est sicca, quę nec facile soluitur. Bronchocele, quasi dicas gutturis ramex, tumor est gutturi adnascens, distentę ab eo q̄ in scroto progignit. Anchyle, passio est tendonū circa collū, uel articulos, qua functio impedit. Exomphalos, id est procidēs umbilicus, prominentia est umbilici diuersis de causis proueniēs. Gynęcomasthon, id est muliebris māma, subiectę māmis pinguedinis auctio est præter naturam. In cōtectu est absessus, cum corporum quę sunt in profundo, aut uisorum in pus fit mutatio. Acrochordō (genus quoddā est id uerrucarum dolens) exortus est orbicularis, angustamq; obtinēs basim. Phygetlon, id est panus, absessus est nascēs in inguine. Epiploomphalon, omēti est in umbilicum decursus. Hydromphalō, coitio in umbilico est inconfecti humoris, qui sub tunica quoq; interdū cōtinetur. Poromphalon, est cōcretio tofi in umbilico. Sarcomphalon, incremētum carnis præter naturā est in umbilico, uel mitis, uel malignæ. Pneumomphalō, dilatatio est umbilici. Hypospadias, est affectus in quo glans colis attracta est. Thymus, asperæ carnis extuberatio est, quę similis circa genitale, ac sedē oritur. Lipodermus, id est (trāslato ad morbū nomine) apella, affectus est tegentis glandē pelliculę, adeo ut distrahi nō amplius possit. Phymi duo discrimina sunt. uel enim ex natura fit, uel postea gignitur, ulceratione antegressa. Periepiphimosis, est cum retracto glādis neruo præputium deduci præterea nequit. Rhagas, id est scissura, fissum'ue, diuisio est labia obtinens callo indurata. Circuncisio uel circunsectio, ablatio est cutis glandem obtegentis. Hęmorrhois, relaxatio est uasorum quę sedem cōtexunt. dicta ἀπὸ τοῦ τὸ αἷμα ἀλλαχοῦ ῥεῖν, id est quòd sanguis per eam fluat. Differentiæ quinque hæmorrhoidum sunt: à magnitudine, multitudine, figura, loco, constitutione. à magnitudine, cū aliæ paruæ sint, aliæ magnæ, aliæ mediæ. à multitudine, cū plures in alijs, in quibusdam pauciores consistāt. à figura, quod nōnullę angusta, quędam lata sint basi. à loco, quādo aliquę in anno, quędā in sphinctere, id est strictore, aliæ in recto sunt intestino. à constitutione, quoniam aliæ mites sunt, aliæ malignę. Condyloma quasi dicas nodus, est extuberatio, quę cū phlegmone in rugosa contrahentęq; sedis anni parte cōsurgit. Tres circa scrotū fiūt affectus, ramex, scabies, detritio. Tumores in scroto consistūt, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cyrsocele, porocele, epiplocele, enteroepiplocele, id est hernia seu ramex aquæ, intestini, aquę & intestini, uaricis, tofi, omenti, intestini atq; omenti. Hydrocele, incocti humoris in parte scroti collectio est. Enterocele fit, intestino in alterum locum pau latim, uel semel delapso. Enteroceles causæ sunt, antegressa quidem, intensio, uel ictus. continēs autem, iterata huius extensio, aut ruptio. Hydrentero cele, est delapsus intestini minusq; elaborati humoris collectus in scroto. Cirsocele, est dilatatio amplificatioq; quorundam, aut omnium quę testem alunt uasorum. Hygrocirsocele, id est aquosus simul & uaricosus ramex, est dilatatio testem nutricantium uasorum & crudi humoris in scroti aliqua parte collectio. Epiplocele, lapsus omenti est in partem scroti. Enteroepiplocele, in scroti partem casus intestini est atque omēti. Cele, id est ramex tumor est qui dictorum aliquod continet. omnis enim in scroto tumor cele Græcis, Latinis ramex nuncupatur. Crysorchis, id est testiculi occultatio, testiculi, uel testiculorum recessio est. Rhacosis, id est detritio, multa scroti extensio est. Psoriasis, id est scabies, durītia scroti est cum intensa prurigine, quandoque uero & ulceratione. Gangręna, est corporis mutatio à naturali cuiusque habitu in alienum, atque extinctio cum ulceratione, uel citra hanc. gignitur autem uel plethora antegressa, uel dum extinctio fit: aut phlegmone ex chirurgi imperītia. Os est, ut Plato arbitratur, medulla quę à calido spissatur, ex quorundam autem medicorum sententia, terrena concretio, & solida, & sensus expers, ac sanguinis. Commune chartilaginis & unguis est sensu carere, atq; inequale esse. cęterū chartilago imago est ossis. sępissime enim numero in articulis adiacet. Vnguis uero, superficies ossis fuerit, aut cutis cōcretio dura & sicca. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus ac fœminei, simul etiam utroque genitale proprium obtinēte. Dracunculus, est ulcus quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationē habet: dictus quòd neruus mouendo corpore in ulcus recedat, in eóque occultetur. Clauus, est ulcus in pedis planta orbiculatum, quod callū contraxit. Semen, ut Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medulla excernitur. ut autē Praxagoras, atque Democritus, præterea & Hippocrates

crates censent, ex toto corpore. Democritus quidem ait, Homines unus erit, et homo omnes. Hippocrates uero, genitura, inquit, undique à corpore demanat. à sanis sana, à morbosis morbosa. Semen, est secundum Stoicos, quod cum spiritu, & anima, sed ueluti non pars ab animali dimittitur. ut autem opinio fert Asclepiadis, genitiuus humor, qui in uenereis congressibus excernitur. Illud quæstione exagitatum est, utrum fœmina perinde ac mas semẽ depromat. etenim eadẽ Veneris libidine uexatã fœmina: ijsdemq; obnoxia est morbis: ac planè ex cõsectiõe seminarijs meatib. prædita esse ostenditur. Maximum quoq; id conferendi seminis testimonium est, quòd similes matribus procreentur liberi. Porrò conferri ipsum testis est Hippocrates, qui in libro De infantis natura, Si profecta, inquit, ab ambobus genitura in mulieris locis manet, primum quidem una miscetur: utpote non quiescente muliere: concalescendoq; colligitur, ac crassescit, dein spiritum concipit. Differt à genitura semen, quòd hoc in seminarijs meatibus sit. quidam uero quod iam est excretum id esse semen uolunt: genituram autem, semen nondum concoctum. at nos: ut Asclepiades dicit, semen quoque in ijs esse, qui generare non adhuc possunt definiuimus. Infœcunditatis duplex causa est: quarum altera uiro, mulieri altera debetur: & utraque multiplex. nam fœmina in causa est, si per frigidum uterum, uel præpinguẽ habeat. mas uero, cum spado fuerit testiculis orbatus, aut alio quouis morbo laborauerit. Non est pars uterum gerentis quod gestatur in utero: aut certe ipso intereunte, grauidam quoq; interire necessario conuenit, uel partu edito lædi integris functionibus obeundis: quasi pars ei qua ipsius corpus priuatum est desit. Alimento perfruitur embryum, per secundas id excipiens attrahensq; : cæterum non per os, sed per umbilicum alitur. Embryum quidã animal esse, quidam non esse prodiderunt. animal esse in illi coniectauere ex motu: quandoquidem mouetur & embryum: atque ut sentiens animal in matris uoluptatibus oblectatur, lætaturq; : in angoribus autem contrahitur atque cogitur. nulli enim sensus præter quam animali à natura datus est, qui autem non esse animal asserunt, nutriri ipsum quidem, & augeri, ut arbores quoque, non tamen, ut animantes, appetitionem, motumq; ex ea habere confitentur. haud enim solum nõ citra electionem, sed neque ex proposito mouentur: uerum ut arbores & plantæ. nam uentus ijs causam affert motionis. embryis uero, circunfusa humiditas: & lubricitas: atq; uteri figura: qui cum implentur, tumescit in globum. est autẽ globus, seu sphæra, figura in omnẽ motum, utpote omnis expers basis, natura procliuis. At Asclepiades embryum neque animal, neque non animal esse pronunciauit: sed simile id esse dormientibus dixit. nam quo illi modo sensus obtinent, neque ijs tamen utuntur, sic & quod in utero gestatur. Gignitur mas, ut nonnulli opinantur, postquam ex dextra parte semen in uterum coniectum est. fœmina, cum ex sinistra. sunt alij, qui pro seminis peculiari temperatura, à caliditate uel frigiditate fieri dixerint. nã semen calidius marem generat: frigidius fœminã. Fiunt gemini, atq; tergemini, ut quidam arbitrãtur, quoniã semen in calidum uterum detractum ac deriuatũ frangitur. alij ad superfœtationẽ causam referunt. nos uero, si in hęc ambo conferri semen fuerit inuẽtum, gemellos asserimus procreari. Generantur monstra, ut quidam aiunt, per declinationem obliquitatemq; uteri. nam quod inæqualiter semẽ infunditur monstra progignit: quo modo & liquatum plumbum si inæqualiter defusum sit, inæquale opus conflatur. Monstra uel per defectum, uel per excessum fiunt. gignuntur per magnitudinem quæ amplo, per paruitatem quæ passerino sunt capite, per numerositatem uero qui sex constant digitis, quandoque etiam pluribus. Quam ob causam septimestres partus uiuũt, octimestres minime: ita fertur, quoniã numerus octo, par, & coniunctus, nec decretorius est: septem autem, par est numerus, neque uero coniunctus: atque ob id decretorius. Cõceptionis causa, est cõmoda uteri caliditas, recensq; mensium purgatio, ac coeundi appetitus. hæc enim simul congressa semen detinuere. Conformantur primum embryi secundæ, deinde reliqua. Constant secundæ ex duabus uenis, duabusq; arterijs, & quinto uocato uracho: seu quòd embryi conceptaculum sit uelut secundæ, seu quòd ipsi alimentum suppeditet. Partus dolores, sunt spiritus conferti impetus ad embryi excursum. Tribuuntur mulieri menstrua, quæ sanitatis gratia euacuentur: embryo autem alimentum præbeant per conceptum suppressa. sunt enim tum ad conceptionem, tum ad lactis generationem comparata. Fit prægnantibus pica duobus circiter, aut tribus à conceptu mensibus: affecto nimirum stomacho, nondum enim uis embryo suppetit consumendi alimenti. Picæ causa inde prodit, quòd abundet materia, & stomachus perturbatione uexetur. huiusce rei argumentum est, quod cum incrementum acceperit embryum, tunc recipiente se deorsum sanguine, ad se stomachus redit. Prodeũt in lucem quatuor figuris, siue habitibus embrya: una in caput, quæ secundum naturam est: tres reliquæ præter naturam, eæ sunt, in pedes. in latus, in duplum. Aegri partibus tribus modis fiunt, pro gerente in utero, pro eo quod geritur, pro exterioribus pro gerente, duplici uia: ex animi motibus, cum zelotypijs, uel mœroribus uel alio quouis affectu detenta fuerit. ex ijs uero quę ad corpus attinẽt, cum angustijs fuerit meatibus, aut præpinguis, aut primum fœta, aut prædita utero sit qui alimentum non admittat. pro eo quod geritur, cum moritur in utero partus: uel geminus, aut monstrosus elidit. pro exterioribus, per intensam hyemem, aut æstum uehementem. Causam ulcerum in utero habent interdum abscessus: nõnunquam pessus corruptorius: quandoque uero scirrhus. estq; hic

hic cum alijs diuturnus. Sarcosis in utero, est carnis collectę expullulatio: quam, si magna sit, paruculatim recidere conuenit uellicatam scalpris: quo celerius emoriatur: sin parua, protinus tollere. Hemorrhagia, id est sanguinis eruptio, effusio abundans est sanguinis, quæ si magnum uulnus sit, per largum obitur fluxum: sin angustum, per iaculationẽ: ut in uenis secandis. Differt hæmorrhagia ab hęmorrhoide, ꝙ hęmorrhagia, abundãs effusio, uti diximus, sanguinis: hęmorrhois autem delatio sanguinis est per dissultationem, ac paulatim facta. Duobus modis sanguis erumpit: dissultatione, uel ruptione. quę dissultatione, ac corporis nostri uasorum erosione constat, non facile sanatur. curantur ęgrius arteriæ quàm uenę: partes in profundo sitę ijs quę superficiem occupant: & quę his, aut illis uicinæ magis sunt, faciliorem, difficiliorem ue curationem recipiunt. Sanguinem quem non paruo negocio compescas, facile hæc loca profundunt, tẽporales musculi, cerebri membranę, palatum, columella, collum, alę, inguina, et id genus alia. inter homines uero, si ętatẽ spectes, iuuenes: si habitum, prauis affecti humoribus: si anni tẽpus, in ęstate. Chymi appellatio apud Hippocratem semper humoribus corporis destinata est, ex quibus nos cõstituimur: sanguine inquam, pituita, & duplici bile: flaua & nigra, apud Platonem uero, & Aristotelem, gustabilis qualitas quę uis nobis insita chymus, id est sapor nominat. sunt porrò qualitates, acor, austeritas, acerbitas, acrimonia, salsedo, dulcedo, sic & Mnesitheo placet. Continet pars ea medicinæ, quæ de affectibus agit, quid & qualis sit uniuersalis, & quid particularis affectus, ac morbus, quid item causa, quid signum, & quę huius differentiæ habeantur: (sunt autem hæ specie complures) non qualis affectus causarum quæ morbos committunt. loca item explorat, quę ipsi male habent affectus. quærimus enim quis affectus phrenitis, comitialis morbus, lethargus, dolor lateris, peripneumonia, resolutio neruorum, & similia. Sunt uero causæ horũ manifestę, et nõ manifestę, et antegressę, et anteceden tes, & continentes, atq; in uniuersum quę sit affectus constitutio, & de quibus ij corporis partibus dicti sint perferutatur. Crisis, id est iudicatio, idonea morbi ac celer in tempore dissolutio est. Periodus, id est circuitus, successiua redditio est ordine dispositi temporis. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atque huius partem principem, quæ ratiocinatrix est, atque mens. Cor uero iracũdam. Administratur pariter corpus à corde & iecore.

Facultas naturalis, altrix, et auctrix est. Sumit coralendo, augendoq; corpore, à iecore sanguinem: spiritum à pulmone, quas confectas, elaboratasq; materias sic in uniuersum corpus transmittit. Instrumentaria, pars est chirurgię, quę per restitutionem, ac consentaneam curationem dispositis præter naturam humanis ossibus sanitatem uendicat. Sunt ossa in nobis duobus modis coniuncta, per articulum, & coagmentationem. Articulus, commissura ossium est, quę moueri natura uoluit. Coagmentatio, commissura est ossium, quę lege naturę nequaquam mouentur. Lapsus seu luxatio, est ossium, quę per articulum, uel coagmentationem mouentur, extra naturam delatio. Exarticulatio, siue eluxatio, est ossis secundum naturam se habentis in alienum naturę locum ex profunda cauitate egressio. Dearticulatio, seu deluxatio, est ossis euariatio, delatióue à naturali loco ad eum qui præter naturam est. Motio, est ossium per fixuram, harmoniam ue compactorum ex propria sede in naturę oppositam exturbatio: quemadmodum ex tarso diruptis ossiculis aut uertebris fieri consueuit. Diductio, est mutua ossium per suturam, & coalitum coniunctorum separatio, atq; diremptio. Restitutio, est ossis, uel ossium à loco naturę contrario ad naturalem traductio. Tentio, est tractus corporum. Mochlia, traductio est ossis, aut ossium ad naturalem locum ab eo qui præter naturam sit. Catatasis, est ad infernaloca corporum tractus, obitur hęc partim principijs, quæ tentionis causæ sunt è regione oppositis, partim transumptione in contrarium: nempe transmissis per rotulas principijs quę tentionem moliuntur, ac superius adnexis. Anatasis uero, id est tentio ad superna loca, per traductionem, intelligi ex ijs potest quæ de catatasi prodidimus. Distentio, est * ad superna, atq; inferna loca corporũ tractus. Exel * cysmus, seu rectius forte. Eiselcysmus, est deductio ossis, uel ossiũ à superficie in profundũ. Rhegma, id est ruptum est ossis, aut ossium traductio à profundo ad superficiem. Traductio, est diducti ossis in naturalem locum reuocatio. Extasis, id est mentis emotio, est insania quæ breui finitur. Ecplexis, id est, consternatio, est emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinsecus aduenit. Enthusiasmus, id est sanatica perculsio, seu afflatio numinis, est uelut cum quidã mente in sacris faciendis capiuntur, si qua uiderint: aut si tympana, uel tibias, uel signa audierint.

CL. GALENO ASCRIPT. INTRODVCTIO SEV MEDICVS.

Quem librum olim Ioannes Andernacus Latinum fecit: nuper uero Bartholomæus Syluanius recognouit ex Græci exemplaris collatione.

RTIVM inuentiones uel deorum filijs, uel quibusdam eorum propinquis, quibus dij primi artem omnem communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Aesculapius medicinæ, quam primus ab Apolline patre institutus, hominibus tradidisse dicitur, inuentor extitisse apparet. Porrò ante illum ars medica nondum hominibus fuit cognita, nisi quòd ueteres medicamentorum & herbarum, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi heroes nouerant: ad hæc quæcunque Aristeo, Melampodi, & Polyido adscribuntur, experientiam quandam habuere. Apud Aegyptios sanè præter herbas, aliam quoque medicamentorũ rationem in usu fuisse, Homerus hũc in modum testatur: Fertilis Aegyptus rerum medicamina mista Optima multa, simul deterrima plurima gignit. Porrò ex cadauerum consectione, quam in condiendis ijs seruandisque habere moris erat, multa etiam quæ manu administrantur, apud primos medicos inuenta esse uidentur. Quædam dicũtur ex casu obseruata fuisse, ut suffusos appungere, inde quòd capra quępiã ex suffusione male habens, iunco aculeato in oculũ impresso, uisum receperit. Quin et clysteris usum ab Ibi profectum esse scribunt. Hæc enim colli cute tanquam clysteris utre, marina Nilicq; aqua impleta, rostro etiã sibijpsi per anum indit. Scribit etiã Herodotus historiographus, quondam ægris per cõpita expositis, illos qui ijsdem aliquando morbis laborarant, referre solitos quibus unusquisq; usus, sanitatem recuperauerit: atq; hoc modo ex multorum usu ac experimentis rem medicã constatam esse. Sed hæc quidem experientia ratione uacua, nondumq; rationalis fuit. Cæterum perfectam medicinã, & omnibus numeris absolutam, nimirum diuinam aio, Aesculapius solus inuenit. Illam uero quæ inter homines uersatur, huius successores Asclepiadæ posteris ueluti hæreditario acceptam tradiderunt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusq; consummatam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia.

Principia medicinæ tria sunt, unum inuentionis, alterum constitutionis, tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinę (ut simpliciter dicam) uetustissimum planè, citraq; rationem principium, experientia est: quemadmodum apud Aegyptios, & reliquos omnes barbaros. In artis uero constitutione redigendę, sicut Asclepiadarum medicina, ratio & experiẽtia. Interpretationis, ut scribit Athenęus, uel traditionis, quemadmodum quidam dicunt, initium, naturalis est speculatio. Enimuero simpliciter & Hippocrates dixit: Medicę orationis initium primum natura est: nam à naturę inspectione Dogmatici auspicant, quoniã ex ijs quę secundum naturã sunt, & illa quę cõtrà habẽt, possunt cognoscere: at sine naturalium cognitione illa quę à naturali habitu recedũt, nemo potest. Quinetiã in curando naturæ speculationem similiter requirunt: quandoquidẽ ex naturali admouendorum auxiliorum potentia, quę cuilibet morbo idonea sint, accipiunt. Qui uero ex alijs sectis naturę cõtemplationẽ aspernantur, utricq; à quibus præsidia adferendi habitum finxere, incipiunt, Methodici ex cõmunitatũ indicatione, Empirici ex obseruatione experimentorũ: Qua enim ratione Dogmaticis medicæ ratiõis natura, eadẽ empiricis experientia crebro & fere semper in ijsdem, & pari modo cõtingẽs, principiũ existit. Ab hac siquidẽ historiam quoq; suã exordiunt, & secundũ hęc ab alio ad aliud simile trãseunt. Sed methodicis euidentiũ similitudinis inspectio, uel cõmunitatũ apparentiũ cognitio principiũ dicitur.

Quot sectę medicorũ quęq; earũ notæ.

Sectę medicorum tres sunt, Rationalis, empirica, & methodica. Rationalis naturæ rationẽ præbet, morborũ causas inquirit, & signis ad illarũ inuentionẽ utitur, curationẽ capit à contrario, prout causę exigũt. Nam contrariorũ contraria sunt remedia. Quatuor ergo sunt quę rationalẽ sectam obsignant: naturę inspectio, causarũ ac signorum æstimatio, & quartum, nempe quod causę ipsis curationem dictant. Empirica ad assidentiũ accidentium cõcursus, quę ægris adsunt, respicit, & conuenientem accidentibus curationẽ obseruat, idq; nec morbo cognito, nec causa inquisita. Ctõenta est autem obseruatione in accidẽtibus per eorum quæ admouentur experientiam facta, & historia prius expertorũ utitur: tum à cõpertis ad incomperta, similia autem secundum apparentẽ speciem transit. Quę enim ipsimet usu ac experiẽtia in multis, & sępissime ac semper in ijsdem, & pari modo experti sunt, aut quæ casu quopiam obseruarunt, eaq; semper atq; eodem modo habentia, hæc confidenter usurpant, non adeo curiose facultates ex eorum qualitatibus disquirẽtes. Credunt & uetustissimis qui rerum per experimenta sibi obseruatarum historiã, uti uocant, memorię prodiderunt. Vtuntur etiam à simili transgressu ad ea quę nondum explorarũt, cum similia speciei quę ad manũ est apparent, ut malua, blitũ, beta, & lapathũ. Itidẽ in cõtrarijs, ut alica & oriza. Rursus in omnib. arborũ fructibus, quos Græci acrodrya nominãt, ut pi-

ut pirum, malum cotoneum. Notant igitur empiricam hęresim, ad concursus symptomatum, non ad morbum, nec; ad causas respectus, dein ex cõcursibus medicaminum cõgruentium per usum obseruatio. Tertio expertorum antea historia. Nouissime, à simili transgressus. Methodica communitatib. & similis speculationi adhęret. Omnes enim particulares affectus ad generales duos reducunt, adstrictum & fluentem, quas cõmunitates uocant. Cognoscunt eas ex obortis circa corpus affectionibus, in utroq; euidenter cõspicuis. Quare notas nõ desiderant, exempli gratia adstrictum inde oriri, quòd corpus densatum sit, profluuium ipsius sistatur, omnisq; euidens excretio impedia, tur: fluentem uero inde, q; summa corporis cutis rara euaserit, & sensibiles cuiusq; particulæ excretiones intensæ sint. Duplicẽ igitur curationis speciem generales duo corporis morbi ipsis indicãt, nempe si corpus adstrictum est, laxandum esse: si profluuio laborat, cõprimendum: si uitiũ mistum habet, occurrendũ uehementiori malo. Cæterum cõmunitates omnes nominant euidentes: harum autem alias passiuas, ut adstrictum & fluens. alias curatiuas, ut resoluere & tenere, quasdã temperales, initium, incrementũ, uigorem seu statum, & inclinationẽ. Porrò medicinæ quę manu medetur cõmunitates, in eius ablatione, quod alienum est, consistunt. Duplex enim alienum est, uel extrinsecus, uel in corpore. Extrinsecus simplex: illius quod in corpore est, tres numerantur species. Atqui extrinsecus, ut spiculum, telum, & quodcunq; aliud id genus existit, summã eductionem ostendit. Eorum quę in corpore sunt, aliud loco alienũ, ut suffusio, eluxatio, & fractura, quę transpositionem uel restitutionem in proprium locum indicant. Aliud magnitudine, ut absessus omnes, scroti tumores, uerrucarum quædam genera dolentia quę ἀκροχορδόνας Græci uocant, phymata, & condylomata, quorum nonnulla diuisionem solam requirunt, nonnulla summã superfluorum præcisionem demõstrant. Aliud defectu alienum non ut superuacaneum, sed ueluti deficiẽs dicitur, cuiusmodi mutila & curta omnia, sicut in labris oculisq; cernitur. Vnde quidam λαγοφθάλμους, & λαγώχειλους nominantur. Pari modo etiam se habent fistulæ & uitia profunda, quę Græci uocant hipopithora, sinus, ulcera, aliaq; huiusmodi omnia, quæ ex defectu repletionem desiderant. Iam uero præter quatuor chirurgorum communitates, est & species quam προφυλακτικὴν, id est præseruatricem appellant. Apponitur autem & ipsa communitati in deleterijs & toxicis, bestijsq; omnibus quæ uirus inspuunt, tum uenenosis uolatilibus, et terrestribus, aquatilibusq;. Nam cõmune omniũ genus, ut sint exitialia, non tamen ad adstrictum & fluens referuntur, sed aliud est præter hæc genus. Quare & curatoria ipsorum communitas alia præter illam habetur, dicta prophylactice. Methodicam quoque sectam primum exculpit similis in euidentibus consideratio, sed non in latentibus seu abditis, quemadmodum in rationali secta. Hoc unũ intercedit discriminis, quòd in illa quoque similium inspectio, sed in obscuris consistit: secundum, quòd ex simili in euidẽtibus, affectus, auxilia, tempora, particularia omnia ad generalia reducit. Attamen non euidentia tantum empiricorum more animaduertunt, sed particularibus, nullo generali cognito, insistunt. Tertium est ex communitatum indicatione curationem accipere. nec causas, ut rationalibus in usu est, exponere: neque facta in concursibus obseruatione eorum quæ per experientiam conueniunt, ut empirici faciunt, contentos esse.

Qui trium sectarũ principes extiterint.

Rationalis sectæ & author & princeps Hippocrates Cous fuit. Post hunc Diocles Carystius, Praxagoras Cous, Herophilus Chalcedonius, Erasistratus Chius, Mnesitheus Atheniensis, Asclepiades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ præfuit Philinus Cous, qui primus eam à rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cum autem suam hæresim principem esse uellent, Acronem Agrigentinum, quò rationali esset uetustior, ei deisse initium dixerunt. A Philino Serapion Alexãdrinus ea secta floruit. Dein Apollonij duo, pater & filius, Antiocheni, hos secuti Menodotus & Sextus exacte eam corroborarunt. Methodicen Themison Laodiceus Syrius incepit, q ab Asclepiade rationali occasiones nactus, ad methodicæ sectę inuentionem se contulit. Thessalus Trallianus eam absoluit. Post hos Mnaseas, Dionysius, Proclus, Antipater. In ea aũt de quibusdã dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodisieus, & Soranus Ephesius. Fuerunt non nulli ὠσταυθελικοὶ quasi adiuncti apud Græcos nominati, ut Leonides alexãdrinus, quidã ἐκλεκτικοὶ, qđ est delecti, ut Archigenes Apameus Syrius.

Medicina scientiáne sit, an ars.

Rationales alig, ut Erasistratus, medicinã partim scientiã, cuiusmodi est causarũ notitia, item naturæ inspectio: partim coniecturã, ut curationem & signa habere censuerunt. Methodici & in uniuersum scientiam ipsam esse prædicant, sed utrique à uero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia enim est conueniens, firma, & nunquam à ratione declinans cognitio: eam neque apud philosophos, præsertim dum rerum naturas perscrutantur, inuenias. Multo sanè minus in re medica: immo ut uerbo expediam, ne ad homines quidem uenit. Quamobrem medicina ars merito dici potest: siquidem artis nomine comprehensionum & opinionũ ad finem quendam uitæ spectantium collectionẽ certa qualitate & quantitate cõmeditatam intelligimus. Comprehensiones igitur humanas, & quę numero cõstitutionem quandam procreare queant, præcipue commeditatas, hoc est sibi concordes ac consonas cohærentesq; medicina habet: quo fit, ut artis uocabulũ, cuius definitio ei conuenit, optimo iure commereatur,

comprehen-

comprehensionesq; in ea ad uitæ commoditatem pertinent. Quippe ut seruarentur homines ac sani tatem tuerentur in uitam prodijt. Sed artium duplex est differentia: quędam à se absolutionẽ consequuntur, ut fabrilis, nauium compactoria, ędificatoria. Quędam finem suum ceu scopum desiderant: contingunt aũt non semper, sed plurimum. Vnde coniecturales quoq; dicuntur, ex quarum numero medicina fuerit: quemadmodum rhetorica, gubernatoria, & sagittandi ars. Est & alia differentia & ipsa duplex: quoniam aliquæ dum fiunt, sunt: & simul atque ab actione destiterint, nihil quod perfecerint ostenditur, cuiusmodi saltatoria, citharistica, palastrica, & quęuis alia ars musica. Nonnullæ in actione euidẽs opus planè nullum habent, sed tanquam futuri cuiusdam præparatorię existunt: ubi uero à functione cessauerint, tunc quid effecerint, apparet, qualis statuaria, pictura, & fabrilis. Tum alię quarum opera post actionem perdurant. Inter has medicinam quoq; numeres licet. In medendo enim nondum eius finis innotescit, quippe quę aduersus morbos semper laboret: at ubi curationem absoluerit, tunc homini sanitatem restituisse eam uidere est.

Quid sit medicina.

Definitionibus rationales usi sunt, descriptionibus empirici: de quibus quæstionem instituere philosophis solum conuenit: enimuero uetares etiam medici hoc ferè modo medicinam simpliciter uel definierunt, uel descripserunt. Medicina est, Hippocratis sententia, adiectio & ablatio. Adiectio quidem deficientis, ablatio autem superantis in hominum corporibus. Quam enim definitionẽ medicinę nõnulli putauerũt, reuera non est, ęgros uidelicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbicq; uehementiam retundere, malo uictis manũ non admoliri. Artes enim non ex ijs quorum neutiquam adest facultas, sed ex his quorũ adest, definitionem sortiuntur: quoniã illa definitio quę neutiq; fieri possunt, recenset, nõ ex ijs quę adsunt, artes definit. Recẽtiores huiusmodi definitionem usurparunt. Medicina, est scientia sanitatis conseruatrix, morborũ repultrix. Verum secus habet. non enim ipsa hęc efficit, sed ex illis quæ efficit, hæc proueniunt, idq; nõ semper. Qua propter nõ ex his, sed ex illis quę ab ea semper accipiuntur, constituta est. Hęc autem sunt adiectio et ablatio. Proinde quę capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocrates, quibus & in sanis utitur cum secundam ipsorum ualetudinem conseruat, & in ęgrotis ut morbis liberet. Quę igitur semper facit, ea ipsam constituunt, non illa quæ ab his efficiuntur. Aliud nanque ars, aliud eius finis est. Hunc enim non assequitur, sed quod circa ipsam est. scilicet neq; id perpetuo secum habet. Quo fit ut quatenus ipsum non contingat, neq; finis eius, sed scopus dicatur: cum autem cõtigerit, finis. Ita gubernatoria & sagittandi ars nõ à fine, quẽ non semper contingunt, sed ab ijs quibus constitutæ sunt, & per quæ, ut finem assequantur, functiones obeunt, definitionem sortiuntur. Porrò definitio hęc omnibus ferè post Hippocratem probata esse uidetur. Herophilo medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Trium enim horum cognitionem habet. Salubrium quæ corporis humani constitutionem ita præparant, ut ex eis pulchre inuicem aptatis, sanitas concilietur: in salubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quę ægris adferuntur & eorũ materia. Hęc enim priusquam à medico excepta sint, neutra, hoc est, nec salubria, nec insalubria sunt.

Quot partes medicinæ.

Primarię medicinę partes sunt, rerum naturæ contemplatio, causarum notitia, uel affectuũ consideratio, sanitatis tuendæ ratio, signorum obseruatio, & medendi modus. Græci uocant φυσιολογικὸν, ἀιτιολογικὸν, seu παθολογικὸν, ὑγιεινὸν, σημειωτικὸν, & θεραπευτικὸν. Athenęus pro signis materiam constituit, quę in curatoria parte uersatur. Nam sine materia curatio fieri nõ possit. Indiciorum obseruatio, & ad curandi rationem necessaria, non tamen ipsa est curatio. Materię enim beneficio curatio absoluitur, ac materia quidem sine curatione nihil aliud cõfert. Signa uel citra curationem ad cognoscendum quę mederi queas, & quę minus, necessaria sunt. Ad hęc faciunt ne inscius ijs qui medicinę nullum locum reliquerunt, manum admolitus, erroris notã incurras. Iam uero quinq; earum partiũ medicinæ, cuiusq; diuisio quędam angustior est. φυσιολογικὸν itaq; pars dicitur, in qua de hominis natura disserimus. Constat autem, si diuidas, elementorum notitia, quibus homo cõponitur, tum generationis, fœtus, & formationis, præterea interiorum & exteriorũ corporis partium speculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, ossiumq; rationes perscrutamur. ἀιτιολογικὸν, quod & παθολογικὸν dicitur. in qua ea quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuũ status diligenter indagamus. His enim incognitis nemo recte nouerit quo modo morbos curare conueniat. ὑγιεινὸν sanitatem tuetur, tum præcauet quo minus corpora in morbos incidãt: ubi inciderint, ad sanitatem reducit. σημειωτικὸν præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum præsagia continet. θεραπευτικὸν, id est, curandi facultas ea quoque in tres partes diducta est, ut una esset quę uictu, altera quę medicamentis, tertia quæ manu mederetur.

An medicinę diuisio in quinq; partes diducta necessaria sit.

Proinde rerum naturæ cognitio necessaria est hoc potissimum nomine, quòd nisi naturalibus antea cognitis, ea quæ à naturali habitu recedũt, cognoscere queas nunquam: nam præter illorum naturam morbi consistunt. Causarum uero & effectuum notitia non minus & ipsa desideratur, ut affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus, tum ipsos affectus à ueteribus appellatos eorumq; status cognoscamus. Vtilis sanè & symptomatũ affectibus incumbentiũ cognitio est: nam ab horum cõgressu, quem Empirici συμφθορὰν Græce, latine concursum uocant, corporis uitia speciẽ nanciscũtur. Quanq; ijdem Empirici in syndromis quæ cuiq; accidenti conueniant, obseruarunt, Methodicis curationẽ affectus indicant, quemadmodum Rationalibus causæ, licet ipsi nihilominus tum affectus, tum cõcursus inquirant. Totum autem causis attribuunt, quarum nonnullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concausæ, reliquæ præcedentes dicuntur. Euidentes quæ Græcis uocantur procatarcticæ, id est antegressę, sunt quę dum aduersam ualetudinem crearunt, separantur, ut frigus, lassitudo, calor, incoctio. Continentes cohærentesq;, cum præsentes sunt, & morbi quoque eorum assunt: cum tolluntur, morbi etiam discedunt, ut spina & telum, Concausæ quas Græci appellant synætia, quæ affectum sua ui possunt generare. generantur uero & alteri cohærentes, ut lapis in uelica, & inflammatio. Nam ambæ urinæ suppressionis causæ sunt, etsi per se utraq; illam generare possit. Coadiutrices causarum partes, quę sua uirtute morbum efficere non possunt, sed alteri auxiliantur, ut libido articularem morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem. Præcedentes, siue interne, quę ab euidentibus uel præparantur, uel coadiuuantur, ut sanguinis abundantia nutrimenti copiæ soboles est. Præcedit autem Erasistrati coincidentiam, quã Græci παρεμπτωσιν nominant, quę omnium morborum causa est coniuncta, uerum citra præcedentem non accidit. Porrò salubris illa pars non solum ut pars medicinę, sed tanquam potior ei quę medetur, præponitur. Multo enim præstat morbum prorsus non admittere, quàm morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe præstabilius est antequam in tempestatẽ incidat iter absoluere, quàm fluctuatum periclitatumq; euadere. Atqui differunt rursus in ea parte quã ὑγιεινὸν Græce appellauimus, sanitatẽ tueri, & morbos incessentes longius prospicere. Etenim consueta uictus ratione primum administratur: alterum curatorijs auxilijs ut morbum qui cõflari debet supprimat ac dissoluere anticipet: siquidem quę iam ortis affectibus medicantur, eadem quoq; prius quàm oriantur, prohibet illos consistere. Similiter pars, quam ἀναλημπτικὴν, tanquam refrictricem appellant, differentiæ cum illis nonnihil habet. Qui enim recreat uires recolligit que, ut non amplius præter naturam. ita secundum naturam se nondum habet, sed ab naturali nuper habitu absolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam uictus rationem desiderat, curatoriã, nec non enim ægrotat: nec eã qua sani utuntur, ut qui nondum absoluta fruatur sanitate. Quo fit ut nec qualitate nec quantitate pari sanis cibum possit assumere. Adnotatrix pars medicinæ, curationi morborum per uictum summe est necessaria, nam præterita & præsentia symptomata ad morbi causam inueniendam diligenter inspicimus. Insuper maxima eius necessitas est ad præsagiendum, mors, an salus expectanda sit. Pari modo medicina quæ manu medetur, tum illa quæ medicamentis auxiliatur, sine indiciorum obseruatione non absoluitur: quippe præsagia eodem modo desiderant, quibus scias quæ curationem non admittunt, quæque eam recipiunt quidem, sed uehementer aut offendũt ęgrum si curentur, aut è medio tollunt. Iam uero curatoria pars trifariam diuisa est, una uictu, altera medicamẽtis, tertia manu medetur. Prima auxiliorũ, quæ digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, est administratio. quę omnibus quidẽ ęgrotis, sed præcipue febrientibus in usu est. Quę medetur, pars curatoriæ est ea, incisionibus, ustionibus, & ossium instauratione homines curat. Medicatio, φαρμακεία Græcis dicta, nudis medicamẽtis interiores affectus & exteriores sanat. uictus enim conuenientẽ rationẽ quandoq; uero & manuum opus requirit, quemadmodũ chirurgia & uictus ratio medicatione utuntur. Itaque à rerum naturæ contemplatione, altius auspicabimur: quoniã nec in sanis secundum ualetudinem tueri, nec in ęgris morbi originẽ siue causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, nec curationem admoliri rectè possis, ignorans quibus homo elementis constet, & quomodo his immutatis à natura quam obtinebant prius, morbi nascantur.

De elementis humanis.

Constat igitur homo ex primis mundi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturalium cum Hippocrate consensu, nõ quòd ex his ipsis, sed pro portione eis respondentibus homo constituatur. Atqui ex Hippocratis sententia dum dissoluitur, in hæc prima resoluitur, ut unumquodque rursus in suam ipsius naturam, homine uita defuncto, redire necesse est, siccũ in siccum, frigidum in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiusmodi tum animantium, tum aliorum uniuersorũ natura est. omnia similiter oriuntur & desinunt similiter. conflatur enim ex his prædictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde singula originem nacta sunt, eò quoque recedunt quemadmodum Homerus hisce uerbis inquit innuens dissolutionem in hæc futuram: Vos aquæ uos tellus cunctos aliquando tenebit. Cæterum hominem uelut ex secundis & humanæ naturę uicinis quatuor humoribus, sanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra constitutum esse physici pronunciant, quoniam fœtus in prima sui formatione ex genitura & sanguine qui à matre per urachum influit auspicium cœpit. in his autem quatuor humores erant. Qui ex tribus, ijsque compositis hominem prodijsse censent, hæc præponũt initia humida, sicca, & spiritus, quę Hippocrates Græce ἴσχοντα, ἰσχομένα, & ἐνεμῶντα appellat. Ea ferè Latinis sonat continentia, contenta, & impetum molientia. Continentia igitur sunt solida omnia, ut ossa, nerui, uenæ, arteriæ,

ex quibus & musculi, & carnes, totaq; corporis moles conflata est, ad hęc interiorum exteriorũq; concretiones. Contenta uero humida sunt, quæ in uasis per tota corpora dispersa ferunt. Atq; hęc quatuor prædictos humores uocat Hippocrates. Impetum molietia spiritus existunt, quos ueteres duos, animalem & naturalem numerãt. Stoici tertium inuehunt ἐκτικόν, quem habitum nominãt. Erasistratus uasa triplicia, neruos, uenas, arterias, omissis spiritibus & humidis, tanquã initia & totius corporis elemẽta constituit. Nam duplici materia regi animal affirmat, sanguine tanquam alimento, spiritu tanquam naturæ functionibus obeundis coadiutore: non aũt ea ut principia intelligit. Multæ sanè aliq partium species non ex tribus illis cõpositæ inueniũtur, ut uerbi gratia cerebrũ, medulla, atq; ossa omnia. Cerebrũ igitur uel medullam nutrimenti parenchyma, quasi adfusionẽ exponas, audet appellare, sicut adipem, iocinoris, lienis, & pulmonis consistentiã. At ossa neq; nutrimenti parenchymata, neq; ex prędictis uasis triplicibus composita esse dicere possit. Asclepiadi hominis elementa sunt corpuscula manantia, fragiliaq;, & inuisibilia foramina. Secundum Athenei sententiam non quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, sed eorum qualitates calidum, frigidum, siccum & humidum. Ex quibus duo caetarum efficientium munere fungi, puta calidum & frigidum: duo materialium, siccum & humidum, supponit. Quintum uero ex Stoicorum opinione introducit spiritum cuncta penetrantem, à quo omnia continentur & gubernantur. Hippocrates cum trisariam hominis elementa diuisisset, in continentia, contenta, & ea quæ animi impetũ regunt, quibus omnia de elementis post ipsum assertis cõprehendit, necnon naturę elementorũ tractationem, & eorum quæ præter naturã sunt causas, haud scio quomodo successores eius unam illam reuera diuinam Aesculapij medicinã in tres partes sibi cohærentes distribuerint atq; diuulserint. Alij em̃ tum humidis eorũ quæ secundum naturam habent constitutionẽ, tum causam eorum quę præter naturã solis attribuere, ut Praxagoras & Herophilus. Alij solidis corporibus initia & elemẽta attribuẽtes, ex his tũ quę natura cõsistunt, tum morborum causas inde capiunt, ut Erasistratus & Asclepiades. Athenæi uero & Archigenis imitatores spiritu solo ea penetrãte: tum naturalia cõsistere ac gubernari, tũ morbos uniuersos hoc prius offenso creari dixerunt. Vnde & pneumatici, id est, spiritales, ueluti qui omnia spiritibus attribuant, nuncupantur.

Exteriorũ corporis partium appellationes.

De partibus corporis seu particulis & quæ earum nomina sint, primus Arist. docuisse simul ac conscripsisse creditus est. Temporis aũt processu medicis quoq; ipsis posterioribus de ijsdem tractare necessarium uisum est, ne manu allata quãque partem aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficientẽ earum notitiam haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Erasistrati sectatores æmulati, ut Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidunt igitur totum corpus Aegyptij medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non ut illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipsius corporis dicetur. Huius particulæ sunt hæ. Anterior superpositа supercilijs, pilis nuda, inter utranq; aurem sita, Frons nominatur. Hac superior capillis intecta, Sinciput. Partem ab utroq; sincipitis latere supra aures sitam, Tempora appellamus, in media capitis regione sinciput superante est Vertex. Vnde uelut à centro circulus, capillorũ prouẽtus incipere uidetur. Post uerticẽ à posteriore capitis parte aduisq; tendines Occiput descẽdit. A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, & ore ad mentũ usq; circũscripta à supercilijs incipiẽs, Facies dicit̃. Vbi enim frõs à superioribus descẽdens desinit, Supercilia, ceu termini eius eminẽtes, & pilis cõsiti eam excipiũt. Qua aũt frõs ad tẽpora porrigit̃, in ipsius † terminis Aures sitæ sunt, quarũ pars aperta ala dicitur, refracta ab anteriori in posterius ipsis summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronẽ exurgẽs Græce xyster appellat̃. Huius acumini concauũ quod subiacet conchula. In huius medio rotundũ foramẽ, meatus auditorius uocatur, sub quo particula pinguis ab aure suspẽsa fibra est seu auricula, superior pinna. Oculi supercilijs subiacent, quę & lumina dicuntur, nempe tota figura cũ ipsis particulis. Superius inferiusq; interiores tunicas contegentes, Palpebræ appellantur, hæc inferior, illa superior. Cõmittũtur inuicem crebrò & extremo tactu ad uisus recreationem, & ad prohibendum nequid extrinsecus uiolenter oculis incidat. Maxime uero, quemadmodum in somnis, uisoriæ uirtutis auertendæ gratia, quo melius homo conquiescat. Partes aũt iuxta oculos totos sitæ, qua palpebræ inuicem cõmittuntur, tardi nominantur Græcorum uocabulo. Vnde pili proueniunt quos cilia nuncupãt, à quibus orta sunt dicto nomine. Facti aũt in hoc sunt pili isti ut uisoriũ spiritũ, uel, ut quidam aiũt, radios ab interiore parte effusos perspicendi gratia dirigant. His itaq; elapsis, uel retortis, nequaq; animãs similiter in rectũ, uel in longũ uidere potest. Interiores oculi termini ubi palpebræ coalescũt, anguli sunt: alter iuxta nasum, iuxta tẽpora alter: hic paruus, ille magnus. Quod in horum medio cõsistit, oculi candidũ. Huius rursus mediũ Iris circulus coloribus uarius occupat, unde & à similitudine quã cũ cœlesti illa Iride habet, nomẽ accepit. Huius rursus media pars per quam uisus peragit̃, Pupilla est. Nasus oculos interiacet, eius partes utrinq; sitę, Nares uocant̃, qbus animalia respirãt & olfaciũt. Exteriores aũt nariũ partes, Pinnulę siue Alę nominant̃. Quod autẽ eas discriminat, Interseptum uocamus. In utraq; nasi parte quæ proprie concaua sunt sub oculis sita, concaua

Aliàs Ipsorũ.

Concaua nũcupamus: unde quidã concaui nominantur. Per morbũ autem hæc attollunt̃ ob humoris cruditatem uel displicentẽ dispositionem. His aũt superiores inter nasum & aures Malæ, prisci etiam Genæ dicuntur: quæ bene coloratis & ingenuis pudore suffusis rubẽt. Hinc Maxillæ ad mentum usq; descendunt, et hac in mucronẽ desinunt. Mentum id omne est, quod labro inferiori longa orbicularí figura subiacet. Suprema pars labri sub naribus μύσταξ Græcis, Homero τέλωνη appellatur. Quod intra labra describit̃, & ab eis constituitur & continetur, Os est. Videntur enim hæc quasi cõnata, post diducta os efficere: quare etiam ueluti nuper diuisa apparent. Quod caput excipit, & ad humeros usq; pertinet, id totũ Ceruix dicitur: huius posteriores partes, ppriẽ Tẽdines appellantur. Dein sub ceruice Humeri utrinq; prominẽt, quorũ uerticem ἀκρώμιον, quasi dicas, summũ humerum, Græci nominant. Quod ab hoc prorsum uergit, Clauiculæ existũt, inter quas Iuguli habentur. Ab humeris Manus incipiũt, utraq; ex suo latere propensa: harum pars ab humero ad cubitum usq; pertendens, Brachiũ uocatur. Ancon aũt, id est cubitus qua tota manus flectitur, cuius exterior em partem Græci ὠρωνόν, & horum Attici ὠλένην nominant. Dein Cubitus, quo et homines metiuntur. Vbi hic desinit, & cũ summa manu coarctatur, Brachiale dicitur. Succedẽs huic pars μετακάρπιον, nomen latinitate necdũ donatũ, quasi postbrachiale dixeris. Inde Nodi à qbus digiti incipiunt, Græci κονδύλους appellant. Digitorum maximus Pollex est, ἀντίχειρ Grecis dictus, quòd toti summæ manui cooperans æquipolleat. Post hũc Index, nomẽ ab usu, ut apparet, sortitus. dein Medius: hunc medio proximus sequitur, Grecis μέσος dictus, medicis dicatus, atque ab ijs nomen sortitus. Postremus Minimus dicitur, q̃ omnibus sit inferior. Itaq; à brachiali summa manus dicitur, cuius supinę pars iuxta pollicẽ assurgens, Vola nominatur, græce thenar: hui pars opposita ὑποθέναρ græco nomine uocatur, latino carens. Verum unde digiti procedunt, Pecten manus est. Quod medium horum omniũ est, concauũ † Manus dicitur. Thorax ea pars appellatur, quę à collo toto ad ilia usq; ex anteriore parte protẽdit. Huius pars quæ sub clauiculis utrinq; & manibus habetur, Costæ sunt: ex quibus & latus utrunq; dicitur. In harũ medio Pectus. Huius rursus medium usq; ad chartilaginem sub qua uentriculi os delitescit, στόμον Grecis dicitur: idẽ locus etiã extrinsecus ita appellat̃. Hinc Abdomen oritur. Quæ sub uentriculi ore ad partem exteriorem apparẽt, subchartilagia nominamus, Greci ὑποχόνδρια, quoniam secundum rectitudinem sub chartilagine ueluti post ipsam habẽtur. Sunt autem Musculi, qui expansi membranæ prętenui ueluti araneæ, quam περιτόναιον Græci nominant, subiacent: extrinsecus uero cute conteguntur. Aequiuoco autẽ cum his uocabulo etiã interiora uiscera uocamus subchartilagia uel hypochondria: quoniã & ipsa sub chartilaginibus notharum costarum ab interiore parte existunt: sed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen est. Quod utrinq; est, Inane seu uacuũ. Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc Sumẽ Grecis ὄπερον uocatum. Postea Pubes sequitur, quæ & Aquaticulus, græce ἐπίσιον dicitur: in quẽ Thorax finit, ubi & musculorũ Naturalia constituta sunt: tum fœminarum ad femoris utriusq; exortum, ut sub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles uocatur: summitas eius Glans: qua foramẽ habet ad excretionem, οὐρήθρα ab usu nuncupatur. Cutis quæ eam contegit, Præputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius uergens ῥαφή, id est sutura uocata est. Quæ uero aduisq; sedem producitur, πῶρος, hoc est taurus. Testiculi duplici nomine apud Græcos Didymi et Orchis intus et foris appellantur. Quod testiculos ambit: ὄσχεον Græci, nostri Scrotum uocãt. Mulieris autem pudendi (sic enim nominauit ipsum) sinus ipse, græcum nomen λατὰς obtinet, latinum Pecten. At quæ sinum ambiunt, Alæ uocantur. Inter has autem caruncula ad fissuram exorta, Græcorum lingua νύμφιον, nostra colliculum appellare licet: quem quòd multo promineat, Aegyptij in uirginibus excidere consueuerunt. Porrò recti intestini orificium per sedem prodiẽs, quo excretionem cũ lubet retinemus, Annulus à figura, ab officio Strictor uocatus est. Cæterum posteriores corporis partes, quæ collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totum, νῶτον, id est, tergum uocatur, inde utroque in latere ὠμοπλάτη, id est, scapullæ habẽtur. Media ipsarũ pars μεταφρένον, quod est dorsum, cui etiam stomachus intus subiacet. Rursus media totius tergi sedes superne ad clunes usq; Spina dicitur. Huius partem quæ recto tramite sub dorso haberur, ἄκανθιν Homerus nominauit, manifesto alijs dictionibus exponens, κατ' ἄκανθιν μέσα νῶτα, quoniã & iuxta rectitudinem longitudinis media sunt terga, mediumq; est dorsi & lumbi. Spinam Lumbi Grecis ὀσφὺς dicti, quę ἰξὺς nominata est, quatenus cingimur, excipiunt. Hi in Os sacrum terminantur: in cuius utraque parte Coxæ sunt: in his Nates: quoniã quę his subijciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosa ipsis corpora substrata sunt. Quorum Gibbæ partes, quòd orbiculares sunt, σφαιρώματα, ceu modo orbium factæ, Grecis nominantur. Inde corpus unum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorum diuisionem ueteres Graeci διχάλαν nominant: atque hæc tota ad extrema usq;, Crura dicũtur: quæ uero à coxis statim incipiunt, Femora: ubi uero artus postea committuntur inferioribus, articulumq; efficiunt, Genua nominamus. Eorũ partes retrorsum spectantes, Poplites, uel Ancyle: inde ad ima maximi artus Tibię: quorũ anterior pars Crea, posterior Sura nominatur. Postremũ ossium tibię in utrunque latus excedens, Talus est: ab hoc profecti Pedes proprie appellantur: quibus etiam mensuram sibi

† Græcus codex habet sũ Θ, id est, pectus.

aliam homines in altum tollentes pedem inuenerunt. Pedis pars posterior Calx: prior à talo usque ad digitos, πρόσω Græcis uocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicientibus à talo uersus magnum digitum procedẽs, πέδιον Græcis appellatur: latine planicies dici potest. Quod sub hac statim in medio imi pedis habetur, Conca uum dicitur. Infimum quo terram cõtingimus & ingredimur, Planta uocatur. Quod post cõcauum ad digitos assurgit, Pecten † pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuũ digitis pares. Non autem eadem sortiti nomina: quoniã nec eosdem præstant usus, quanquam magnitudine aut situs ordine conueniant.

†Græcũ exemplar habet σῆ, id est, pectus.

Interiorum anatome.

Anatomes uocabulum, etiam exteriorum corporis partium & particularum per abusum commemoratio usurpat, quæ uerbis uniuscuiusq; ipsorum naturalem situm, ordinem, usum, quem animanti præbent, propriam cuique illorum appellationem de quibus iam retulimus, percenset. Interiorum uero cum sermone explicatio proprie anatome dicitur. Siquidem oculis eas indicatas esse, confectio non est, sed cuiusq; notitiam ex sermone ac uerbis accepisse, & naturales actiones quomodo ipsas obeant didicisse: præterea quam inuicem communionem uiscera, alięq; corporis partes per uenas habeant. Cerebrum itaque ex nullo eorum quæ prędiximus, principali uase compositum esse uidetur Erasistrato, eoq; nutrimenti parenchyma, id est, affusio ipsi esse uidetur. Est autẽ corpus simplex, atq; ob id omnium quæ humano continentur corpore, & præcipuum, & princeps. Quapropter Plato & Hippocrates animi principatũ in eo constituunt. Cõprehenditur sanè membranis duabus. Vna & contigua assimiliq;, χορσοειδὴς Græcis appellatur, uenosiorq; est. Altera quæ huic superiacet, caluariæ quibusdam partibus magis adhærescit. Sed hæc neruosior existit. Ex superiore igitur parte uenæ nutrimentũ à corde iuxta eum locum qui Græcis λαχλωειδὴς dicit, ex arteriis quæ ad basim sunt acceptum in id deriuãt: inde & nerui exortus principiũ ex eo capiunt, unde & animi functiones uniuerso corpori cõmunicãt. Neruorum autem species duæ sunt: una mutuos ossium connexus colligat, continetq;: altera sentiendi motum dicq; pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atque hinc etiam musculorum prouentus est. Oculorũ meatus & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos uisorius spiritus oculis impartitur. Inde uero nares etiam processus habent, per quos & odoramur, & cerebrum expurgatur. Ad aures processus non sunt, uerum à posteriore parte tenuis membrana, quã Græci μυϊγγα uocant, perforata est: atque in uermis speciem processum habet, per quam similiter ipsæ repurganẽ. In illius principio cerebri pars Græcis ὠνοειδὴς appellata, quòd coni speciem referat, sedem habet. Iam uero illinc & spinalis medulla incipit. Cæterũ duos habet cerebrum uentriculos, quorundam opinione, unum, ubi animi principatus residet. At Caluariæ ossa superiore parte sub cute, membrana quæ per suturas è meningib. prodijt, περικράνιον Græci nominant, conteguntur. Estq; hæc origo membranæ costas succingentis, quam ὑπεζωκότα nominant, & septi transuersi, & peritonæi, & omnis membranæ neruosæ. Oculus ex Hippocratis sententia habet duas tunicas, quas Hippocrates μήνιγγας, quòd ex illis prouenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, nonnulli quatuor. Ex quibus prima deforis est, à Græcis ἀραχνοειδὴς uocata. Ea reliqua sui parte alba est, pupillæ loco extenuatur. Perspicuumq; subiectũ colorem reddit, quatenus niger uel cæsius uel suluus apparet. Secunda huic adiuncta qua pupilla est, modico foramine concaua, quæ quòd parte interiore sit acino uuę similis, ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Tertia retis modo sinum habens, ἀμφιβληστροειδὴς nuncupatur: per inde quasi in summo quartam tunicam à nõnullis inuectã excipiat, quam & ἄδηλον, ceu minus apparentem uocare consueuerunt. Est etenim membrana minima simul & tenuissima, sed prima & secunda firmæ membranæ crassæq; tunicæ sunt; tertia uero & quarta tenuissimæ. Quare & Hippocrates priores solas cognouit: oculus, inquiens, membranas duas habet. Porrò triplices hę tunicæ humores continent. Hunc ab aquæ similitudine ὑαλοειδῆ Græci uocant. Illum ὑαλοειδῆ, quòd uitro quiddã simile referat. Tertium κρυσταλλοειδῆ, hoc est crystalli modo pellucidum. Palpebrarum interiores partes carnosæ: mediq; cartilaginosæ: exteriores cute tegũtur. At quoniã chartilago media dura est, adeps subiecta est lenimenti malagmatis ue instar, quæ frequenter exuperans, guttas parit. Lingua maxime carnosa est, in quam duplex neruorum genus ab ima parte cerebri prodiens, inseritur. Alij molles appellati gustãdi sensum ad principium, alij duri motum arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicem exigua inhæret lingua Græcis ὠμογλωσσὶς dicta, quę cum deglutimus, recurrens, arteriam claudit, nequid ex firmioribus humidis in ipsam delabatur. Cuius rei quoque causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguæ radicẽ, utrinq; conspicuæ: duæ his proximæ penitiores. Nominãtur eædem etiam Græcis παρειδμίαι, quoniam locus ad quem sitę sunt, isthmo præsertim cum per inflãmationem intumuerunt, eoq; transitum hunc arctum nimis reddunt, figura respõdent. Porrò cum duabus animal materijs gubernetur, alimento & spiritu, ad hunc quidem percipiendum, nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo, partes sunt aptissimæ. Nares sanè & os respirationi seruiunt: gurgulio, ne frigidus in fauces aer cumulatim irrumpat: aspera arteria, ut eũdem in pulmones deducat, quorũ in pectore sedes est: per hos & omnis fit respiratio, submittẽtes quidem se, ut spiritus emittatur: attollentes uero, ut idem recipiatur. Quare actione similitudinem quãdam cum fabrorum follibus habere uidentur: figuram uero ungulæ bubulæ seruant. Porrò ex spiritu elaborato

borato quicquid maxime necessarium est, ad sinistrum cordis uentriculum defertur. Quicquid inutile est, illac qua inspirauimus efflat. Nutrimenti uasa ad excipiendum, & instrumenta ad elaborationem instituta hæc sunt, os, dentes, stomachus, uentriculus ieiunum, & tenuia intestina. Os quidem & dentes cibum extenuãt moluntq;. Stomachus appetit & deglutit. appensus asperæ arteriæ ad septum usq; transuersum porrigitur. Ventriculus omnis est ad concoctionem. incipit uelut à media chartilagine, ubi uentris os situm dicitur. subsidet leuiter iocinori, latitudine Græcorum literam σ referẽs, & altero extremo in sinisteriorem partem uergit, ubi est & Græcis dictus πυλωρὸς, quoniam portę modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, prohibet. Ieiunum & tenue intestinum digestioni dicatum est, in sinus multos implicitum. Committitur autem mesaræo seu mesenterio, quòd uenæ in id descendentes, intexunt. Ei uero tenuius intestinum est ita connexũ, ut pars eius esse uideatur, quippe ieiuno explicato persimile est. [Differt tamẽ, quòd nec uacuum sit, nec uasorum copiam habeat] per quæ digestio plurima ad iocineris portas permanet. Deinde cæcum intestinum, alimento recipiendo accommodatum. Huic adhærescit aliud, Græci λῶλον nominant, quod excrementa ex distributione segregata suscipit. Pertendens autem in dextram supra umbilicum inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totumq; amplexum abdomen in rectum intestinum desinit. Cum igitur duo meatus siue itinera à lato oris spatio incipiant, alterũ iuxta priorem colli partem, brõchum uel asperam arteriam nominamus: [alterum, stomachum.] Vnde uero initium capit arteria, & ubi aperitur, Latini fauces, φάρυγγα Græci uocant, uel λάρυγγα. Cæterum totus meatus ex chartilaginibus annuli modo uel circuli compositis constat, quò firmus continuæ animantis respirationi maneat, nec comprimatur: quare etiam ostium eius semper patescit. Nam cibi abstinentiam tolerare potes diutissime, non inspirare, ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purum hũc spiritui transitum natura dedit, ne impedimenti quid sentiat. Enimuero siquid uel cibi, uel potus in arteriam imprudentibus delabitur, strangulationes & tusses statim excitantur, donec à spiritus impetu excussum efferatur. Iam uero aspera arteria spiritum pulmoni transmittit, desinitq; in eiusdem arterias asperas, quas ipsas quoq; bronchia nominant. Stomachus interius quàm arteria existens, ceruicis uertebris annexus, longissime cum aspera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adiunctus, cum cibum deglutimus, recurrens exacte ipsum ligula cooperit, quæ ex linguæ radice trahit originem. Porrò hæc ligula non modo os claudit, sed etiam cibum à lingua uelut uentilabro purgatum, & arterię orificio superimpositum ad stomachum pontis modo dejicit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet. Dum appetit quidem, se attollit, & quæ offeruntur, deglutit: dum accepta superioris uentriculi orificio contiguo per transuersum septum tradit, submittitur. Per quem angustum existentem meatum, in uentrem alimenta descendunt. Vẽtriculi naturæ officium est, ut alimentum sibi cõmissum cõcoquat, quod à concoctione primum ptisanæ cremori persimile est: uerum per eum quem πυλωρὸν à Græcis appellari diximus, qui adhuc arctior est, alimentum ieiuno instillatur: quod cum tenue sit intestinum, in flexuosissimos orbes natura implicauit, ne ex facili uidelicet dissecaretur, conuelleretur q;. Mesaræum seu mesenterium anfractus & orbes eius amplectitur, atq; ipsos sustentat: quanquam id non solum hunc præstat usum, sed etiam uenas duas sub iocinere emergentes [fulcit] quæ post in diuersas partes ducuntur, & mesaræo inserunt, quo & ipsæ (sunt enim tenues) ruptionis periculum effugiant. Sustinentur autem ab intexto eidem simul basi huic innitentes, & scalæ nauticæ instar alleuatæ finiũt. Atque hoc pacto in singulis anfractibus ad hirudinum similitudinem compositis, aperto ore ieiuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul autem inter exugendum, protinus ipsum in sanguinẽ mutant, qui succus antea erat, dum in ieiuno esset. Non em̃ aliun de uel pituitæ, uel sanguinis, uel alterius cuiusdã uas esse natura indicat. Rursus igit̃ duæ factæ ex multis uenę à mesaræo acceptum, ad iocineris portas digerunt. In iocinere cum sanguinis naturã nutrimentum induit, recrementa singula pariter secernuntur. Flaua bilis ad uesicam ei inhærentem defertur: atra ad lienẽ. Iam uero ab hepate uersum in sanguinem alimentum, in dextrum cordis uentriculum distribuitur. A corde sanguis per iugulares uenas (σφαγιτίδες à Græcis nominantur) ad superiores corporis partes deriuat. Per cauam autem uenam in uniuersum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, sanguine iam à fero discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub clunium carnibus per quas urina destillat, inhærent. Ad uesicam autem per meatus dictos gtæce οὐρητῆρας proficiscitur. Vesica corpore suo urinam recipit, & per collem foras excernit. Testiculi uero substantia glandulosi sunt, cõceptacula & officinę seminis, quod per singulos neruos ab inguinibus dependentes, Græci κρεμαστῆρας nominant, ad eos fertur. In quos etiam alia uasa ipsos nutrientia descendunt. Cæterum duabus tunicis conteguntur, quarum tenuiorem Græci ῥυθροειδῆ, ualentiorem δαρτὸν appellant. Ab his est, quod ὄσχεον à Græcis, scrotũ nostris dicitur. Fœminis autem uulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quãplurimæ aperiuntur, per quas sanguis expurgatur, qui in cõceptibus retinetur, ceditq; in alimẽtum fœtui & formationem. Nam à uenis quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes uenæ, ab arteriis ibidẽ litis binæ arteriæ, & à neruis unus neruus mutuo in unum cõgressu meatum quendam ab anatomicis Græcis οὖ-

ϛαχυν appellatum absoluũt, qui infantis umbilico A inseritur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab umbilico autem uenæ ad iocineris portas sanguinem in fœtibus trãsmittunt: arteriæ uero iuxta uesicam, crassiori arterię: neruus hic spinę insertatur.

De ea anatomes parte quæ ad ossa pertinet.

Ossium duplex compositio, una ad motum ac commodata, nomen articuli habet: altera ad stabilitatem, Græcis στωϑρωσις, id est, coarctatio dicitur. Huius autem tres sunt species, sutura, coagmentatio & fixura. Suturis igitur capitis ossa constant. Inueniuntur autem suturæ in plurimis quinque. Prima per sinciput, σϛφανιαῖαι à corona cui assimilatur, Græcis dicitur. Altera per uerticem ϐολδαῖαι, quòd ueru repræsentet, uocat. Tertia per B occipitium, à Græcorũ litera λ. λαμϐδοειδὴς ei nomen est. Duæ, quas ἐφαπτῳδίας nominant in utroque temporum una. Ossa caluariæ septem numerantur, occipitis unum, uerticis duo, temporum item duo, frontis unum, polymorphi unum: Cerebrum duos ab utraq; cerebelli parte processus obtinet. κορῶναι, quasi dicas tubercula, Greci appellant, qui in primæ uertebræ cauitates insinuantur, in qua uelut centro secundæ uertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuitq;. Deinde ossei dicti processus duo paululum inuicem dissidentes, per quos tendines & nerui deorsum ferũtur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt: iugalia nominari possunt ab eadem similitudine, à qua id Græci ζυγοειδῆ appel- C lant. Sub his rursus alia duo petræ modo prominent, λιθοειδῆ uocant. Priore capitis parte processus sunt telo similes, hinc quoque ϐελονοειδεῖς à Græcis dicuntur. Facti autem sunt ad faucium diuisionem. Vbi summæ eorum partes chartilagine committũtur, os ὑοειδὲς appellatur. Quæ uero super his sunt, nomen tum apud Græcos, tum Latinos desiderãt, quorum in priore parte situm est os à multiplici forma dictum πολύμορφον. Porrò superioris maxillæ ossa coagmentatione cõstant. Facies item commissuras nouem habet. Prima in lato utroq; oculorum spatio situm obtinet: duæ à latere narium utroq;: alia medias nares rectà intersecat. Malæ quoque singulas habent. Duæ rursus obliquæ palatum secant, unaq; in rectum idem pa D latum diuidit. Communes aũt faciei & capiti connexus, sunt in ossibus iugalibus. Iam quidẽ faciei duodecim ossa sunt, narium duo, oculorum quoque totidem. Malarũ singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo alis similia. Maxilla inferior quorundam sententia duo in mento connata habet ossa, nonnullorum unum. Cæterum dentes fixura iungũtur, quippe receptaculis ipsorum infixi sunt. Sunt autẽ numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in superiore atq; inferiore maxilla, quia secant, τομεῖς à Græcis nominantur: canini quatuor. maxillares seu molares uiginti sunt. Reliquorum ossium clauiculę ad summum humerum coeuntes deligãtur. Ad pectus autem articuli & coagmentationis missionem facere uidentur, & Romanæ literæ S, eiusq; simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim utroq; latere habentur. Septem ex eis cum spinę uertebris, cumq; osse pectorali utrinq; coeunt. Reliquę quinq; à posteriore parte spinæ inseruntur. In anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligantur. Vertebræ uero omnes quatuor & uiginti sunt. Septem in ceruice, dorsi duodecim, quinq; lumborũ. post omnes os sacrum, quod ex uertebris inuicem connatis constare uident. Quin & pectus similiter ex septem ossibus unà coalitis ensis figura structũ esse apparet. At brachium utrunq; humeri articulo coarctatur. Porrò suo ipsius capite oblique in scapularum sinum immittitur. Cęterum scapulæ musculis qui posteriore parte costis substernuntur, incumbunt. Cubitus & radius quem Græci ὠλέκρανα appellant, coalitus quidem modo sese continguntur: articuli uero modo alteri brachij capiti committũtur. Tribus enim sui uertebris brachium in cubiti cælaturam structura literæ σ similem inserit. Quarta iam uertebra radius ueluti circa axem uoluitur. Brachialis ossa tria mutuo coalitu deligata sunt, ad cubitum tamen & radium articulum apte faciunt. Postbrachialis quinque ossa uidere licet, articulũ cum brachialis ossibus, quibus connata sunt, explentia. Palmę ossa cũ eisdem, & postbrachialis ossibus coagmentatione iungũtur, continenturq;. Cæterum cum primis digitorum internodijs coartantur: digitorum uero internodia singulorum tria, quæ articulo componuntur. Femoris os unum est, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum sinum conijcitur. Quam commissuram neruus qui è medio sinu prodit, & in medium femoris caput inseritur, continet. Coxæ quæ duo sunt ossa à posteriore parte, cũ osse sacro priore inter se coalescentiam habent: ubi & pubis ossa uel pectinis nominãtur. Tibię utriusque ossa duo, nempe tibiæ & fibulæ. non peruenit autem fibula quam Greci πτερόνιον appellant, ad genu articulũ, uerum sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os, rotundum, sublatum, scuti breuis instar, commissuram eorũ continens, quòd in summo coarte tur: patellam id Latini uocant. Fibulæ superior extremitas anteriori tibię parti sub insertione connectitur. Iuxta malleolos autem qua desinunt utraq; tibiæ ossa, ligamento nerueo, chartilaginoso q; inuicem colligãtur. cæterum intus talo incumbit intra se ossa conuinciens. Talus iuxta pedis longitudinem situs, perone, hoc est fibulæ insidet, eiq; firmiter coaptatus est. Cęterum tibiæ ossibus, tum ei quod σκαφοειδῆ uocant, in anteriore ipsius parte articuli iunctura committitur. Rursus scaphoides ubi cum talo coit, excauatũ est, ut scaphæ speciem referre uideatur. E regione gibbum, calles tres habet, quibus ossa χαλκοειδῆ, quæ tria sunt, inserumtur. porrò quod cubi figuram repræsentat, extrinsecus situm est. coartatum est autem carnosę parti,

& calci

& calci. Processum quoq; ex inferiori ad priorem A partem obtinet, quam plantæ os retinendi ipsius gratia subijt. Deinde os dictum πτερνον, & ipsum quinq; constat ossibus. Tum deinde quinq; pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs, similiter ijs qui in manu sunt cõpositа, si magnum excipias: is enim solus duobus constat. Contrahunt autem horum iuncturas membranosa quædã ligamenta: talũ & calcem ualida admodũ, & quædam ex ijs rotunda, simul & neruea chartilaginosaq;.

De humoribus.

Humores corporis ex prima generatione quatuor, commisti inuicem & contemperati sunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, sanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iocinore, atra in liene. Cæterũ duplex spiritus innati spe- B cies, alius naturalis, alius animalis. Non desunt tamen qui & tertium hecticon introducunt. Hecticus igitur est spiritus qui lapides cõtinet. Naturalis animãtia & stirpes nutrit. Animalis, sentiendi, omnisq; motus facultatem animatis exhibet: Situs autem est in animantibus: nam his tribus animalium natura constat. Itaq; animalis in capite sedem habet: naturalis in corde: hecticus in toto corpore uersatur. Naturę actiones sunt, à prima generatione imprægnatio, fœtusq; formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio, in uentriculo cõcoctio, digestio, in sanguinem alteratio, segregatio, nutritio, & auctio. Excernuntur autem in corpore stercus, pituita, utraq; bilis, urina, sudores, mucci, saliua, & lac. Animę uero facultates, sensus, & uolun C tas. Sensus quidem sunt quinq;, quibus animãtia per corporis instrumenta funguntẽ, uisus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Instituit autem anima quædam sine corpore, ut cum ratiocinatur, uel reminiscitur. Cum corpore, ubi id ad quorũdam receptionem, uel excretionẽ, uel ad loca mouet. Respiratio composita quædam actio esse uidetur, partim ex arbitrio, partim sponte & naturaliter, ut in somnis facta. Sanus igitur homo est, primis, unde constat elementis: & secundis, unde formatus est, quatuor humoribus, tum quantitate, tum qualitate mediocriter inuicem contemperatis: solidis autem partibus ex quibus compositus est, nec diuisis, nec cõdensatis, nec è loco suo motis: spiritibus D nec intensis nimium, ut in phreniticis, nec dissolutis, ut in lethargicis, uel in ijs qui cardiaco affectu affliguntur. His enim hecticus spiritus resolui uidetur. Sanus autem homo conseruandus est consuetis exercitijs, & cibis patrijs quolibet anni tempore obseruatis: copia eorum solum uitãda est, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariũt. Præcauendi morbi sunt, uel qui iam imminent, uel futuri sunt. Si ex plenitudine proueniant, inedia, uel purgatione, uel uenę incisione curandi sunt. Si ex labore & indigentia, quieti corpus dare & nutrire conuenit. Verum uniuersi morbi, & ex Hippocratis sententia, partim extrinsecus ex aere nos ambiente, partim intrinsecus ex esu, potioneq; proficiscuntur: à quibus humorum aliquis uel abundat, uel deficit, uel qualitatem cõmutat. Ab his etiam spiritus insiti nunc intenduntur nimis, nunc plus æquo relaxantur. Solida uero corpora foris & intrinsecus multas causas habent, plures affectus sustinendi. Erasistratus autem & Asclepiades in uniuersum unam cuiq; morbo causam tribuunt. Hic sanguinis in arterias coincidentiam, ille corporeę molis in raritate extensionem. Plenitudinis morbum facientis notæ sunt uasorum cõuexio, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulsuum magnitudo cum robore. Indigentiæ signa, collapsus tumoris, gracilitas in facie, & exiguus pulsus cũ imbecillitate. Itaque febrim ueteres ipsam per se affectum arbitrãtur. Erasistratus & recentiorum nonnulli accessorium, seu consectarium affectum. Febris igitur, est natiui caloris in ardentiorẽ conuersio, eo quòd intro auersus perspirare prohibeatur. Indicia febricitantium colligimus ex calore intenso & intolerabili, tum in accessionis principio ex languido, inæquali, & crebro pulsuũ motu: In statu, ex uehemẽtissimo motu elato, & ueloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardentem, mordacem, acrem, & constantem, cum pulsuum frequentia & duritie, ex alto ueniẽtem, febrem esse definiũt. Sunt autem duæ eius species omnium sententia, continua, et intermittens. Continua est, quæ nõ ad integritatem prius quàm morbus ex toto solutus sit, uenit. Intermittentis rursum sex species inuenimus apud ueteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanam, septimanam, & eam quę à nono die uocata est Græcis ἐννατικὴ, septem. Nam semitertiana, modo inter continuas, modo inter intermittentes ponitur. Iam uero reliquorum morborũ duo genera sunt, uel cum febribus, uel sine febribus. Quidã enim acuti, quidam lõgi sunt. Acuti quidem hi, Phrenitis, febris ardens cui nomen est causos, Synãche, Pleuritis, Peripneumonia, Cardiacus affectus, Regius morbus, Cholera, Voluulus quem Græci ἕλειὸν uocant. Colicus dolor, Apoplexia, Tetanus, Opisthotonus, Emprosthotonus. Acuti igitur à sanguine ferè & flaua bile, in nonnullis corporis partibus quas ij male habẽt humores superfluis, & in deterius uersis constituuntur. Longi à pituita & atra bile, similiter uel copiosioribus quàm naturæ modus exigit, uel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, uictus ratione, uel inedia, uel purgatione, uel uenæ incisione curandi sunt. Qui ex abstinentia in morbum incidere, alimentis restituere conuenit. Quibus incoctio & humorum acrimonia morbi causam fecerunt, ijs fomentis & cataplasmatis concoctio paranda est. Acria contemperanda sunt, & cibis boni succi atque humectantibus uti oportet. Cæterum quatuor in toto morbo, particularibusq; ac-

cessionibus tẽpora auxilijs adferendis dicata sunt. A
Initium, incrementum, uigor, & inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana conuenit: quibus & in totum abstinere triduo conducit. Venæ sectionem in initio recentiores ad tertiũ usq; diem statuunt. Veteres etiam post tertium diem præcipiunt, si uires suppetant, & morbus postulet. Nutrimenti tempus à triduo iuniores, antiqui nõ omnibus, sed ijs qui copia laborant, tum iunioribus, tum senioribus instituũt. Pueros statim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos quibus huiusmodi consuetudo est uel loci, uel aeris circumfluigratia. Ab alimento post triduũ primum sumpto perfusiones capitis & præcordiorum ex usu sunt: sequentibus diebus cataplasmata & clysteres. Perfusiones igitur in præcordijs calidas semper assume-
re oportet, & simplices, ex cumini uel xylanethi decocto. Ad caput, calefacientes quidem in lethargo, & in omni graui sopore: refrigerãtes autem in phrenitide, & quauis acuta febre conueniunt. Cataplasmata quædam solo melle & oleo conficiuntur, uocanturq; μαλακτικὰ, quasi interpreteris, emollientia. Quædam ex aqua cui oleum sit adiectum, fiunt, quæ ὤμιμ λύσιμ Græci nominãt. Alia his insperguntur, ueluti pollen, lini semen, & fœnũgræcum. Clysteres hydrelæo, melle, sale & nitro modico præparantur. Tempus eorum ante cibum est, dum accessiones remittuntur & inclinãt. In cõtinuis morbis diluculum. Phrenitis est mentis alienatio. Notæ sunt, insania uehemens, temeraria manuum gesticulatio, floccorum & festucarum collectio, & febris acuta. Causam habet magna ex parte bilem. Cõstituitur in cerebro, uel eius membranis quas μηνίγγας appellant, uel, ut quidam aiunt, in septo transuerso. Curatio hęc conuenit. Initio, si præscius fueris, uenæ incisio, cucurbitulæ conueniunt, ademptio per clysterem & abstinentiam: non cedente morbo perfusiones soporiferæ, inunctiones quibus somnus accersitur, & humectantes cibi conducunt. Causos febris species, ab Hippocrate quidẽ inter acutos, ut quartana inter longos morbos refertur, à recentioribus non item. Oritur ex bile non nimis sicca, circa uenas quæ ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis
missione, in statu, frigidæ, tum aliorum quæ refrigerandi uim obtinẽt, potio confert, uel epithema, D
cuiusmodi ex feruenti hydrelæo præparatur. Angina est circa ceruicem inflãmatio. Eius speciem unam Græci κυνάγχην appellant, quæ in interiore ipsius parte orta subito strangulat. Alteram συνάγχην. Hæc in exteriorẽ partem incumbit, eoq; minus strangulat, minusq; periculosa est. Vterque affectus uel à bile, uel à pituita salsa nascitur, idq; nõnunquam cum febre acuta, nonnunquam sine febri. Remedium & generosissimum & præsentissimum est sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pituitã per os educentia, & cerata foris imposita. Asclepiades ultimũ auxilium posuit, de quibus summus metus est, ne strangulentur, superiorẽ gutturis partem incidere. Pleuri-

tis lateris ab interiore parte inflammatio est. Huic febris acuta dolor uehemens, & tussis accedit: à bile potissimum constituitur. Præsidio est in initio adhibita uenæ incisio: deinde cataplasmata & sic ca fomenta, nẽpe milij & salis: postremo medicamenta intrinsecus purgantia, quæ πλευριτικὰ nominant. Cauenda uero in his sunt uentris profluuia. Peripneumonia, nonnullis autoribus inflammatio grauis est, circa pulmonem idq; grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non posse uidetur, sed uicina eius loca cum in dispositione eiusmodi sunt, ea ut ita nominetur, faciunt. Habet autem hic morbus febrem acutã comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuritidem concitat: secundum alios tamen pituita. Remedium
B ferè huic cum superiore malo commune est. Cordis affectus est, quẽ Græci καρδιαλγὶαν uocant, non quòd in corde affectus sit, sed quoniã stomachum ueteres cor appellabant, quo in febri acuta resoluto, ægrotos immodice digeri contingit. Accidit ferè ex immodica abstinentia, uel parum tempestiua uenarũ sectione, uel cum aliquid præter rationem corpori adimitur. Quare alimento, quod facile distribui queat, & recalfacere, succurrendũ est: quẽ admodum ex uino ac niue, cibo qui ex ualentiore materia est, & stomachum roborare potest. Est cum uisceribus inflammatis, potissimum iocinore, hic morbus eueniat: cum econtrario, ablatione & cataplasmatis inflammationi dicatis opus est. Arquatus est, quem & regium morbum nostri,
C ἴκτερον Græci nominant, bilis in summam cutem redundantia. Interim cum febri acuta oboritur, interim sine illa cum interiorum adustione, et stomachi uitio. Si præcordia inflammantur, cataplasmata primum desiderant: si copia laborant, uenæ sectionem: sin minus, medicamenta quę bilem euacuant, aut uentris ductione & intestinorum, aut per urinas, aut per sudores, aut per nares. Cholera duplex est secundum Hippocratem. Altera humida, in qua, uti omnes norunt, uehemens est excretio, bilis suprà infraq; erumpit, intestina grauiter torquentur. Accedunt conuulsiones, sæpe etiam crurum suræ contrahuntur. Remedio contractionibus sunt perfusiones calidæ: in ijs quæ contrahuntur, balneum post expurgationẽ, tum alimenta quæ ex facili disponuntur digeruntur q;, & stomachum adiuuant. Alteram, siccam choleram uocat Hippocrates ab eadem proueniẽtem causa, ac circa eadem consistentẽ, ac citra uentris fluorem, & uomitum. Ideoq; remissionem præcedentem & per cataplasmata requirit, nec cibi ingestione, sed cõtrà inedia opus est. Voluulus & colicus dolor, intestinorum inflammationes sunt, quorum alter tenuioris, alter pleniores. Quare deiectiones includuntur, & flatus intestinis inuoluti, eo quòd exitum non habent, dolores uehementes & tormina concitant. Voluulus autem dispositione & accidentibus acutior, magisque periculosus est. Alterutro autem morbo extreme laborantibus uomitus concitantur, uoluulum patientium. Au-

xilium

xilium est uoluuli maxime sanguinis missio per A
initium, plerunq; abstinentia, & cataplasmata mitigantia, & inflammationem discutientia. Efficacius iuuant medicamẽta quæ λωλικὰ nominant, intro per sedem immissa. Nam dolores auferunt, somnum conciliant, & aluũ mouent. Apoplexia ex humorum crassorum copia generatur, qui capitis uasa, unde corpori sentiẽdi mouendiq; facultas aduenit, obstruunt. Quamobrẽ qui huic malo sunt obnoxij, sensu, uoce, & motu priuantur. Hippocrates de hoc uitio scribit, Apoplexiã, inquiẽs, ualidam soluere non licet, imbecillem haud facile. Sanguis mittendus statim iam oppressis, modo & ætas consentiat, & uires sustineãt. Tetanus, Opisthotonus & Emprosthotonus neruorũ mor
bi existunt. uerum utraq; species est conuulsionis B
neruorum, qui à capite descendentes, corpori motum distribuunt. Nam si uiscosi humores eos obstruant, affectio talis oritur. Quæ si scapulis caput annectat, quo minus possit annuere, ὀπισθότονος: cũ mentum pectori cõtrahit, ut renuere nequeas, ἐμπροσθότονος: cum rectam & immobilem ceruicẽ tendit, τέτανος Græci appellant. Sanat uenæ sectio, si copia subest: ut uidere licet apud Hippocratẽ in illo qui prolapsus humi uulnus in caput acceperat. Medetur eñ eis & frigidæ copiosæ infusio, si æstas sit, præsertim si non gracilis, sed quadratus existat æger. nam caloris reuocationem molitur. Multi sane ceratis modice recalfacientibus & relaxantibus utuntur, ad hæc inunctionibus similibus, necnon lanis oleo imbutis, atq; impositis & C
fomentis & cataplasmatis calidis. Longi morbi interioribus accidunt hi, cephalæa, morbus comitialis, uertigines, oculorum caligationes, insania, melancholia, lethargus, distillatio, raucitas, grauedo, sanguinis eruptio, suppuratio in thorace, tabes, abscessus in medio latere, abscessus in clauiculis, iocinoris affectus, tenesmus, dysenteria, lumbrici lati, teretesq;, ascarides, coxarum dolor, articularis morbus, podagra, elephantia ad exteriores partes spectare uidetur. Ex longis morbis cephalæa internus capitis dolor est, qui incircuitu interdũ affligit à pituita nascens, interim unã capitis partem infestat, tunc ἑτερομιγρανίαν nominant. Auxilium utriusq; est sanguinis detractio, uel cu-
curbitulæ occipitio impositæ, eductio pituitę per D
os, per aluum purgatio, & epithemata quæ inter cataplasmata, uel malagmata, uel epichrismata scribũtur, postremo causa eius sinapismo resiccatur. Morbus comitialis, quem & sacrum uocant, circa neruorum qui à capite descẽdentes, sensum motumq; uniuerso corpori distribuunt, originem cõsistit. Causam eius Plato & Hippocrates pituitã & bilem atrã indicant. Homo concidit qui hoc malo detinetur, quoniam ei sentiendi mouendiq; meatus obturantur, spumat ijs os ob humorũ cõmotionem, quæ à neruorum conuulsione prouenit. Qua de causa interim urina sine uolũtate prorumpit. Præsidiũ adfert pueris impuberibus natura circa pubertatẽ efflorescens, & morbũ humori

bus natiuo calore exiccatis terminat. Qui pubertatẽ excesserunt, raro aut nunq; sananť. Caligines oculis offusæ & Vertigines cognata sunt uitia morbo comitiali, ab eisdemq; causis prodeũt, atq; easdem sedes occupant. Hoc tamen intercedit discriminis, q; illæ in superficie corporis, non intus accidant, ob quod facilius q; hic curãtur, alui ductione, præsertim per hierã administrata, deinde apophlegmatismis, & uomitibus partim à cœna, partim ieiunis adhuc excitatis. Omniũ maxime ueratro succurriť. Mentis alienatio duplici specie insigni cõstat: hanc Græci μανίαν, id est, insaniã: illã μελαγχολίαν, id est, atrã bilẽ appellant. Cõplures uero & harũ existũt differẽtiæ, nominũ adhuc indigæ. Constituitur itaq; mentis alienatio circa totũ caput. Causa insaniæ flaua bilis est. Ob hoc, qui tali uitio laborant, tumultuosi, præcipites, manu prompti, cõtumelioslq; fiunt. Melancholia nascitur ex atra bile, humore frigido & turbido. Vnde melãcholici tenebriones ac lucifugæ, tristesq; apparent, de omnibus suspicioſi, minũ consuetudinem oderunt, solitudinibus gaudent, quẽadmodum Bellerophontes à Poeta describitur.

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis,
Ipse suũ cor edens, hominum uestigia uitans.

Medetur per uentrem purgatio, & maxime quæ per uomitum excitatur, adhuc his magis utrumq; ueratrũ soluit. Lethargus morbus est phrenitidi contrarius. Est enim profunda in somnũ delatio, & inexcitabilis. Huic uitio obnoxij omnium quæ dicuntur obliuiscuntur, atq; hæc in febri ipsos comitantur. Locus igitur affectionis, caput est: nam in membranis cerebri cõstituitur. Causa ipsius pituita est, humor frigidus, frigiditate ac humiditate somnum inducens. Curatur conuenienter contrario modo q; phrenitis. Fricãtur superiores corporis partes acribus quibusdam & pungentibus, tum ea adhibentur, quę odore excitant, mouẽtq;. Cibi similiter digerentes, secantesq; pituitam, perfusionis capiti admouentur, quæ exiccandi uim obtinent, & cataplasmata aliquando præcordijs. Crebro namq; hæc inflammatione uexata, neruorum quoq; in capite principium cõstringunt, grauantq;. Humor à capite oppleto destillat interdũ in nares, interdum in fauces, alias in pulmonem. Atq; has tres species Latini grauedinem, raucitatem, & destillationem, Græci λιῤῥυζαν, βράγχον, & καταῤῥῆξιν, siue καταγμὸν nominant. Grauedini itaq; facile & breui succurritur, deinde raucitati, modico sanè & calido uictu, qui tamẽ ualidi generis existat. Destillatio in thoracem nõ ex facili curatur, immo sæpe immedicabilis est. Nam ab ea acri & salsa partibus exesis, sanguinis eductio sequitur, cuius tres causæ referuntur. Vel eñ uasa erosionẽ passa sunt, ideoq; sanguis in asperã arteriã descẽdens per os reijciť. Vel rupta sunt uiolenter, uel ob imbecillitatẽ nõ cõtinent, sed adaperta eũ trãsmittũt. Differũt sanguinis excretio, & reiectio. Hęc etem uel à pulmõe, uel aspera arteria, puenit. Illa à stomacho & sanguis apparet nigrior.

Qui ex thorace reiçitur, flauus magis & ſpumãs: A deinde hic cum tuſſe, alter ſine illa ſpuitur. Sæpenumero etiam à capite per palati foramina in hos defertur ſanguis, præbetq; eductionis falſam imaginem. Loci ex quibus proprie ſanguis educitur, tres ſunt. Primus fauces, unde minore cum periculo ſanguis reiçitur, facilliusq; ſiſtitur. Secũdus aſpera arteria, atq; hic morbus curationem difficulter accipit, plenusq; periculi eſt. Tertius pulmo, ubi minus omnibus præſidij, plus periculi affectus habet. Comitatur enim maxime ſuppuratio & tabes, ſi Hippocrati fidẽ adhibemus, cuius uerba hæc ſunt, Sanguinis ſpuitionem puris ſpuitio: huius ſpuitionem tabes, tabẽ mors ſequitur. Nonnulli etiam ex latere ſanguinem educi arbitrantur. At hoc ambiguum eſt. Salus uitij huius B eſt, ſanguinem reprimere, uel uenæ ſectione aliò ducentem, idq; potiſſimum in iuuenibus, uel poſca ſiſtentẽ, uel inedia copiam eius imminuentẽ, uel ſimplici quodam medicamento, ut acacia, hypocyſtide, balauſtio, plantaginis ſucco, atq; id genus alijs. Vomicæ præſidium uetus ſunt ferramẽta candentia, quæ thoracem exiccent, fluoremq; in exteriores partes dirigant. Iuniores conſueuerunt mitigare cataplaſmatis, & delingendis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os aſſumptis, priuſquam corpus inficiatur. Inſcribuntur autem proprie medicamenta ad purulentos. Quæ ſuppurationes medio latere conſtituuntur, reſectæ proprie ad liniamẽtum humoris excretionẽ habẽt. Quæ ſi uniuerſim fiat, hominẽ C interimit. Accidunt uero uomicæ quoq; ſub trãſuerſo ſepto, quæ (quia ſe intus occulũt) abſceſſus nominantur, non ex æquo periculoſi, nec curationi reſiſtẽtes, plerumq; intus rupti hac excernunt, uel partibus exterioribus diuiſis. Diocles memorat etiã thoracis ſuppurationes erũpentes interim in arteriam, quæ ad renes ac ueſicã tẽdit, ſimul cũ urinis excerni. Tabes, proprie dicitur in pulmone uel in thoracẽ corporis ſuppurationũ colliquatio. difficilis eius ſalus eſt, aut nulla. Lactis uſus potui datur: dũ conſiſtit, loca ſicciora cõueniunt. Superior Aegyptus & Libya maxime huic malo medentur. Hippocrates tabis cuiuſdam coxẽdicum meminit, ἰχιαδικὸν uocans, qua in uomicis circa os ſacrũ accidentibus corpora colliqueſcũt. Simi D liter alterius renũ, cui νεφριτικὸν nomẽ dedit. Porrò ſiocinoris & lienis inflammationes ſi in pus uertuntur, & ipſe mediocriter corpus cõſumunt. At hæ ſuppurationes multo citius curantur, minusq; periculoſæ ſunt, q̃ quæ pulmonem affligunt. Verum ſi minus in uomicas mutantur inflammationes, ſed in ſcirrhi natura permanſerint, malum habitum corpori afferentes, tandem aquam intercutẽ cõciliant. Quatenus autẽ ſimplices extiterint, in iocinore, febres cõtinuas afferũt. In liene, quartanas magna ex parte. nam huius ſpeciei cauſa bilis atra eſt, quæ in liene tanq̃ uaſe contẽnetur. Vnde quartanæ auxiliũ eſt, ante rigorẽ ſummas partes propter humoris frigiditatẽ fomentis tueri. In intermiſſionibus eductio per uomitũ. Atq; intercutem, quam Græci ὕδρωπα uocant, tres ſpecies ſunt neotericorũ ſententia. Primam ἀσκίτην, Secundam τυμπανίτην, Tertiam ἀμφιαεκίδιον nominant. Hippocrates duas ſtatuit. Nam τυμπανίτης & ἀσκίτης eiuſdem ſpeciei ſunt: quoniam in utraq; nutrimentũ in aquam redactum, inter inteſtina & peritonæum transfunditur. Sed in hac aquæ plus quàm ſpiritus in unum intus contrahitur: in illa copioſior ſpiritus, minor humiditas eſt. In reliqua ſolidæ totius corporis partes in aquæ naturam tranſeunt, hanc & Hippocrates immedicabilem eſſe ſcribit. Cauſa uero cuiuſque hydropis eſt, autore Eraſiſtrato, inflammatio iocinoris uel lienis, tẽporis ſpatio in ſcirrhũ indurata. Nam cum alimenti in his uiſceribus cõfectionem, atq; in totũ corpus digeſtionẽ impediat, in aquæ ſubſtantiam ipſum cõmutat: quod ita refrigeratum, inter inteſtina & peritonæum tranſmittitur. Hoc quoq; malum Hippocrati ſalutis ſpem nullam habet. Quòd ſi uel abſq; inflammatione hydrops, præſertim ἀναſάρκη eueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in uenis amplius edomante, ſanguis caloris inops aquę naturã induit, & ex uenis, ceu oleum ex utribus, defluit. Quoſcq; enim ſanguis exactus in uenis eſt, ab earum corpore continetur. Vbi uero in eo pingue exuperauerit, ut in obeſis, ſanguis effuſus adipem generat, aut in aquam uerſus, aut dum non continetur, diffluit in locum qui inteſtina & interiorẽ abdominis mẽbranam interiacet, aut per uniuerſum corpus diffunditur. Tolluntur duo alij hydropes uel malagmatis exiccãtibus, uel medicamẽtis urinas cientibus, uel hypelatis purgãdi facultate præditis. Renes affecti dolores magnas pariunt. Locus autẽ male habens non ex facili poteſt diſcerni, q̃ exterioribus partibus cohæreat, laxiusq; inteſtinũ, λῶλον appellant, ipſis incumbat. Quare cũ offendũtur, uel externarũ partiũ inflammatio, uel coli affectio eſſe apparet. Non raro eodẽ affecto inteſtino renes cõſentientes dolẽt. Vitia autẽ quę in eius cõſiſtũt, hæc ſunt, inflãmatio, exulceratio, calculi lãguor. Cum inflammatio renes exercet, nihil per urinã innoteſcit, ſed dolores excitantur potius, non exacte locũ primũ dolentẽ oſtendentes, ob eam quam dixi rationem: uerũ intolerabiles, quippe qui nec cataplaſmatis cedant, nec imminutione per cucurbitulas facta remittantur. Sola medicamẽta nephritica intus accepta præſidio ſunt. ſi exulceratio eos infeſtat, interdum purulenta per urinas excernuntur, interdũ cruẽta. Cũ ineſt calculus, aliquãdo cruenta, partibus uidelicet ab eo exaſperatis, eiiciũtur. aliquãdo arenulæ in urina ſubſidẽt, ſi friabilis ſit lapis, uel etiã recẽs modo naſcatur. In remiſſione ſeu lãguore ſanguinolenta urina redditur, quaſi nondum ſegregata. Veſicæ affectus hi ſunt, languor, furfuratio, calculus, exulceratio, circa colem maxime. His accedit urinę ſuppreſſio, eiuſq; difficultas, & ſtillicidium. Ex his uero, alijſq; cauſis proficiſcuntur. Græci

priús

priús uitium ἰσχυρίαν, alterum δυσεντερίαν, tertium A ſπαγγελίαν appellant. Inflammationis notæ ſunt circa pubem dolores, urinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplaſmatis, perfuſionibus, & à cibo abſtinentia. Quòd ſi excedat, ſanguinem quoque per uenam mittere conuenit. Exulcerationis indicia ſunt, ſanguinolenta excretio interim, interim purulenta, nõnunquam muccoſa, & circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maximeq; dulcis boniq; ſucci alimentum, ad hæc quæ intus adhibentur, & byſſini medicamentum. Languorem ueſicæ innuit & urina cũ citra mingentis uoluntatem effluit. Difficilem morbus curationem, aut nullam recipit. Lapidem in ueſica eſſe, digiti in rectum inteſtinum per ſedem immiſſi exquiſitiſſime deprehẽdunt, ſed ita, ut index ad medium B in ſummo reflectatur, atq; in priorem ueſicæ partem, ubi & lapidem innatantem contingunt, referuntq; in ueſicæ ceruicem. Calculorum differentiæ plures ſunt. quidam enim illorum adnati ſunt, alij poſſunt auferri. Rurſus aliqui facile frãgi poſſunt, nonnulli non poſſunt. Itaq; magna ex parte adnati difficulter curantur. Ex alijs autem qui facile franguntur diſſoluentibus medicamentis excerni poſſunt. Duros & diſſolubiles chirurgi tollunt, carunculam diuidentes ueſicæ ceruicis. ἰσχυρία ſumma eſt urinarum retentio. ſπαγγελία urinæ ſtillicidium. δυσεντερία urinæ difficultas. Atq; hæc multis è cauſis proueniunt. Aliquando calculo ueſicæ ceruici impacto, ac meatum in totum obſtruente, uel ſi intus quippiam relictum ſit, aut C ceruici innatet. Vrinæ retẽtio, propter ueſicæ inflammationem nimiam, aut repletionem immodicam accidit, ueſica ſcilicet ad excretionem imbecilli, aut ceruice uehementer ex urinarum acrimonia per morſum contracta, aut ex grumis ſanguinis iter occludentibus, aut ex urinarum craſſitie. Hæc medicamentis reſoluentibus oportet diſcutere. Plenitudinem uacuare ferramento, quod Eraſiſtratus κευθετῆρα nominat, Romanorum litteræ S ſimili. Stomachus uẽtris & inteſtinorũ principium eſt, ſiue naturaliter, ſiue præter naturam afficiantur. Stomachi igitur uitia ſunt, inflammatio, exulceratio, ſanguinis eductio, inflatio, humiditas flaccida, faſtidium, ingeſtorum ciborum incontinẽtia. Inflammationem ergo notat dolor in- D cumbens. Succurritur perfuſionibus & cataplaſmatis, alimentis frumentarijs, & quæ facile poſſint digeri. Exulcerationem in ſtomacho notant proprie putredo, mordicatio, deglutiẽdi difficultas. Auxiliantur his extrinſecus impoſita, cibiq; probe ſucculenti. Sanguinis è ſtomacho eductio ijſdem medicamentis ſiſtitur, quibus ex thorace. eiuſdem reiectio, ijs quæ ſuperius adnotata ſunt. Inflationem diſſoluũt diſcutientia, & quæ ructus mouent. Humiditatem, ſiccorum eſus, & abſinthij potio tollũt. Cibi faſtidium aut ex pituita adiacente oritur, ideoq; exiccare illam ex uſu eſt: aut à bile ſupernatante, unde ſtomachus puãrgdus eſt, aut naturæ impotentia, & functio appetitoria reddenda. Nam oculi quoque propter ſpiritus uiſoríj imbecillitatem allucinantur. Aduerſum uictus faſtidium huiuſmodi adhibenda ſunt, quæ appetitum prouocent, ſuppeditẽtq;. Stomachus autem non continet accepta propter humiditatem, maxime uero ob impotentiam ac imbecillitatem, ſicut dimiſſa manus non continet quæ attingit. Expedit igitur corroborare, fortioremq; ipſum reddere, tum uniuerſum corpus reficere. Ventrem multa uitia ſtomacho communia infeſtant, præterquam appetentiæ prauitas. Sed concoctionis malè obita functio uentriculo propria tribuitur, ut quæ potiſſimum in eo adminiſtretur, quem affectum profluuium ſequitur. Reliqua igitur pari modo cum ijs quę ſtomachum cruciant, curabis. conuulſionem faciunt. Quòd ſi talis inteſtinorum exulceratio in ſuperiore quoque parte conſiſtat, neque ſic paſtillorum uſus eſt. Non enim ſatim ad affectos locos perueniunt, nam ubi ſanos contingunt, pernicies eis faciunt. Verum medicamentis utendum eſt, quæ ſuperioribus locis cõueniunt, quorumq; titulus eſt aduerſus dyſenteríam inditus. Ex dyſenteria, inteſtinorum leuitas oritur, ubi ex magna ulceratione multæ cicatrices inteſtinis oboriuntur, propter quas cibum non retinent: unde ex inteſtinorum leuitate uocata eſt Græcis λειντερία. Quamobrem talis eſt inſanabilis. cicatrices nãq; non ſeneſcunt. Si uero ex inteſtini imbecillitate contigerit, tum quoq; grauis eſt, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit, ſi moliaris robur uniuerſo corpori ac inteſtinis adiungere. Cæterũ cauſa etiam morbi pituita

eſt, inteſti-

est, intestinis lubricitatem illuendo generãs. Succurrit inedia resicando, & cibi pituitae contrarij. Tenesmus proprie morbus est recti intestini. Hoc enim inflammatione laborans, crebrae, inanesq; egerendi cupiditates & impetus exercẽt. Prosunt ei fomenta parti inferiori adhibita, stringentia, tũ alimentũ ex ualenti materia, & reprimens. Quòd si perseueret, nihilq; imminuatur, enaematibus ex ptisanae cremore, & hircina adipe utendum est. Lumbricorum qui intestina excruciãt, triplex est species. Quidam enim teretes, palmi longitudine, uel etiam maiore, ad stomachum usq; proserpunt. Quidã breues, & minusculis uermibus similes, ἀσκαρίδες Graecis appellantur. circa rectũ uero intestinũ nõnulli lati & oblõgi adeo, ut ih totũ exporrigant intestinũ. Graeci uocãt λωρίας simul & ταινίας q̃ similes fascijs sint. Teretes itaq; ad remedia faciles, maxime autem in pueris hae: ascarides, in ijs qui sub pubertatẽ sunt, abundant. aegre nec praesidijs cedunt, nec excernuntur, nisi cibis acrioribus, & medicamentis dia picras compositis, oleoq; cum uino maxima ex parte iniectis. Coxarum dolores, articulorum uitia, & podagrae sola inter se magnitudine differunt: caeterum causis & locis, qui affectum primum sentiunt, ijsdem cõstãt. A pituita namq; plerũq; fiunt. circa neruos consistunt, quibus articuli conseruntur, motumq; recipiunt. At coxae dolor quẽ Graeci ἰσχιάδα nominant, in ipsius articulo ortus, ad talos usq; non raro extenditur. Praesidio erit sanguis ex talo missus, cucurbitulae coxis admotae, clysteres acres, quiq; intestinorũ tormina quodammodo faciũt. Et foris. cataplasmata acopa, & malagmata adhibita prosunt. Podagra solos pedes affligit. in statu quidem febrilis dolor intenditur, eoq; refrigerantibus opus est. In declinatione torpor cum frigore hominẽ occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articulorum uitia, praedictis similes affectus sunt. circa articulos omnes consistentia medicamenta curatoria, mitigantia ceromata & uictus rationem probam desiderant. Morbus quem Graeci ἐλεφαντίασιν uocãt, ab elephanti similitudine nomen sortitus est. Nam qui hoc uitio laborant, cutem crassam, duram, elephantorum modo asperatam habent. Originem mali excitat pituita crassa, & atrabilis, uel muccosa, maxime inhaerescens. Hi enim humores ferinum ipsum denunciant. Quare solum ueratrum siue nigrum, siue album, praesentaneum elephantiasis est remedium. Impetiginis duae species sunt, quae cutem molestant. Vna tolerabilis, mitiorq; est. Altera effera, quae difficilius tollitur. Squamulae in his ex cute abscedunt: sub quibus locus rubicundior, ferecq; exulceratus apparet. Gignitur affectus à pituita salsa, & flaua bile: undeq; in salsugínum uasis fictilibus, ex cute secedunt squamae. Succurritur medicamentis pituitam mouentibus, & quae extrinsecus corpori illinuntur. Lepra quoq; cutis uitium est, sed magis subalbidum, asperiusq; apparet. Ea uero asperitas est ueluti psydraciorum erũ-

A pentium. Psora uero, id est scabies exulcerata magis est. Pituita salsa utrunq; malum proprie producit. Medicamenta pituitam cientia, tum quae extrinsecus illinuntur, quibus ad lepram & scabiem titulus est, ijsdem succurrunt. Vitiligo, quam Graeci ἄλφον uocant, duas habet species, Leucum, & Melanẽ. Hic ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiae dicata cõueniunt. Leucus à pituita non salsa. Leuce habet quiddam simile alpho leuco, sed magis colore terram albissimam refert. à lepra uariat, quòd lenior hic cutis, minusq; aspera q̃ in illa sit. Omnia huiusmodi curant medicamenta pituitae trahendae idonea, tum smegmata foris adhibita.

De curationis per medicamenta diuisione.

Medicina quam Graeci φαρμακείαν uocant, duplex est. prima interiores morbos curat, qua potissimum uictus ratione sanans utitur. Altera exteriores, citraq; illam manu nihil peragitur. Medicaminum ad interiora pertinentiũ species duodecim existunt. Quaedam cephalica, quasi dicas capiti dicata medicamina: quaedam stomatica, id est oris uitijs accommoda, dicuntur. Alia concoquunt, alia ad tussim inscribuntur. Alia anodyna, quae dolorem leuãt, alia alexipharmaca sunt, alia purgant. Nonnulla proprie ad iecur inscribũtur. Sic ad lienem, ad renes affectos. Sunt quae aduersus uesicae calculos & ulcera nomen habent, similiter ad uuluam. Iam uero stomatica sunt quae ad gingiuas cruentas, putridas, erosas, & dentes faciunt. Eodem referuntur. quae aphthas & crustas, tum quae uuam descendentem sanant. Quae concoquunt, partim ad stomachi uel uentriculi imbecillitatem conducunt, partim ad horum inflationem. Quędam ad pleuriticos uel peripneumonicos, alia ad tabidos, alia ad asthmaticos, id est suspiriosos, uel eos qui non nisi recta ceruice spiritum trahunt, ὀρθοπνοϊκοὶ uocantur. Aliqua ex his asperitatẽ arteriq;, & uocis abscisionẽ auferũt. Porrò anodyna nunc renum affectus sedant, nunc uẽtris profluuia, aliàs intestinorũ tormina, aliàs plenioris, nempe colli, tenuioris q̃ intestini, id est ileimala, communiter omnia quemuis dolorem mitigant, extinguũtq;. Alexipharmaca simplicia, alia ad aliud uenenũ usurpamus. Theriace aduersus omnia & prius & post sumitur. Inter purgantia quaedam per superiores corporis partes agunt, quemadmodum quae ueratro constant, uomitũq; cientia. Per inferiores, quae scammonia, aloe, elaterio, colocyntide, euphorbio, cocco gnidio, atq; his similibus. Tertio ordine ab his ponantur quae lumbricos latos repellunt, cuiusmodi medicamentum est, quod cerui cornu, menta, & pipere praeparatur. Est & quarta species caput tantum per os atq; nares purgantium, quae in capitis, oculorumq; affectibus proprie sumũtur. Ad haec quę in arquato crebro in usu sunt. Conuenit autem per superiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus harum est, cum morbi intermittunt.

Inferiori

Inferiori parte adhibita, acutis, ut pleuridi & peri A pneumoniae. Tempus earũ omnium est, particularium accessionum remissio. Exteriorum remedia undecim species continent, alia discutiunt, alia concoquunt, alia cruentis statim imponuntur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricẽ inducũt, alia oculis, alia uniuerso corpori adhibentur, alia adurunt, erysipelatis, herpetis, carbũculis idonea. Alia sunt quę illinuntur, acopa, & excalfacientia, quę ad neruorum resolutiones faciunt, articulorum morbos, podagras, tetanos, opisthotonos, oẽmemq; neruorum rigorem. Alia pustulas in summa cute orientes, leucen, alphum, impetiginẽ, & lepram absterGunt. Quae digerunt, & concoquunt, phymatis, & cuilibet id genus absessui auxilio sunt. Digerentia cõstant sale, nonnunq; nitro, ut Ctesiphontis compositio testatur, Concoquentia, resina, galbano, ammoniaco, thymiamate. Enaema pharmaca fusci coloris ad recẽtia corporis uulnera ualẽt. Quae proprie uiridia & nigra sunt, ut barbarum, capitis mala, & canũ morsus sanant. In ulceribus partim pus educentibus in his quae laborant inflammatione, utendum est: ut tetrapharmaco. in sordidis uero, repurgãtibus, ut uiridi diluto. In cauis, replentibus, in carne supercrescẽti, reprimentibus; quae ex myrsi & squama conficiuntur, in uehementi quoq; sanguinis fluore sistendo non parum efficacibus. Adurẽtibus interim in diducendis partibus, ac aperiũdis utimur, uelut in absces- C sium comprehẽsione, interim in palpebris, cum summa cutis relaxatur, & procidit, uice consutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatam retrahimus. Aliquando in capitis morbo difficillimo, quem λιεφαλαίαν à Graecis uocare diximus, per altas crustas humores in exteriorem partem educentes assumimus. Adurentium materiè lixiuium, calx uiua, auri pigmentum, sandaracha, faecula, atq; id genus alia. Ex cephalicis medicamentis aliud ad achoras, capitis furfures, & eruptiones ualet, alia ad capitis dolorẽ, & heterocraniã. Aurium remedia partim earum inflammationẽ, partim exulcerationẽ, partim influxum, partim difficilem auditum, partim contusionem iuuant. Oculorum pharmaca septẽ species habent. Quae- D dam enim ad incipientes lippitudines, ut quae dia glaucíu, & diacrocu, & cygnaria inscribuntur. Quaedam ad eorum dispositiones, ut nardina, & theodotia appellata. Quaedam ad fluorem, quę ex thure, acacia, & ericae fructu cõponuntur. Quaedam ad scabritiem, ut ex metallis confecta, nẽpe usto aere, chalcitide, & aeris squama. Quinta ad siccam lippitudinem, & scabiosam, collyriorũ species est, tũ siccorũ oxydercicon, id est uisum exacuẽtium, eiusdem cum superioribus materiae. Sexta humidorum, quae ad suffusiones inscribũtur, ex fellis generibus hyaenaeq; potissimum composita. Septima cataplasmatum species in oculis uehementer inflammatis & circumdolentibus usurpatur, ex meliloto, passo, fœnugraeco, similibusq;

materijs confecta. Oblinimus palpebras initio, repellentibus, & cuiusmodi sunt diaglaucíu, & diacrocu medicamina. etiam solo ipso glaucio. In terioribus exiccantia, lenientiaq; admouemus, ut nardina & theodotia. Quae uero ad colorem decoremq; formę conciliandum illinuntur, qualia hedychroo & sandyce constituuntur, non medicinae, sed cultui artis ac elegantiae dicatae sunt propria.

De oculorum affectibus.

Affectus qui totum oculum exercent, hi sunt, taraxis, id est, perturbatio: lippitudo, epiphora, inflammatio, œdema, inflatio, scirrhosis, chymosis, carbunculus, strabismus, conuulsio, palpitatio, myopiasis, gangręna, putredo, ulcus, fistula, xerophthalmia, psoropthalmia, sclerophthalmia, procidentia, atrophia. In membranis hi consistũt, ruptura, exesio, distentio, anastomosis, crassities, densitas, corrugatio, extensio, raritas. Interiores palpebrarũ partes infestant, aspretudo, crassities, sycosis, tylosis, durities, chalazosis, pladorotes, mydesis, sarcosis, poriasis. Exteriores hydatides, lithiasis, phthiriasis, meliceris, gangręna, phymata, colobomata. In corona crithę, posthia, trichiasis, dystichia, trystichia, phalangosis, pyrosis, ptilosis, psoriasis, madarotes, paralysis. Communes toti palpebrę, paralysis, procidentia, diuersio. Anguis hi accidũt, encanthis, ancyle, pterygion, rhœas, prospysis. Extrinsecus, ægylops, anchilops. Albũ affligunt, psydracion ulcus, hypospagma, absces- sus, chemosis, cœloma, pterygion, phacosis, ictерus, tosus. Iridem oculi infestant, argemon, nephelion, achlys, epicauma, ulcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, staphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix, leucoma, cœloma, proptoma, unguis, pyosis, exulceratio. In pupilla esse solent, suffusio, glaucosis, mydriasis, phthisis, synchysis, platycoriasis, amaurosis, rhytidosis, nyctalops, hemeralops, myopiasis, diapyesis. Meatus exercent, aporexis, paremptosis, symptosis, anthracosis. Taraxis igitur seu perturbatio est, cũ oculus leuiter ac mediocriter commotus tandem rubicundior euadit. Lippitudo, cum albũ rubescit, & palpebrae attollũtur, cum dolore cõniuent, ægreq; manus admotas ferunt. Inflammatione oculorum rubor intenditur, palpebrae magis eleuantur, ut nisi magno negocio queas suspicere. Epiphora, tum inflammationis magnę uniuerso illatae corpori, tum largorum fluorum commune nomen est. Proprie uero de oculis refertur, ubi cum maxima inflammatione, etiam humoris copia influxerit. Oedema nominant, cum eleuatus apparet oculus, & colorem amisit, uel etiam ægre mouetur: interim albũ quoque supra nigrum attollitur. Inflatio dicitur, cum subito tumescens oculus decolor fit, exuperante pituita: ut plerumque senibus aestate potissimum solet accidere. Scirrosis ex inflammationis diututnae uehementia oritur, carne increscente, & subliuida. Profluuio laborat oculus, cum non solum rubet, sed multas quoque lachrymas

excernit

excernit. Xerophthalmia, id est, arida lippitudo, A cum anguli ulcera & aspretudinem, pruritumq; contraxerũt, palpebræ rubent, & lachryma salsa & nitrosa profluit. Sclerophthalmia, quasi dicas duram lippitudinem, est cum palpebræ duriores sunt, oculi rubẽt, & cum difficultate quadam mouentur. Proptosis, id est procidentia appellatur, ubi cum inflammatione moti sede sua procidunt. Atrophiam nominant, cum ex longa imbecillitate, uel alia quadam latẽte causa paululum quasi propulsus, deinde cauatus ad radicem cum dolore minor euadit, obscureq; aut nihil oĩno uidet. Asperæ dicũtur palpebræ, cum euersæ sanguinolentiores apparent, & magis asperæ carnosæq;, & fici acinis similes. Crassæ uocãtur, ubi euersæ duriores ijs quæ naturaliter se habẽt, existunt, & scabris magis carnosę. Sycosis, id est ficus, accidit cũ in palpebrarum parte interiore carni quid simile enatũ fuerit, quod emineat, & oculus totus ægre moueatur. Tylosis, id est callus nuncupatur, cum in palpebris aspretudines ex senectute crassiores, albidiores, & parũ sensiles extiterint, eoq; minus deteri possunt. Scleriasis, id est, durities, est tumor palpebræ cum rubore doloreq;: difficulter abolet. durat magis q̃ inflammatio. Chalazia uel chalazosis, orbicularia quædam intra palpebras tubercula sunt circumscripta, nomen à similitudine grandinis acceperunt. Pladarotes sunt mollia, ueluti corpora uetusta & maxime decolora, palpebrarum parte interna nondum aspredinem habentia. propterea πλαδαρότης à Græcis uocat̃. Mydesis commune nomen est partium quæ ex putre factione contabescunt. Palpebræ quoq; eadem laborant, ubi & tumentiores apparent, & assidue diffluunt, adipem paulo copiosiorem sortitæ. Crithe, quę & posthia, dicitur, cũ parte interna palpebrarum iuxta corollas suppuratum oblongum, figura hordeo simile fit, unde appellatum est. Generantur alia quoq; maiora in mediis palpebris eodem appellata nomine. Lithiasis albida quædam & crassa, callis lapillisq; similia, quæ oculum premunt, in palpebris retorsis ostendit. Phthiriasim uocamus, cũ palpebrarum pilos lati exiguiq; pediculi infestant. Ditrichiasi laborat oculus, cũ pilis naturalibus alij subnascentes ipsum premunt, fluoremq; concitant. Ptilosis est cum alij quidem D subnascũtur, naturales autẽ collapsi fractiq; stimulant ac pungũt. Phalangosis, cũ pilorũ subnascentium duplex triplexue acies, uel in superiore, uel in inferiore palpebra prouenit. Resolutus oculus dicit̃, ubi naturali motu destitutus, neq; sursum, neq; deorsum intendi possit, uerum sentiendi expers consistat. frequẽter hoc mali partibus etiam oculi accidit. Ectropion seu diuersio, palpebrarũ uitium est, cũ exulceratis oculis plus extra feruntur. Ecanthis, ubi ex ulcere caro in angulis iuxta nares supercreuerit. nautæ ac piscatores hoc uitij peculiare habent. Vnguis uero, est in albo oculi præter modũ exulcerato, carneq; oppleto, membranula tenuis & neruosa, quæ oriens ab angulo, ad nigrum & uerticem eius peruenit. Rhœas, cũ angulus ex latẽte quadam causa secesserit, aut prua curatione sublatus fuerit, ut lachrymas continere non amplius possit, sed humorẽ dimittat. Cohæresc unt palpebræ cum albo oculi, uel nigro ex ulceratione. Et si nigro cohæreant, uisus omnino prohibetur: sin albo, minus. Græci hoc malum ἀγκύλωσιν appellant. Aegylops, uel anchilops, absessus quidam est ad angulũ qui naribus propior est, pus continens, quod erũpens aut os exedit, aut ad angulum, uel usq; ad nares destillat. Pterygion communi uocabulo circa corpus totum & circa album oculi fit. Est autẽ uelut pustula in summo rubicundum. Vlcus oritur in albo uel nigro, cum summa cuticula, quam Græci ὑποδερμίδα nominant, diuisa, lunæ figuram, uel rotũdam, cauam, similis coloris, uel subalbidi acceperit. Hyposphagma uocant, cum uasis in prima tunica rutpis ab ictu, sanguis intra albi spatium & interiorem tunicam coierit: atq; oculi color statim cruentus, post liuidus existat. Chemosis ex inflãmatione uehementiore utrasque palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum contegãt. Proprie uero Chemosis dicitur, cum album utraq; iridis parte inflammatione afficitur, iuxta irim autem cauũ hiatularũ similitudine apparet. Cœlomata sunt rotunda & caua ulcera, bothrijs latiora, quæ in oculis circa irim nascuntur. Argemon in iridis circulo, uel in albo, interdum etiam nigro, ulcus rotundum & subalbidum oritur. Nephelion summę cutis, ulcus paulo maius argemo, albidum. Achlys est circa totum nigrum à superficiaria ulceratione cicatricula tenuissima, aeri caliginoso assimilis. Epicauma, cũ in superficie epidermis adusta ulcus contraxerit, uel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innascẽs. Bothrion est ulcus cauũ, purum, angustum, punctoris rotũdis simile, ulcusculo altius. Phlyctænam uocãt, ubi per exulcerationem, uel etiam sine hac exterior ceratoidis tunicæ membrana tenuissima & sublimis elata, intra se humorem collegerit, aut sub tunicæ spatio crassior humor currens phlyctę nam pariat. Myocephalon morbus est, cum tunica priore iuxta irim, exulcerationis uitio exesa, secunda prociderit, ut ceu muricæ caput referre uideatur. Staphyloma dicitur quando oculi pupilla cum inflammatione & dolore attollitur, & albũ colore, acino uuæ simile redditur. Hypopyon uniuersam irim pure occupat, uel eius dimidium. Rhexis, id est ruptio, est exulceratio ab ictu uel alia quadam causa, in alto totas subinde membranas diuidens, ut etiam humores quibus uidendi facultas administratur, effundat. Cicatrix appellatur, ubi nigro oculi ex alto ulcere mẽbranæ crassities superuenit, & color albior apparet. Accidit quoq; albæ membranæ dictæ, sed nõ perspicitur. Albugo nihil à cicatrice differt, nisi quòd ex ulcere maior cicatrix, simul & crassior in iride nascatur, quam Albuginem nominant. Clauus est carnosus nigri excessus solidus cum leui albaq; uelut

cicatrice

cicatrice. Frequẽter etiam in albo nigro cohæren A ti consurgens. Suffusionem quidam interpretantur, cum humor quidam in pupillam destillauerit, concreueritq; sæpe adeo, ut uisum offendat, uel in apparẽtibus hebetet. Glaucosis, est humoris quẽ Græci λρυσαλοειδῆ uocant, in album atq; aqueũ colorẽ mutatio, cuius gratia uisus impeditur. Myriasis dicitur, cum pupilla quidẽ nihil colore uariat, dilatatur autem magis quàm natura poscat, ut iridis circulo fiat proxima, & uisioni noceat. Phthisis, id est tabes appellatur, dum pupilla arcte coit, ut stimulo assimilis fiat, tum hebetior, tum rugosior, aut ex imbecillitate periculosa, aut ex capitis dolore uehementi. Confusio, dum humores oculorum suo loco non consistunt, proprium ordinem seruantes, sed huc illucq; feruntur. Hebetudo, summa uisionis sine causa euidenti offensio. Nyctalopes uocantur, qui die uident obtusius, sole occiduo acrius: nocte magis adhuc. uel contrà: die parum: uespere aut nocte prorsus nihil. Myopes uicina uident, remota non item. Suppuratio, humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac discutitur, diffusione siccior. Abruptio est, quando meatus à cerebro & meninge in oculum descendens, ex ictu capitis, uel casu ex alto diruptus est, ita ut absolutam cæcitatem afferat. Coincidẽtia, ubi in meatum, qui à basi cerebri ueniens, oculo uidendi facultatem tribuit, humor adaperto uel rupto uase incidit, obturatq; eum: unde cum dolore uisus offenditur. Symptomasis accidit, cum meatus ex atrophia, uel resolu C tione fit arctior, concidit̃q;. Quod uitium ut rarũ est, sic remedijs ægre cedit. Carbunculus, crustosum est ulcus, depascens cum fluore, & bubone, interim in toto corpore, interim in oculis febribus orientibus.

De exterioribus capitis affectibus.

Circa uero capitis exteriores partes cõsistunt hi qui inter longos ascripti non sunt. Caluariæ autem fracturarum differentiæ quinq; existunt: rhogme, engysoma, ecpiesma, apechema, & camarosis. Distentio suturarum, hydrocephalon, achores, pithyriasis, meliceris, atheroma, sauus. Porrò eam partem quæ capillo tegitur, & mentum occupant, alopecia, ophiasis, caluities, madarotes. Pili D omnes fluunt, extenuantur, quassantur, scindun-
tur, squallescunt. in puluerem rediguntur, subflauescunt, canescunt. Oculorum morbi seperatim conscripti sunt. Aurium, contusio, pterygomata, fractura chartilaginis, sordium uel exuperantia, uel defectus, grauis auditus, surditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciant ozena, polypus, ulcus, fractura, peruersio, compressio, simosis. Os infestat gingiuarum putredo, dentium erosio, eorumq; dolor, & cum è sede sua labant, absessus, †epiglottis, epulis, parulis, aphthæ, crustę, tonsillæ, uua, ficus. Faciem occupant ephelis, uari, lentigo, ossium fractura. Distentio commissurarum, eluxationes maxillæ inferioris à superiore gena. Ceruicem habent synanche, cynanche, strã-

al. abscessus in lingua.

gulatio, uertebrarum expulsio, strumæ, steatomata. Humeros male habet uerticis ipsorum fractura, distentio. Iuncturam cubiti occupant melicerис, atheroma, steatoma, humor aqueus. Brachiale ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia. Quamcunq; corporis partem inflammatio, œdema, inflatio, durities, absessus, ulcus purum, ulcus sordidum, cauũ, carne supercrescens, crustosum, siccum, fluens, subpascens, callosum, fistulosum, mydesis, id est, putredo, phyma, dothien, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedæna, phlyctides, carbunculi, epinyctides, erysipelas, herpetes. Mamillas peculiariter, tum naturalia sexus utriusque uexant carcinomata. Quam libet corporis partem impetunt carcinoma occul tum, carcinoma ulceratũ, therioma. Inguina, bubones simplices, phymata purulenta inuadunt. Genu, gonyalgiæ, rheumatismi, tofi. Poplites steatomata, anchyle. Tibiam, uarices. Suram scirrhoma, chironia ulcera. Summam pedis partem, nigredines, necrosis, podagra, fistulæ. Calcem, squamæ.

De cutis affectibus.

Cutem, totiusq; corporis partes exagitant, lepra, psora, alphos albus, alphos niger, leuce, impetigo simplex, impetigo agrestis, dracontiasis, acrochordones, thymi, myrmeciæ, claui, calli. Quædam horum ex podagra & articulari morbo, quædam ex sese oriũtur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcæ, fissuræ, procidentia, condylomata, pylides. Aduenit etiam toti uuluæ procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habẽt enterocele, cirsocele, epiplocele, sarcocele, porocele, steatocele. Totius corporis ossa patiuntur cariem, spacelum, fracturam sine uulnere, uel cũ uulnere, ecbyrsosin. Fracturarum differẽtiæ quinq; sunt. Prima schidacedon facta, id est, ut Latini homines intelligant, per rectitudinem. Altera per transuersum, cauledon Græci dicunt. Tertia raphani in morem, raphanedon. Quarta caryedon, id est, in modum nucis. postremo alphitedon, hoc est in speciem farinæ. Nigrescunt interim ossa in fracturis, interdum sine his. Articulis omnibus accidunt, paragogæ, è sede propria motio, eluxatio, præterfluxatio, colligatio, porosis, rheumatismi, distentio commissurarum.

De Chirurgia.

Chirurgia, est alieni, ut proprie uocant, per incisiones, concinnationesq; cum uia quadam & ratione ablatio, ad hæc uulnerum atq; ulcerum curatio, quæ in corpore humano administratur. Primariæ eius actiones duæ sunt, compositio, & diuisio. Harum rursus multæ sunt species. Compositionis quidem, fractorum ossium cõiunctio, & deligatura, luxatorum repositio, intestinorũ quæ prociderunt collocatio, ad hæc, uuluæ, & recti intestini. Abdominis suendi ratio, γαστροῤῥαφίαν Græci appellabant. Curtorum applicatio, siue adductio, ut in naribus, labris, atq; auribus. Diuisionis species, simplex incisio, præcisio, hypospatis-

mus, periſcythiſmꝰ, angeologia, excisio, aduſtio, rasio, limatio, ſectio per ſerram. Simplici ſectione in abſceſſibus uniuerſis utimur. Diuidendum uero membrum eſt recta linea, non tranſuerſa. Præciſioni locus eſt in alis, inguinibus, natibus, & ano inſtar myrti adhibitę. Hypoſpathiſmo in frõte, cum oculi fluũt. Periſcythiſmo in ſincipite, & coliis pellicula, quam præputium uocant, nigricante. Excisioni in membris nigreſcentibus, & capitis fracturis. In omnibus autem quæ ad oſſa pertinent, aliisq; multis uſtio, rasio, limatio, ſerræ uſus utiles ſunt. Vſtio candentia ferramenta requirit, proprie in iis iam malis omnibus quę depaſcunt, & oculis rheumaticis, coxis uel etiã interioribus. Etenim in tabidis candentia ferramenta aſſumuntur, & in lienoſis, tum in brachiis quæ in alam excidere conſueuerunt: inſuper in ægilope, in nigricantibus, uel iis quæ reſecantur propterea quòd aperiantur uaſa. Poſtremò in aliis ſanguinis profluxionibus. Hæc itaq; in capite conſiſtunt, quæ à manu auxiliantur. Fracturarum autẽ capitis genera ſunt quinq;. Rhogme, engiſoma, ecpieſma, apechema, & camarosis. Nonnullorum ſententia additur & ſexta, trichiaſis, per ſumma oſſium inſculptio. Hydrocephalon quatuor ſpecies obtinet: Vnam cum intra cerebrum & inuolucrum eius humor ſubſidet: Alteram, cũ intra membranas & oſſa: Tertiam, cum intra os, & pericraniũ: Reliquam, ubi os & cutem interiacet. Circa cutem oriuntur melicerís, atheroma, & extrinſecus alopeciaſis. Itaq; alopecias laniamus, meliceridas & atheromata myrti modo, uel ſimpliciter ſummam cutem diuidentes, deinde tunicas digitis auellẽtes, cum ipſis humoribus qui inſunt, auferimus. Hydrocephalon ſub cute & pericranio duabus uel tribus rectis lineis incidẽtes euacuamus. Quod ſub oſſibus eſt, excidimus. Quod tandem intra meningem cerebrumq; incidit, inſanabile eſt. Omnis fracturarum caluariæ ſpecies exciſione adminiſtratur, exciſoribus id quod in oſſibus fractum eſt, auferẽtibus. Veteres igitur modiolis per circumuerſionẽ ſecantes ipſa excidebant. Poſteri terebris uſi ſunt, ægros in ſedile, tum ſectores collocantes. Hac tempeſtate exciſoribus tantum ſedem exhibent. Ex oculorum uitiis hæc manus præſidium expetunt, trichiaſis, hydatides, encanthides, ungues, ſtaphylomata, ſuffuſiones, fluores diuturni, & excedentes, palpebrarum calculi coagmentatio oculos ambientium in idem, ægylops. Palpebras itaq; relaxatas conſuimus, id qd præter naturalem habitum eſt, auferentes. In palpebris non relaxatis, acus candens ab angulo
* ſub ipſis radicibus immittitur. Hydatidas ſingulatim tollimus. Encanthidas, ungues, & ſtaphylomata præcidimus. Staphylomata quidem ſolum ad ipſas radices per medium tranſuere acu lina ducente oportet. Vngues & encanthidas uel lino uel hamulo attrahimus. Hypochyma deducimus
* pungentes circa irim ex minori angulo, deinde in eius ſummo concretũ pupillæ humorem fractionibus radentes, ſtringentesq;, ne ſuſpicias. Hypoſpathiſmus, periſcythiſmus, & angeologia fluorem ſiſtunt. Hypoſpathiſmus itaque tribus fit ſupra frontem diuiſionibus. Poſt ſerramento (quod ſpathomelam appellant) per corpora quæ interiacent, tranſmiſſo. Periſcythiſmus eſt, cum tranſuerſis lineis coronæ modo frõs ſequat. Altera ipſius parte paulo ſuperius quàm tẽpora ſunt, quædam triangula amputantur, Græcorum literæ Δ ſimilia. Angeologia perficitur uaſis latentibus à tempore ad tempus in profundum diuiſis. Palpebrarum calculis medemur magna ipſarum diuiſione, qua lapides integre auferimus. Connatas palpebras ſcalpello aperientes ſiccis medicamentis diducimus. Aegylopas ad os uſq; excidentes ferramentis candentibus adurimus. Sunt autem qui loco ferramentorum candentium terebra os forant, ut in naribus. Polypum, qui in naribus naſcitur, anguſto ſpecillulo ab oſſe reſoluimus, & raſorio cultello poſtea radices demetimus. Ozænę raro ad ſanitatem proficiunt, curatio uero earum in iiſdem uerſatur. In ore epulidas, & parulidas diuidimus, ubi ſuppuratio ſe oſtenderit. Vuas demiſſas, ſiue collapſas nimiũ, incidimus, uolſella prehendentes. Dentes eximus ſcarificatione circa eos facta. Adenas excedentes naturam in tonſilis aduerſis plagis amputamus. In ceruice ſteatomata, & ſtrumas, cute diuiſa, & digitis auulſa, tum uaſorum complexu diſſoluto tollemus. Ganglia quæ in metacarpiis ſeu poſtbrachialibus magna ex parte eueniunt, & mulieribus lana uictum quęritantibus plerumq; extundimus, interim ceratis mollita curamus. In alis phymata & ſtrumas præcidimus. ſimiliter in inguinibus. Abſceſſus in ſpatio intercoſtali diuidentes non uniuerſim, ſed moderate, paulatimq; puris excretionem molimur. Sunt & qui adurant eos. Carcinomata in multis corporis partibus, maximè circa mammas oriuntur. Præcidimus ubicunq; fuerint, & ferramentis peruruntur non admodum cãdentibus, ſiue ignitis. Non deſunt qui raſoriis ferramentis ignitis ſimul ſecantibus & adurẽtibus utũtur. Exomphali omnes quibus umbilicus extuberat, appellantur. Differentia triplici comprehenduntur. quidam enim pneumatomphali, quaſi qui ſpiritum ſub umbilico collegerint. Alteri enterõphali, quibus inteſtina ad umbilicũ procedunt. Reliqui hydromphali, qui aquam ſub umbilico geſtant. Omnes differentiæ manu ſanantur, lino duplici per acum immiſſo, & umbilico circumſtricto. Hydropicos paululum ſub umbilico à ſiniſtris pũgimus ferro inſtar myrti facto, donec inania penetrauerit. Appellarum duplex curatio, horum qui intrinſecus excoriãtur, illorum qui extrinſecus orbiculatim in ſumma cute diuiduntur, ut præputiũ intus attrahatur. qui per anguſtias præputij exerere glandem nequeunt, ſumma eius pellicula quantum licet retracta, dein callis qui in conſpectum prodeunt, ſcalpello per ſumma auulſis curantur. Hypoſpadiæ ſunt qui ex generatione, urinę iter inferius ſub di-

ſub dicto cane habent: curantur autẽ ſumma glande perforata, & canaliculo immiſſo. Qui dicũtur atreti, ſiue foramen habeant tenue, ſiue nullum omnino, auxiliũ capiũt hoc pacto, Acuto ſpecilli immiſſo adaperimus, deinde digitũ ſubmittẽtes, undiq; abſoluimus. Lapides in ueſica habentes ſecamus, calculum in ueſicæ collum adigentes, inciſorio autem lapide utentes ſemel ſuperiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id idoneo, quod propterea λιθολάβον Græci appellant, calculum auferimus. Quibus fluere urina quoquomodo cœpit nimis, rhyadicos appellant, ſi magnus callus fuerit, præcidendo ipſum curamus. Quibus urina propter copiam non redditur, ueſica diſtenta ut remittere ſe nequeat, per fiſtulam cathetera urinam elicimus. Porrò huic inſtrumento ad Romanæ literæ S figuram facto quod in urinæ iter uſque ad ueſicam demittitur, indítur filum quod in ſummo habens lanæ paululum procumbens, urina madefactum, deinde foras extrahitur, quod urina tanquam ducem uiæ ſequitur. Tumorũ qui ſcroto accidunt, ſeptem ſpecies ſunt, hydrocele, porocele, ſteatocele, ſarcocele, epiplocele, cirſocele, enterocele. A quibuſdam hæc complicata adduntur, hydrenterocele, ſarcoepiplocele. In his qui hydrocele laborant, ſcrotum diducẽdum eſt, & ubi maxime uenoſum eſt, inuentaq; tunica, humorem ea comprehẽſum euacuare oportet, & tunicæ ſuperuacanea auferre: in quibus ſine tunica eſt, excernere humorem ſufficit. Steatocelas, & porocelas ſimiliter, ſiniſtra manu ſcrotum extendentes ſecare conuenit, poſtea in ſuperficie diducere, donec adipi, uel callo, uel alij cuicunq; incidamus, & hoc auferemus. Pari modo ſarcocelici tractantur. Oportet autem ſubiacentem carnem albicantem præcidere, rubrã detrahere atq; auellere. Ad hæc reliquias adimere expedit. In cyrſocelis extendes uaricem hamulo, in ſuperficie diuiſum exceptumq; auelles, relicta ceu digiti parui latitudine. Reliquum extenſum abſeca. Cura uero non mediocris adhibẽda eſt in neruis illis cõplicatis, λεπτμασῆχας Græci uocãt, & teſticulis. Entero celicos, epiplocelicos ita ſecamus, reprimẽtes inteſtinũ, uel omẽtum diligenter, mox ſeminarium meatum auferemus q̃ fieri poterit commode. Sinminus, peritonæum attrahentes, & laqueo exceptum præcidimus. Hæmorrhoidas lino duplici per ipſarum baſes tranſuentes conſtringentesq; poſt horas duas abſcindimus. Fiſtularum nõnullæ perforatæ non ſunt, os tantum habentes. Quædam perforatæ uel intus in anum, uel extrinſecus. In perforatis in anum, oricularium ſpicillum immittes, mox digitum in ſedem adferẽs, inteſtinum attrahes mucrone ſpicilli, idq; amputabis, ab inferiore loco incipiens, ſimiliter & in exterioribus ani. In perforatis ſpicilli acumine omnes ſanas particulas penetrare conuenit. Sunt qui loco reciſionis præciſionisq; partium foramina interiacentiũ lino byſſino in ſummitate ſpicilli conuerſo diuiſa

auellunt, inter medias partes quotidie circumtendentes fila amputant, & callum molientes medicamẽto Aegyptio cicatricem inducunt. Hic modus primum ab Hippocrate conſcriptus eſt. Varices in cruribus primũ extrinſecus inciſuris per totum inſignitos, deinde inclinantes ſumma cute prehenſa, ipſam primam diuidimus, & mox hamulo attractum uaricem illigamus, quo poſt omnes diuiſiones facto, uel uaricũ extractorio inſtrumento, quod Græci λιροβλκον uocãt, eximimus, ſumma diſcindentes, uel bicipiti ſpicillo exceptũ, lino per ipſius uẽtriculum ſecũdum euerſionem extrahimus. Dracõtia uaricibus ſimilia ſunt, magnum uero dolorem dum paululum prominentes mouentur, concitant. Oportet autem diuiſis, ut uaricibus, ſummam cutem detrahere, ſicq; præcidere. Clauos, callos, acrochordonas, thymos, myrmecias excindentes adurimus, uel pſorico illinimus. Curta in naribus, auribus, oculis, hoc modo ad naturalem habitum reſtituuntur: Labra ſcalpello undiq; deradentes cruentamus, deinde adducẽtes denſius ſuimus: iuxta maxillas autem ex utroq; labrorum extremo qua inuicem coeũt, intus & extrinſecus diuidimus, diſtẽdimusq; uolſellis, ne caro inde relaxetur. Quæ auribus uel naribus curta accidunt, cum fuerit chartilago diuiſa, producere aliam conuenit, ſicq; conſuere lanæ filo.

De artubus confractis.

Fracti artus ex diſtenſione quidem, in rectum reſtituuntur: ex deligatura callo obducuntur. Caluariæ ergo fractiones quot modis accidant, quomodoq; curentur, diximus. Et ſi in facie fractura contingat, ut in capite ſanare conuenit, oſſe quod affectum eſt, exciſo. Sciendum autem eſt, quæ oſſa fracta curationem non recipiant. Si igitur nares confractæ ſunt, non recte poſſunt reſtitui. Aurem etiam frangi ſcribit Hippocrates, quoniam & cartilago imitatur os, ægerrimeq; in priſtinam figuram reducitur. Verum ſi ex palato fracturam accipiant nares, reſimæ euadunt, & inſanabiles. Porrò ſi clauicula, uel iugulum, uel coſta aliqua, & hæc frequenter reſarciri nõ poſſunt. Epithemata in iugulo adhibẽda ſunt, ipſumq; ab ala ad alã deligandum eſt. Cæterum ſi quod maiorum mẽbrorum fractum ſit, uel minorum partium aliqua, ut digitorum nodi, uel oſſa brachialis, uel poſtbrachialis, uel tarſi, omnia quidem in magna fruſta cauledon, uel raphanedon, & ſchidacedon frangũtur. minutatim caryedon, uel alphitedon. Omnia ergo fracta deligantes, extendentesq; admodum uehementer & ualide diducere, & multum inuicem ſeparare oportet, ut iuſtum ſitum, priſtinamq; figuram recipiant. Non autem in rectum omnia reſtitui debent, ſed ad proximi cui cohærent, membri figuram. At ſi os rectum ſit, in rectum: ſi obliquũ, uel alio quouis modo curuum, ſimili modo. Modus autem deligaturæ ad omnia præparandæ hic eſt, Faſcia ex linteis ueteribus faciendа

cienda, quę tum latitudine, tũ magnitudine membro reſpondeat. Latitudine quidem in maximis digitorũ quatuor, uel quinq;. In tenuioribus non minus digitorũ trium. Deligaturæ hæc ratio, Prima faſcia ter nobis in fractura ſurſum uerſus feratur ut plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit, euariãtibus deligationibus deorſum quidem tribuitur, ſed ad ſuperiora reducitur. irrigari hydrelæo, uel œneleo, uel glyceleo aduſq; triduum expedit. pòſt cerato diluto & liquido, ut oleum craſſum uideatur. Verum faſcia ita paretur, ut non nimium premat, ne membrum emoriatur: ſed quoad adiaceat apteq; adhæreat: nec laxa, ut contineat & repellat influxus, ne oboriatur inflammatio. Poſt ſplenia triplicia quadruplicia q; adhibeantur, quæ artus craſſiciem impleant: quo nec ſibi mutuo incidant, nec diſſidentes interuallum relinquant. Ab his faſcia cõuenit triplex, quę à fractura deorſum ueniẽs, furſum rurſus feratur, ibiq; finiat. Solutiones membri primæ tertio quoque die faciendæ poſt ſeptimum uero diebus intermiſſis pluribus prout neceſſitas exiget. Inde licebit ferulas circũponere, ſed ita, ut à ferula prióre ad ultimam faſciam lana ex interuallo ferulis reliquis interponatur, cum membrum ab inflammatione eſt prorſus immune, curua ipſarũ parte extrinſecus ſublata, leui autem intus deligaturæ iniecta. Quibus ſuperligabuntur uel chordulæ, uel nauticum filum. In fracturis cum uulnere, pro his omnibus ſplenia duplicia uel triplicia ſingula facientes, craſſitiem membri circulatim implebimus, ut termini ipſius inuicem incumbentes ſeparentur, totumq; membrum his contineatur. Primum ſanè ex prædictis impoſita madida eſſe conuenit, deinde lanas propoſitas, & faſcias poſt lanas habere per ſubiectam ſedem canalis aperti. Maxime is modus deligaturæ cõfert ijs quæ alpitedon fracta ſunt, cum uulneribus, & multa cõtuſione muſculorum, in quibus etiam linamenta liquoribus competentibus madentia imponenda ſunt. Linamentorum ſunt quinq; ſpecies, aliud flexile, aliud raſile, aliud uulſorium, aliud funiculare ſeu lucernarium, aliud priapiſcotum appellant. In luxatis uero diſtentione quidem antecedente opus eſt: repoſitio pro quolibet membro propria aſſumitur.

Omnia in Hippocratico ſubſellio reſtituuntur, ſimul & tenſa, & cõmiſſa. Caput luxatur, nã prima ceruicis uertebra coarctaẽ ad ſecundã. Maxilla inferior ex iugali qđ eſt ad malas excidit, ſolis autem manibus in ſedem ſuam compellitur, hinc illinc q; ad ſuperiorem adducta. Humerus in alam tantum excidit, capitulo rotundo & leniter cauo, quod Ionęs ἀμφίκυρτον uocant cum diſtenſione in ſedem reducitur. Sunt & aliæ inſertiones, quas palæſtricas nominant. Cubitus in omnes quatuor partes excidere poteſt. ſi in exteriorẽ interiorẽ ue, cum diſtenſione reponimus. ſi in priorem uel poſteriorem, ſine diſtentione reſtituimus. nam hæc ex ſubita inflexione quodam impoſito flexurę cubiti conſiſtit. Illa, extenſione uehementiori. Brachiale, & poſtbrachiale, ad hæc digiti luxati, modica diſtentione reponuntur. Quæuis ſpinæ peruerſio, curuitas, & inclinatio, & tortuoſitas inſtaurari non poſſunt. Femur ad coxas uel intro ad colem, ut extra ad oppoſitam partem prolabitur, retro ad clunes, & antè in inguina. atq; hæ quatuor differentiæ immedicabiles. Genu quoq; crebro in exteriorem partem prolabitur, & facile ex flexura reſtituiẽ, minus in exteriora excidit reditq;, multo rarius in poſteriora, in anteriora nũquam: quippe oſſa, propter patellam quæ continet (niſi & ipſa fracta fuerit) nullo tempore elabuntur. Talus modice prolapſus ægre reſtituitur. Si magna ſit luxatio, & uiolenta, ne ſuſtinet quidem inſtaurationem. Periculoſa enim nimis, & ſi cum uulnere accidit. In digitis nihil ultrà fieri debet quàm quod in ijs qui ſunt in manu, poſitum eſt. Omnes uero coagmentationum eorum ſeparationes, ut in facie, cubito & radio, tibiæ & ſura, metacarpio, brachiali palma, in ueterem figuram reſtituũtur. Porrò quę membra nigreſcunt, uel depaſcuntur, ſiue ex fracturis, ſiue ex uiolẽta aſtrictione, tota ſæpe reſecamus. Similiter in ijs facimus, quos uenatæ feræ momorderunt, mox ferramentis probe candentibus paſtionem ſiſtimus, poſt ferramenta, porrò uiridi, cũ ſale illinimus. Deinde ubi cruſtæ ruptæ fuerint, tanquam ulcera curamus. Venenatorum morſus neque cito ad cicatricem ducimus, ſed frequẽtius ulcerum modo fluorem ex eis concitamus.

Cl. Galeni

CL. GALENI QVOMODO MORBVM SIMVLANTES SINT DEPREHENDENDI LIBELLVS.

Ioanne Fichardo Francofordiano olim interprete, nunc uero locis in eo compluribus ex Græci codicis fide reſtitutis.

VM multæ ſint cauſæ, quas propter ęgrotare ſe homines ſimulant, uidetur & in iſtiuſmodi omnibus ueritatis inuẽtio medico conuenire: quandoquidem Idiotæ etiam operæprecium ducant, à uero tales ſimulationes dignoſcere. Etenim phlegmonem, eryſipelas, & œdemata per pharmaca extrinſecus appoſita induſtria excitatos, Medicus ab ijs qui ex ipſo proficiſcuntur corpore, deprehendere poteſt atq; diſcernere, ſicuti & ſanguinẽ ex oris partibus profluentẽ, ab eo qui ex ſtomacho, uentre, organis ue ſpiritualibus prouenit. Nam deprehenſi iam quidam ſunt, qui ſub ſinẽ tuſſis, quoties uellent, ſanguinem excrearent, uenula quadam in hoc prompte circa gingiuas aperta, ſicq; cõparata, ut quando uideretur, lingua illam ſugentes, ſtatimq; poſt tuſſientes, ſanguinẽ quaſi ex inferioribus redditũ expuerent. Sic & delirare nonnulli, deſpereq; ſe & alios ſimulauerũt. Illa uero omnia & deprehendere, & inter ſe diſcernere, ad medicos pertinere uulgus exiſtimat. Fit autẽ ſæpe quòd dolor quiſpiam ita ſimuletur, ut ingẽs tereq; intolerabilis uideatur. Equidem ipſe quendam noui in concionẽ à ciuibus uocatum, qui poſtq; id parum ſibi commodum uidiſſet, propterea q; intereſſe nollet, coli ca ſe paſſione torqueri fingebat. Et ego quidẽ eo tempore iſtuc hominem agere, quod & poſtmodum ipſe mihi confeſſus eſt, ſuſpicabar. Fomenta igitur tum illi adhiberi iuſſi. Verum ille quanquã aliàs uel in minimis ſupra modum eſſet meticuloſus, hic unguentis ſuccurri ſibi nequaquam precabatur, expetebatq;, & quidem paucis ante diebus nouit eodem morbo laborantẽ, à me, hauſto pharmaco Philonio, curatũ, id quod me omnibus modis rogauit ſi dolore unq; tẽtaretur. Sed & exitus iſtud declarabat. Quoniã dimiſſa concione, extẽplò conqueri, tanq; extra omnem mox dolorem conſtitutus, deſijt. Quin & ipſa præterea uiuendi ratio quæ præceſſerat, talis erat, ut colicam in eo diſpoſitionem non poſſet generaſſe: quando ex indigeſtione infrigidationeq; proficiſci ſolent huiuſmodi paſſiones, quorũ in hoc neutrũ præceſſerat. Hoc igitur q; non ratione anteactæ diætę morbus eſſet, potuiſſe cognoſcere, medicæ erat experientiæ opus. Alterũ uerò iſtud, q; ob concionẽ ſimulare hęc illum ſuſpicatus eram, medicinæ propriũ non fuerat, ſed captus, & rationis eius, quæ communia dicitur: quam, licet omnibus cõmunis ſit, pauci tamen exactam perfectamq; habent, ut inueniri in quoq; negocio poſſint, quid faciẽdũ dicendum'ue ſit. Tenendum ergo memoria, quod diximus: experiẽtiæ medicæ ſi cõiungaẽ externa hæc facultas, alia quoq; ſimilia fingentes, ualidoſq; dolores ſimulãtes deprehẽdere licere. Quẽadmodũ ipſe nuper, cũ utroq; genu uehemẽtiſſime dolere ſe quidã diceret. Seruus autem is erat ex eorũ ordine, qui dominos iter facientes curſu comitãtur. Vnde ſtatim doloris eius fictionẽ deprehendi: ex eo partim ſuſpicionem ſumens, q; ad illam fortè diem, Dominus ex urbe profecturus erat: partim ex adoleſcentis moribus, qui talis eſſet, ut facile in huiuſmodi mentiretur. Cæterum & cõſeruum inſuper quendam ei familiarem rogabam, nũ adoleſcens ille mulierculæ alicuius amore teneretur, quam propter eſſet ueriſimile, longiorem profectionem Domino adornãte, hoc illum ſtudere ut relinqueretur. Et ita res habebat. Hæc igitur extrinſecus adinueneram. Circa uero genu eius maximus quidam tumor exiſtebat, qui facile idiotã perterrere potuiſſet, ſed rei perito manifeſte per Thapſiam excitatus apparebat. Hęc autem cognitio Medicinæ propria erat, non ab extrinſecus aſſumptis proueniẽs. Eiuſdem quoq; erat experientiæ, ſciuiſſe, nihil eorũ quę anteceſſerãt tale fuiſſe, quod eum excitare tumorẽ tam repẽte potuiſſet. Neq; enim plus q; conueniebat cucurrerat, neq; uapularat ab aliquo, neq; ſaltauerat, neq; foſſam tranſiliens id incommodum paſſus erat: tũ redũdãtis humoris indiciũ quidem nullum erat, q; antea neq; ſplendidius, neq; abũdantius uixiſſet. Ad hæc autem & doloris ſpeciem me, qualisnam eſſet, percontante, neq; ſtatim, neq; prompte, neque eadem reſpõdebat. Quare profecto domino, cum pharmacũ impoſuiſſem, quod dolorem quidem nihil leniebat, uerum thapſiæ ſolum qualitatẽ refrigidare poſſet, poſt horam unam illum confitentem habui, nihil amplius ſe doloris ſentire. Quòd ſi è phlegmone dolor is natus fuiſſet, non ſolũ per iſtud infrigidatiuum non reſediſſet, ſed etiam uehementior redditus eſſet. Liquere igitur nunc arbitror, quòd ſi medicinalis experientia, externis iſtis ratiocinationibus, id eſt coniectationibus, cõiungatur, ſufficiens ſit ad ueri fortiſq; doloris dignotionẽ. Poteſt uero quis & ex eo q; lenius morbum ferant, indicium non uehementis doloris ſumere. Accidit enim iſtud omnino ſæpe (non ani-

maduertentibus ijs, qui morbi uehementiã simulant) quòd in alium se aliumq; habitum illi qui uere laborãt, magnitudine uidelicet doloris agitati, transijciũt. Præterea si reuera morbo uehementi premãtur, quoduis perpeti auxilium parati sunt: hortanturq; ipsi ultro medicos, ut quicquid ipsis libuerit agant, quo affectus curetur. Sin uero mediocriter aut nequaquã omnino dolent, huiusmodi auxilia refugiunt, neq; longiora ieiunia, neque mordacium pharmacorum oblationem proferentes. Quę sola quidem, cum grauiter se laborare dicunt, huiusmodi dispositionibus conferre, nos illis affirmare oportet: quẽadmodum & sectiones, & ustiones, & omnis cibi potusq;, cui uidemus eos esse obnoxios, abstinentiam. Morbum igitur simulantes doloris magnitudo [arguet, deprehendemusq; cũ ex aljs multis] tum medicinalis experientię notionibus, in quibus sunt languere, extrema infrigidari, pallere: interdum quoq; frigidum sudare, pulsus inæquales (quod quidem ijs etiam qui mediocriter laborant, accidit) pluresq; minorum quàm magnorum, obscurorum quàm uehementium, habere: præterea interrogatũ de morbi specie, peculiarem affecti membri passionẽ indicare posse. Quædam namq;, dolores lõge lateq; se diffundentes habent: quædam uero tanquam fixos, unicq; tantum parti inhærentes. Sic alię pungunt pulsantq;, aliæ quasi diuellunt, aliæ quodam modo obstupefacere, aliæ grauare uidentur: nõnullæ denicq; uomitus, quædam uentris perturbationes, quædam caliginem inferunt.

CL. GALENI ARS MEDICINALIS

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

RES sunt omnes doctrinæ quæ ordini inhærẽt: Prima quidem ex notione finis, quæ per resolutionem fit: Secunda ex compositione cõstat eorum quæ ex resolutione fuerint inuẽta: Tertia ex definitiõis dissolutione, cui nunc incumbimus. Licet autem huiusce modi doctrinam appellare non tãtum diffinitionis dissolutionem, sed & explicationem, ut nonnulli uocarunt, uel resolutionem, uel diuisionem, uel (ut nõnulli alij) explanationem, uel expositionem ut alij. Conati sunt & Herophiliorũ quidã talem facere doctrinam, quemadmodum Heraclides Erythræus. Conati sunt & eam quæ per compositionem & ipsi Herophilij, & quidam Erasistrati sectatores, & Athenęus Ataleus. Neminem tamen ante nos eam quæ oritur à notione finis, scripsisse comperimus, ex qua omnes artes uia quadam atque ordine constituuntur: sed illam quidam alio pertractauimus loco. Hic uero diffinitiuam faciemus doctrinam, quæ quantum ab ea quæ ex resolutione consistit, & dignitate & ipso docendi ordine linquitur, tantum & ad totius compendium, & ad singulorũ memoriam præstare inuenietur: sufficienter enim ac facillimè memoriæ commendantur ex diffinitionis dissolutiõe uniuersa. Quoniam totius artis capita in se optima diffinitio cõplectitur, quam quidam substantialem uocant, ex aduerso distinguentes aljs quæ notionales appellantur. Illæ siquidem ab ijs quæ accidunt rebus diffinitis, hæ uero ab ipsa essentia constituuntur. Elaborata autẽ est à nobis particulatim & in pluribus conscripta tractatibus totius medicinę contemplatio, quibus uti quis possit ad triplicem doctrinam. Nunc uero diffinitiuã aggrediemur, hoc unum apponentes quod solum capita, & quędam ueluti conclusiones eorum quæ alibi latius sunt demonstrata, nunc à nobis dicentur.

Quid sit medicina.

Medicina est sciẽtia salubrium & insalubrium & neutrorum. Nihil uero differt & siquis loco insalubrium, ægrorum dixerit. Nomen uero scientiæ communius, nõ autem propriè accipere oportet. Salubre autem, & insalubre, & neutrum unũquodq; tripliciter dicitur: hoc quidem ut corpus, hoc autem ut causa, hoc uero ut signum. Etenim corpus quod sanitatẽ natura suscipere aptum est, & causam quæ eandem efficere uel cõseruare, & signum quod potest indicare. Hæc omnia salubria Græci appellare consueuerunt. Eadẽ ratione & susceptiua morborũ corpora, & eosdem efficientes, conseruantesq; causas, & signa indicantia, insalubria uocant. Nec aliter corpora neutra causas signáue dixerunt. & secundum quidem primam rationem atque præcipuam causarum salubrium est medicina scientia. propter eas autem & aliarum secundo quidem loco insalubrium, & tertio neutrarum. Et post has eodem modo corporum primo quidem, & hic salubrium: Secundo loco insalubrium: Tertio neutrorum. Itidem de signis dicendum. In actionibus autem prima quidem est corporum cognitio, quæ habetur ex signis, post hæc earum quæ in ipsis, inuentio causarum.

Quot modis dicatur effectiuum, indicatiuum, & susceptiuum.

Sed quoniam & effectiuum, & indicatiuum, & susceptiuum, dupliciter unumquodque dicitur, hoc quidẽ simpliciter, hoc uero ut nũc, nosse oportet

oportet amborum esse medicinę scientiam. Ipsum uero simpliciter duobus dicit modis, & quod semper, & quod ut plurimum, de quorum utroq; medicina pertractat. Neutra uero & causa & corpus & signum, & quod simpliciter dicitur, & quod ut nunc, tripliciter unumquodq; appellatur, hoc quidem quia neutrius cõtrariorum est particeps, hoc uero quia utriusq;, hoc uero quia aliquãdo huius, aliquando illius. Horum autem ipsorũ secundum rursus duobus dicitur modis, aut quia utrũq; contrariorum ex æquo participat, aut quia aliquando plus alterũ. Est uero & in tota diffinitione, si uerba animaduertimus, ambiguitas quædam, quam & ipsam dissoluere oportet. Quum enim dicitur, medicinam esse scientiam & salubrium & insalubrium & neutrorũ, significatur & quod omnium particularium, & quod quorundam, & quod qualium. Sed omnium quidem indefinitũ quoddam est atq; impossibile, quorundam diminutum atq; artificio carẽs. Qualium uero artificiosum pariter atq; sufficiens ad omnia artis particularia, quod etiam dicimus in medicinæ diffinitione cõprehendi. Primum igitur de corporibus dicere aggrediemur, qualia nam sint, & salubria, & insalubria, & neutra: post hæc de signis & causis differemus.

De corpore salubri.

Salubre simpliciter corpus est, quod ab ipso naturæ ortu bonam habet temperaturam in simplicibus & primis particulis, atq; in his quę ex illis cõponuntur instrumentis, est commensuratum. Salubre uero nunc est corpus, quod in præsenti est sanum. est uero & hoc eo tempore quo sanum existit, bonam habens temperaturam & commensurationem, non tamen optimam, at sibi propriam. Ipsius uero salubris simpliciter corporis tale quidem est semper id quod est optima tẽperantia prędictum, ac maxime est commẽsuratum: ut multum autem, quod à constitutione optima non ualde admodum deficit.

De corpore insalubri.

Insalubre uero simpliciter est corpus, quod ab ipso ortu naturæ, uel in consimilibus partibus malam habet temperaturam, uel in instrumẽtarijs incommensurationem, uel utrumque. Est uero & semper insalubre quod ex ipso naturæ ortu uel pessimam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis omnibus, uel aliquibus, uel his quæ obtinent principatum, uel in instrumentarijs incommensuratum existit. Similiter autem in his, uel omnibus, uel aliquibus, uel illis quæ obtinent principatum. Vt multum uero insalubre est corpus, quod ab huius quidem uitio recedit, nondum tamen mediocritatem attingit.

De corpore neutro.

Quoniam uero & neutrũ corpus tripliciter dicebatur, unum quidem quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps, aliud autẽ quoniam utriusque, aliud quoniã aliquando huius, aliquando uero illius, iuxta primum significatũ, neutrum erit corpus, quod exquisite mediũ est & saluberrimi & insaluberrimi corporis, & huius hoc quidẽ simpliciter tale, quod ab ipso ortu naturæ ita est constitutum: hoc uero ut nunc, quod in præsenti tempore medium exquisite existit saluberrimi atque insaluberrimi corporis. Ipsius autem simpliciter semper quidem tale est id quod in omnibus ætatibus tale perdurat: ut multũ autem, quod nonnullas recipit mutationes. Iuxta uero secundum significatum, neutrum erit corpus, quod ab ipso ortu naturæ contrarium simul est particeps dispositionũ, aut scilicet in una parte, aut in duabus differentibus. In una quidem, si secundum alteram oppositionem effectiuarum qualitatum bonam habuerit temperaturam, uel etiam secundum utranque, sed informatione, uel magnitudine, uel numero partium, uel situ delinquat: aut contrà in his quidem recte se habeat uel omnibus, uel quibusdam, peccet autem intemperatura. In differentibus uero partibus, & iuxta omnes oppositiones potest quicquam simul particeps esse contrariorum. Et semper quidem tale quod per omnes ætates in eodem perseuerat. Vt multum uero, quod aliqua ex parte euariat. Ita uero & nunc neutrum erit corpus iuxta secũdum significatum, quia uel parte in una hæc quidem sibi salubria existunt, illa uero insalubria, uel in differẽtibus ita afficitur partibus. Iuxta uero tertium significatum, neutrum erit corpus, quod aliquando quidem salubre, aliquando uero insalubre existit, ut nonnullis accidit, qui in pueritia salubritate corporis uigẽt, cum uero ad iuuentutem peruenerint, insalubres euadunt, aut contrà. In uno autem tempore, quod ita est neutrum, cõsistere nequit: latius uero si accipiatur, contingit. Nouimus autem quod nunc dupliciter dicitur. Salubre igitur & insalubriter & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale unum quodq; sit, sufficienter explicauimus. De signis uero deinceps dicendum.

De signis salubribus.

Sunt autẽ & ex his salubria quidem, quæcunq; præsentem indicant sanitatem, & futuram prænunciant, & præteritam memoriæ subijciunt. Insalubria uero quæ & præsentem indicant ægritudinem, & futuram prænunciant, atq; præteritam memoriæ subijciũt. Eadem ratione neutra dicuntur, quæ neutram dispositionem ostendunt, prænunciant, & memoriæ subijciunt, & quæ nihil omnino de dispositionibus indicant, uel nihilo magis salubrem quàm insalubrem dispositionem ostendunt: & partim quidem salubrem, partim uero insalubrem indicant dispositionem, & quæ aliquando quidem salubrem, aliquando uero insalubrem, & hæc quoque secundum tria tempora ueluti salubria & insalubria appellantur. Vocantur autem

nõnunquam à uetustioribus medicis hæc omnia signa prænunciatiua, quamuis præsentiũ ac præteritorum indicatiua: usus uero nõ paruus ex præ nunciatiuis atq; indicatiuis, minor autem ex his quæ memoriæ subijciunt. Cum uero sint salubria corpora, hæc quidẽ simpliciter, hęc uero ut nunc, quæ & bene ualentia dicuntur, salubrium simpliciter corporũ duplicem diximus esse differẽtiam: quoniam nonnulla quidem semper, nonnulla uero ut multum essent talia. Et semper quidem quæ optimam constitutionem sortita sunt: ut multum uero quæ non magnopere ab illa recedunt.

De signis optimæ constitutionis.

Horum autem dignotiones sumendæ sunt ab ijs, quæ secundum essentiæ rationem ipsis insunt, & ab ijs quæ ex necessitate consequuntur operationibus casibusq;, qui proprie accidentia uocantur. Ab essentia quidẽ ipsa eorum quæ optimam habent constitutionem commensuratione consimilium quidem in caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate Instrumentorum uero in quantitate ac numero eorum ex quibus componũtur, ac præterea formatione, situ partium singularum ac totius instrumenti. Ex his uero quæ ex necessitate consequuntur consimilia, quantum quidem attinet ad tactũ, à mediocritate quæ in mollitie ac duritie consistit. Quantum uero ad aspectum, à colore optimo, & leuitatis atq; hispiditatis mediocritate. In operationib. à perfectione, quam & ipsarum uirtutem appellamus. Ab his uero quę instrumentarias partes cõsequuntur, à commensuratione & pulchritudine omniũ totius corporis instrumentorum, ac pręterea earum quæ ipsis insunt uirtute operationum. Optimæ igitur constitutionis corporum signa indicatiua sunt hæc. Eorum autem quæ ab ipsa deficiũt, & adhuc tamen salubria existunt, nonnulla quidem in consimilium temperatura uitium aliquod paruum habent, nonnulla uero in instrumentariorum commensuratione, & hoc quoq; perexiguum. Accidit autem hoc uel in omnibus, uel in aliquibus, aut in utrisque. Vitiorum uero genera eadem sunt his quæ uirtutẽ perficiunt, temperatura quidem in consimilibus. Numerus autem & formatio & magnitudo & situs in instrumentarijs, utrisq; uero communis unitas quam & ipsorum continuitatem appellamus. In his autem ipsis generibus sunt corporum insalubrium uitia secundum utrunq; insalubritatis modum. Terminus autem qui utrunq; distinguit, est operationum læsio sensibilis. Quæ uero ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re uera quidem & ipsa in aliquo sunt offensa, non tamen id sensu comprehenditur. Distinguuntur uero ex eo, quod magis minúsue in operationibus existit, ac quia causis quæ ægritudinem pariunt, non æque resistunt. Quæ autem simpliciter insalubria sunt corpora, distinguũtur: ob id quod facile à causis quæ morbos committendi uim habent, superantur: Et quoniam in uigore operationum plurimum deficiunt. In medio autem ambo-

A

B

C

D

rum collocantur ea quę neutra exquisite appellantur, & cum latitudine quadam. Quo fit ut tota sanitatis latitudo in tres partes, quarum singulæ latitudinem habent non paruã, diuidatur. Erit autem prima quidem salubrium corporum, secunda neutrorum, tertia insalubrium. Post quæ deinceps sequuntur quæ iam ægrotant corpora, quæ sensibilibus operationũ læsionibus distinguuntur. Quæ igitur dolore infestãtur, & quorum motus sunt uitiosi, aut omnino interierunt, manifestam habent determinationem. Quæ uero imbecilles edunt operationes, in magnis quidem distantijs facile discernuntur, in paruis uero ambigua sunt, atque id circo in eo genere noxæ collocantur, quæ neutrius contrariorum participat dispositio, quam et ipsam neutram dicimus appellari. Ita tamen ut horum omnium sensus sit iudex, non ipsa natura rerum inspiciatur, ne periculum sit in dogma perpetuæ passibilitatis incidere, & quidem signa sanorum corporum. Sed quæ insalubria salubriaq; & neutra existunt, quantitate distantiæ differũt, duobus inuicem contrarijs terminis à nobis statutis, optima uidelicet constitutione corporis, & nuper facta ægritudine, ac deinceps considerantibus utri eorum uiciniora sunt ea quæ ad examen corpora ueniunt. Quæ eñ proximiora sunt optimę constitutioni, salubria: Quæ uero ab hac longius distant, atq; ad ea quę iam ægrotant, magis accedũt, insalubria: Quæ autem intermedia, atque æqualiter ab utrisq; distare uidentur, neutra. Optimæ igitur constitutionis corporis indicia explicauimus. Eorũ uero quæ ab ipsa deficiũt, totidẽ sunt numero genera, quæ in magis & minus secari possunt. Quum autem in tres latitudines diuisa sint corporis insalubris, simpliciter indicia trademus: Ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescent. Generaliter igitur prius à nobis in eo quem de optima constitutioue sermonem habuimus, specialiter autem nunc dicetur, si prius partes diuiserimus.

Quot sint differentiæ partium.

Sunt uero earum quatuor uniuersæ differẽtiæ, quoniam nonnullæ earum principia quædam existunt: aliquæ uero ab ipsis originẽ habent: aliquæ nec aliarum gubernationi præsunt, necq; aliũde gubernantur, cum insitas habeãt à natura potentias à quibus regũtur. Quædam uero sunt quæ insitas simul & aliunde emanantes habent. Principia igitur sunt Cerebrum, Cor, Hepar, Testiculi. Ab his uero ortum habent, atque eisdem subministrant: Nerui quidem & Spinalis medulla, Cerebro: Cordi uero arteriæ: Hepati, uenæ: Ipsa uero seminaria uasa, Testiculis. Quæ autem à seipsis gubernãtur, sunt Cartilago, Os, Copula, seu ligamentũ, Membrana, Adenes, Adeps, Caro simplex. Reliquę uero partes cum unà cum istis habeant ex seipsis regimen, arterijs, neruis, & uenis insuper egerunt. Capillorum autem atq; unguium neque regimen ullum est, sed generatio tantummodo. Hæ igitur sunt partium differentiæ.

De signis

De signis cerebri.

Indicia autem singularũ temperaturę sumpto à cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt uero quinque uniuersa genera quę ipsius naturã ostendunt. Primum quidem totius capitis dispositio. Secundum uero sensibiliũ operationum uirtus & uitiũ. Et tertium, actiuarũ. Quartum earum quæ tenent principatum. Et quintum naturalium. Aliud uero genus præter hæc oñia ea quæ extrinsecus aduenit alteratio. Et quidem totius capitis dispositio ex magnitudine & figura sumitur atq; capillis.

De paruitate & magnitudine capitis.

Paruum igitur caput uitiosæ constitutionis cerebri propriũ est indiciũ, magnũ uero nõ necessariò indicat bonam cerebri compositurã: sed si quidem ob insitæ uirtutis robur, quæ multam atque optimam materiam afformauerit, eueniat, optimũ est signum: at si ob materiæ tãtum multitudinem, haudquaquam bonum. Distinguenda uero sunt hæc & ex figura ipsa, & ex his quæ ab eo habent ortum. A figura quidem ipsa, si concinna: semper enim hoc bonum est signũ: Ex his autem quæ ab eo ortum habent, si ualida est ceruix, & si alijs ossibus optime constet, atq; omnis præterea neruosa substantia boni sit habitus, ac robur habeat intentum. Propria autem capitis figura est, ueluti si excogitares sphærã exquisite rotundam ex cera constructã, paulatim utrinq; depressam. In hac eñ necesse est, ut posteriores priorésue partes plus gibbæ fiant, quàm sphæræ cõueniat: Quæ uero utrinque consistunt, magis recte: quod si ea quæ secundum occiput eminentia aliquatenus minuatur, simul intueri oportet neruos atq; ceruicem unà cũ ossibus alijs. Nam si secundum naturam constiterint, materiæ defectu, non uirtutis imbecillitate contingit: Illis uero non recte se habentibus principiũ est debile. Sed magna ex parte defectus qui occipiti eueniunt, consequitur eorum quę ante diximus imbecillitas, rarissimeq; aliter euenire consueuit. Caput autem quod secundum occiput in acutiem tendit animaduertere oportet, ijsdem adhibitis distinguẽdi rationibus, quibus antea in capite grandiori facto utebamur. Vt plurimum uero & hic optimũ est signum, figura concinna eius partis quæ cerebro adhæret, quam nonnulli medici posterius cerebrum appellare consueuerunt, quemadmodũ & posterius existit ea futura, quæ græcæ literæ ʌ, formam habet præfinitã. Est uero huiusce modi pars spinalis medullæ principiũ, & eius ratione neruorum omnium in toto animali qui actionibus obseruiũt. Ipsa autem pars posterior per seipsam paucos admodum sensitiuos obtinet neruos, plurimos uero actiuos: sicuti & anterior, sensitiuos quidem plurimos, paucos admodum actiuos. Quare ubi bene fuerit affecta utraq; pars, robustas habebũt eas quæ ab ipsis deriuationes. Eædem quoq; distinctiones adhibendæ sunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinẽtes, quæ etiam ad posteriores, earundemq; & paruitatem & magnitudinẽ inspicere oportet, atq; itidem

A

B

C

D

figuram & sensus ibi collocatos, uisum, gustum, atq; odoratum. Hæc enim se inuicem indicant atque attestantur, & quæ à principijs oriuntur, principij uirtutem & uitium: & principium ea quæ ab ipso nascuntur.

De operationibus obtinentibus principatum.

Earum autem operationũ quæ obtinent principatum, uirtus ac uitium sunt ipsius principij seorsum tantummodo indicia. Voco autem operationes principatum obtinentes, quæ à solo principio proueniunt. Ingeniũ quidem igitur, subtilem cerebri substantiam indicat: tarditas uero intellectus, crassam: discendi uero facilitas, formarũ facile susceptiuam, memoria autem stabilem ac firmã. Sicuti & discendi difficultas, formarũ non facile susceptiuã, & obliuio fluidã: mobilitas quoq; in opinionibus, calidam: stabilitas aũt frigidam. Adhuc autem duo indiciorũ genera mihi uideor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturũ pollicitus. Quorum alterũ ad operationes attinet naturales, alterum uero ad ea quę extrinsecus occursant. Erit autem in utrisq; sermo communis.

Signa bonæ temperaturæ cerebri.

Siquidem cerebrum sortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia quę diximus habebit moderata, & excremẽta quæ uel per palatũ, uel aures, uel nares, uel oculos expurgantur: hæc quoq; modice se habebunt: atq; ab ijs quæ extrinsecus occursant, minime lædetur, quæ scilicet uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel exiccant. Talibus igitur capilli capitis cum adhuc sunt infantes, subrufi: cum uero pueri, subflaui: cum iam adoleuerint, flaui fiunt, mediq; sunt inter eos qui omnino sunt crispi et simplices, non tamen facile caluitium patiuntur. Quæ uero dicuntur, ac posterius dicenda indicia sunt, accipere oportet, ut in bonam habẽtibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinẽt, non ad locorum tantum, sed ad humorum quoq; temperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, sunt referenda. Si uero calidius sit q̃; oporteat, in altera uero oppositione bonã habeat temperaturam: si quidem in caliditate excesserit, omnia quæ dicentur, ualidiora erunt indicia: sed si paruus fuerit excessus, imbecilla. Communis autem hæc ratio statuatur in omnibus partibus, quarum intemperaturis uniuersis indicia sumus tradituri.

Signa calidi cerebri.

Deinceps igitur signa caliditatis cerebri prẽter ea quæ nuper diximus, sunt, quòd ea quæ circa caput omnia rubicũda & calida magis, & quæ in oculis uenæ magis sensui patẽt. Capilli quoq; in his statim in lucem editis, habent in capite ortum, & cum plurimum in caliditate à mediocri temperatura recesserint nigri, & robusti, & crispi fiunt: Cum uero non multum, subflaui quidem ab initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitium patiuntur, atque eo magis, qui plus modico sunt calidiores. Excremẽta uero quę

per pa-

per palatum & nares, & oculos, & aures, pauca & A concocta ipſis exiſtunt, cum integram habuerint ſanitatẽ. Cum uero eis caput repletur, continuo enim ac tum præſertim cum nullam uictus ſeruauerint rationẽ, tale quid eis accidit: plura quidem in ipſis excrementa, ſed non incocta generantur, implenturq́, atq́ aggrauantur eorum capita à calidis cibis et potibus, odoribus, atq́ hiſce omnibus quæ extrinſecus occurſant: in quorũ numero eſt, & qui nobis circumfunditur aer. Sed prꝛeterea magis ſi non ſolum natura calida, ſed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem ſomnis huiuſmodi temperaturæ contentæ ſunt, neque admodum profundis.

Signa frigidi cerebri.

Frigidioris uero quàm oporteat cerebri indicia B ſunt plura, in propriis meatibus excrementa, & capilli recti, & rufi, & ſtabiles, & qui longo poſt natiuitatem tempore naſcuntur tenues, atq́ ab initio male nutriti, & facile à cauſis frigidis offendũtur, atq́ hoc ipſo offenſionis tempore deſtillationibus & grauedinib. capiunt: neq́ ſi tetigeris partes ad caput attinẽtes, admodũ calidę ſentiunt: neq́ ſi inſpexeris, rubicũdæ adparẽt, & oculorũ uenæ omnino uiſum effugiunt, & ſomnolenti quodãmodo ſunt.

Signa ſicci cerebri.

Siccioris autem cerebri indicia ſunt paucæ ſuperfluitates effluẽtes, & ſenſuum perſpicacitas. Sunt autem ad uigilias prompti, & capillos habẽt robuſtos, & qui celerrime eis genitis innaſcuntur. Criſpi autem potius ſunt quàm recti, cito autem C calui fiunt.

Humidi cerebri indicia.

Humidioris uero cerebri indicia, capilli plani, & nequaquam calui fiunt: Senſus autem turbulenti, & excrementorum multitudo, ſomni multi atque profundi, & hæ quidem ſimplicis ſunt intemperaturæ.

Signa calidi ſicciq́ cerebri.

Compoſitæ autem primum calida & ſicca, ſecundum quam & ſuperfluitatibus carent, & ſenſibus uigent, & plurimum uigilant, & cito calui fiunt. Et prima quidem capillorum generatio celerima eſt, ac plurimo abundãs alimento. Capillos uero habent nigros, & criſpos, & tangentibus caput calidi ſentiuntur, & ſunt rubicundi uſq́ ad ęta D tem conſiſtentiæ.

Signa calidi & humidi cerebri.

Si uero humiditas adiũgatur caliditati, parum utriuſque qualitatibus ſuperantibus mediocritatem, color bonus, & quæ circa oculos calidiora, uenæ magnæ, & plura excrementa, & mediocriter cocta, & capilli recti, ſubflaui, & non facile calui fiunt. Implentur uero atque aggrauãtur eorum capita à calidis: at ſi humectentur, tunc multo magis excrementorũ habent multitudinem. Et ſi plurimum caliditas atque humiditas creuerit, his caput ægritudinibus eſt obnoxium, atq́ excrementis abundans, & quod facile à calefacientibus atque humectantibus offendatur. Auſter uero ſemper eis aduerſatur, atq́ optime in Aquilone ſe habent: non tamen diu uigilare poſſunt, & quum ſe ad ſomnum conuerterint, ſimul graui ſomno tentantur, & uigilant, & ſomnia habent imaginationibus plena, uiſus eis turbulenti, neque ſatis ſenſibus uigent. Quòd ſi plurimum in caliditate cerebrum à mediocritate receſſerit, paululum autem humidius extiterit, calidæ tẽperaturæ indicia quidem ſuperabũt, cum quibus leuia quædam humiditatis ſigna cõiungentur: ueluti ſi longe quidem humidius, paululum uero calidius, uehemẽtia quidem erunt ac manifeſta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis uero hęc ratio in omnibus compoſitis intemperaturis exiſtit.

Signa frigidi & ſicci cerebri.

Frigidæ uero & ſiccæ cerebri intemperaturæ frigidum, & minimè coloratum ſui ratione caput reddunt: ſemper enim memoria repetenda, quæ à nobis ab initio eſt diſtinctio poſita, ut prꝛeterea aduertamus quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipſum conſiſtunt. Protinus autem huiuſcemodi temperaturæ uenis carentes habent oculos, & à cauſis frigidis facile lęduntur. Quare & inæquali ſanitate fruuntur: quoniã nonnunquam leuiſſima habent capita, & excrementorum moderatos effluxus, nõnunquam uero & grauedinibus & deſtillationibus minima ex cauſa capiuntur.

De ſenſibus.

Senſus aũt eorum in iuuentute quidem omnes uigent, atque omni uitio carent, ſed progrediente ętate cito marceſcunt. Et, ut ſummatim dicaꝛ, omnes celerrimã circa caput ſenectutem oſtendunt. Quare & cito cani fiunt, capilli uero ipſis quidem genitis uix exeunt, & male nutriunt, & rufi ſunt. In progreſſu aũt ætatis, ſuperante magis frigiditate caliditatẽ, quàm ſiccitate humiditatẽ, multum non calueſcunt. Contrà uero ſi contigerit, ſiccitatem quidem plurimũ dominari humiditati, frigiditatem uero caliditati, parum calui fiunt hi.

Signa cerebri frigidi & humidi.

Humidæ uero & frigidæ cerebri temperaturæ faciunt homines graui ſomno tentari, & ad ſomnũ facile conuerti, ſenſibus quoq́ minime uigentes, atq́ excrementis redundantes, et qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac deſtillationibus & grauedinibus facile tentãtur, neq́ tamen hi calui fiunt. Hæc igitur indicia ſunt cerebri temperaturæ, à quibus ſi progrediaris, ad unũquodq́ ſenſorium dignotiones transferre licebit.

De oculis.

Sed ſufficiet de oculis facere mẽtionẽ. Quicũq́ tangentibus quidem manifeſte calidi exiſtunt, & facili ac crebro motu cient, & uenas latas habent, hi calidi omnes ſunt, frigidi uero his contrarij. Et humidi quidẽ molles ſimul & multa humiditate pleni, ſiccí uero duri ſimul & aridi. A ſimilibus autem ſuæ temperaturæ cauſis facile offenduntur, iuuantur autem à modico contrariorum uſu: ſed hoc quidem commune in omni cuiuſcunq́ partis tempe-

temperaturæ dignotione oportet meminiſſe.

De magnitudine oculorum.

Magnitudo oculorum quidem, ubi cõcinnitas adſit, & operationum uirtus multitudinem bene temperatæ ſubſtantię oſtendit, ex qua ſunt conformati, quæ ſi deſint, multam quidem ſubſtantiam, non tamen bene temperatam oſtendunt.

De paruitate oculorum.

Paruitas uero oculorũ adiuncta quidem cõcinnitate ac uirtutum operatione, paucam quidẽ, ſed bene temperatã ſubſtantiam oſtendit, ex qua ſunt conformati. Si uero ſociam habuerint inconcinnitatem quãdam, atq́ operationũ uitium, tunc paucam ſimul ac uitioſam materiam oſtendunt.

De colore oculorum.

Quæ uero ad colores attinent, ita diſtinguere B oportet. Glauci quidem oculi, qui pura humiditate ac non multa prælucent, tales fiunt ob ſplendidi luminis abundãtiam: Contrà uero nigri, & qui intermediam naturam ſeruant, cauſas quoq́ intermedias habent.

De glaucedine & nigredine oculorum.

Glaucus igitur oculus fit, uel propter magnitudinem, uel propter ſplendorẽ humoris qui à Græcis cryſtalloides nominaꝛ, uel propter ſitum prominentem, aut propter tenuis & aquei humoris, qui in pupilla exiſtit, paucitatem & puritatem, atque omnibus quidem in unum cõuenientibus fit glauciſſimus oculus. Quòd ſi aliqua adſint, aliqua uero non, tunc maior minórue glaucedo contrahitur. Niger uero oculus fit, aut ob paruitatẽ cryſtalloidis, aut propter profundum ſitum, uel quoniam ſplendidus ac fulgidus exquiſite non eſt, uel quoniam tenuis humor uel ſuperabundat, uel purus non exiſtit, uel propter unam aliquam ex his quas antè diximus cauſas, aut propter omnes fieri conſueuit. In ipſis autem magis & minus (ut antè diximus) reperitur. Tenuis igitur humor quo magis ad aquę naturam accedit, & ſuperabundat, humidiorem oculum oſtendit: quemadmodum ſi craſſior ac minor fiat, ſiciorem. cryſtalloides autem ſiquidem durior exiſtat, ſiciorem efficit oculum: Si uero mollior, humidiorẽ: ſic & ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit, ſiciorem: ſi autem defecerit, contrarium.

De cordis temperaturis.

De cordis autem temperaturis deinceps dicendum eſt. Si prius hæc in memoriam reuocauerimus, quod unamquãq́ partem ſeipſa, uel calidiorem, uel frigidiorem, uel ſiccioreꝛ, uel humidiorem dicimus factam, non alicui rei alteri comparãtes, ſed ad ſeipſum. Sic enim utcunq́ extiterit cor natura frigidiſſimum, multo ſanè calidiorem temperaturam poſſidebit calidiſſimo cerebro.

Signa cordis calidi.

Calidioris igitur cordis, ut admodũ qui ei proprius eſt atque conueniens, indicia quædam ſunt inſeparabilia, et propria magnitudo reſpirationis, & pulſus uelocitas, & frequẽtia, & audacia, & ad actiones natura prompta. Quòd ſi multum in calidate exceſſerit, tunc furibunda quædam iracundia & temeritas adſunt. Eſt autem his thorax hiſpidus, & præſertim pectus, & quæcunq́ hypochondriis partes proximiores. Magna uero ex parte calidi cordis temperatura uniuerſum corpus calidum reddit, niſi hepar uehementius obſtiterit. Dicemus autem paulo inferius, totius corporis indicia. Eſt quidem & latitudo thoracis caliditatis indicium, niſi & hic quoque cerebrum plurimũ obſtiterit, quoniã ei magna ſpinalis medulla reſpondet: tantæ uero erũt magnitudine uertebræ, quanta & ſpinalis medulla, quare & ſpina uniuerſa. Cõfigitur uero thorax ad eam ſpinę partem, quæ metaphrenum, id eſt, dorſum dicitur, tanquam ad carinam nauis. Quare neceſſariò eius longitudo æquabitur dorſo: latitudo uero erit pro uertebrarum ratione, quãdo ad proportionem earum craſſitudinis fuerit confixus. Cum uero cordis caliditas ſuperãs perflauerit ac dilatauerit in primo ſui ortu thoracem, erit eiuſdem caliditati proportione reſpondens. Quare cum caput paruum, thorax autem latus extiterit, maximũ hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium: cum uero magno exiſtente capite paruus fuerit, propriſſimũ hoc erit cordis frigidioris ſignũ: Si uero capiti fuerit proportione reſpondens, tunc aliꝛs ſignis de corde diſtinguens, ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens.

Signa cordis frigidi.

In frigidiore uero corde, pulſus minores exiſtunt quàm modo naturæ conueniat. Non tamen neceſſario tardiores uel rariores. Reſpiratio autẽ, ſiquidem tanto thorax minor extiterit, quãto cor frigidius, pulſibus erit proportionalis. Si uero maior fuerit, quàm pro frigiditatis uehementia, non minor eſt tantum, ſed etiam tardior, & rarior. Tales autem timidi natura ſunt, & ſine audacia, & ſegnes & nudum pilis habent pectus. De eius uero paruitate diſtinguendũ ut diximus prius. Eodem modo & de totius corporis caliditate.

Hic locus in omnibus ferè exemplaribus, græcis atq́ latinis deprauatus eſt. Ita enim græce ſcribendum fuit: εἰ δὲ μεῖζον ἢ κατὰ τὸ πρόσωπον τῆς φύξεως οὖσα μικροτέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ βραδυτέρα καὶ ἀραιοτέρα. ὅλοι οἱ πιοῦσι τὰ φύσει καὶ ἄπολμοι καὶ ἀμελητοὶ, id eſt, Si autem maior quàm frigiditatis quantitas, non ſolum minor, ſed etiam tardior, intellige: erit reſpiratio. Timidi natura tales ſunt & ſine audacia, & tardi. Et huic traductioni adſtipulatur traductio Arabica, quam exponit Haly.

Signa cordis ſicci.

Cor aũt ſiccius, pulſus efficit duriores, & iram non promptam quidem, ſed feram, & quæ non facile ſedari queat, magnaq́ ex parte uniuerſum corpus ſiccius exiſtit, niſi hepar obſtiterit.

Signa cordis humidi.

Cordis uero humidioris ſigna, pulſus molles, & mores ad iram quidẽ procliues, ſed talẽ quę facile ſedari poſſit, et uniuerſum corpus humidius exiſtit, niſi hepar obſtiterit. Secũdũ uero cõiugationem

nem qualitatum primarum uitiosæ cordis temperaturæ ita se habent.

Signa cordis calidi & sicci.

Calidi & sicci cordis, pulsus duri sunt & magni, & ueloces, & frequentes & respirationes magnæ, & ueloces & frequētes, & multo magis ad uelocitatem ac frequentiam uergunt, thorace cordi non aucto proportionaliter. Hi uero præ cunctis pectus habent maxime hirsutū, & hypochondria. Ad actiones autē prompti sunt, & iracundi, & impudentes, & mores tyrannicos habent: etenim ad furorem faciles, non facile uero placabiles. De totius autem corporis temperatura, & thoracis amplitudine, his quæ ante diximus, proportionaliter est distinguendum.

Signa cordis calidi & humidi.

Si uero caliditas unà cum humiditate dominabitur, minus quidem his quos antea diximus, hi sunt hirsuti, ad actiones uero nihilominus prompti, non tamen ferior est animus, sed ad iram procliuus tantūmodo. Pulsus uero magni ac molles, ueloces & frequentes existunt, & respiratio, cum thorax cordi fuerit proportionalis, eandem pulsibus formam seruabit. Si uero minor extiterit, tanto illis uelocior erit & frequentior, quanto & thorax minor extiterit. Si autē multa facta fuerit euersio in temperatura, ac si hoc præsertim in humiditate contigerit, præter ea quæ diximus, cōtingent etiam ex putredine morbi, his qui in ipsis fuerint humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes autē maiores sunt ac uelociores inspirationibus, & submissio arteriæ in pulsibus uelox.

Signa cordis humidi & frigidi.

Humidioris uero & frigidioris cordis, pulsus quidem molles. Moribus autem nequaquā audaces, sed timidi & segnes existunt. Tales etiam glabrum pectus habent, minimeq; iram retinent, licuti & ad iram nō admodum sunt prompti. Quæ uero ad thoracem & uniuersum attinent corpus, distinguere oportet, sicut ea quæ ante diximus.

Signa cordis frigidi & sicci.

Frigidius uero cor & siccius, pulsus quidē duriores reddit & paruos, respirationē autem si quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderatam. Si uero maior extiterit, raram ac tardam. Hi uero præ omnibus minime ad irascendum prompti, cum autem coacti fuerint irasci, quibusdā retinent iram. Habent autem maxime omniū, nudum pilis pectus. De paruitate autem thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Vnum illud cōmune in hisce omnibus memoria repetentibus, quòd quæcunq; de moribus siue nunc, siue quouis alio sermone explicata sunt, ad tēperaturæ cognitionem, non de optimis moribus aut uitiosis, qui ex philosophia hominibus aduenīūt, sed de insitis unicuiq; ac naturalibus, nos exposuisse.

Signa calidi hepatis.

Hepatis calidioris indicia: uenarū latitudo, flaua bilis abūdantior. In consistēti uero ætate, etiam atra, calidior ipsis sanguis, atq; eadem ratione corpus uniuersum, nisi obstiterit cor. His uēter & hypochondria hirsuta.

Signa hepatis frigidi.

Frigidioris uero, angustia uenarū, pituita abundantior, sanguis frigidior, & totius corporis habitus, nisi à corde calefiat. Venter illis glaber est, atq; hypochondria.

Signa hepatis sicci.

Siccioris autem, sanguis quidem crassior & minime abundans, uenæ duriores, & totius corporis habitus siccior.

Signa humidi hepatis.

Humidioris autem, sanguis quidem abundantior atq; humidior, uenæ autem molliores: ita uero & uniuersum corpus, nisi partes ad cor attinentes obstiterint.

Signa calidi & sicci hepatis.

Calidioris uero simul ac siccioris hepatis indicia, hypochōdria plurimum hispida, sanguis crassior simul ac siccior, flaua bilis plurima est: consistente autem ætate, & atra, uenarum autem latitudo & durities. Sic uero et uniuersum corpus se habet. Nam quæ ex corde caliditas originem habet, potest obtundere eam quæ ab hepate nascitur frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatem: siccitatem uero non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media uero inter has quæ dictæ sunt, ea quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superat, quàm siccitas ab humiditate: minus autē à caliditate: adhuc uero multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates quæ ab hepate eueniunt, facillime uincitur. Liquet autem quòd cum in unum conuenerint utriusq; principij temperaturæ, totū exquisite secundum illas afficitur corpus, paulo uero in ferius ipsius dicentur indicia.

Signa hepatis calidi & humidi.

Humidius autem ac simul calidius hepar, minus quidē quàm calidius & siccius hypochondria reddit hispida. Plurimum uero sanguinis, et uenas amplas, habitumq; calidiorem atq; humidiorē facit, nisi obstiterit cor. Si uero amplius in ambabus qualitatibus à naturę modo recedat, à morbis qui ex putredine ac uitiosis humoribus fiūt, facillime capitur. Adhuc autem magis si plurimum augeatur humiditas, caliditas uero nō ita. Si autem contra, parum quidem humiditas crescat, plurimum uero caliditas, minime uitiosis humorib. laborāt.

Signa hepatis humidi & frigidi.

Humidius autē & frigidius hepar habet hypochondria glabra, sanguinem uero ad pituitæ naturam accedentem generat, cum uenarum angustia: sic & reliquum afficit corpus, nisi à corde ad contrariam naturam transferatur.

Signa hepatis frigidi & sicci.

Frigidius autem & siccius hepar cū pauco sanguine & uenarum angustia efficit corpus atq; frigidius, & hypochondria glabra, nisi & hic cor dominetur.

Signa

Signa calidæ, frigidę, humidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum.

Temperatura uero testiculorū, calida quidem ad Venerem procliuis, & masculorum generatrix & fœcunda, celerrimeq; genitales partes obsepit pilis, simul autem & circumiacentes attingit partes: frigidior uero cōtraria efficit. Et humida quidem multo & humido semine abundat. Sicca paucum & modice crassum generat semen.

Signa calidæ & siccę temperaturæ testiculorum.

Calidior uero ac siccior & crassissimum semen habet, & fœcundissima est, ac celeriter ab initio protinus ad coitū excitat animal. Sed & his genitales partes citissimè hispidę fiūt, atq; omes quę circumstāt, supra quidē usq; ad umbilicū, infra uero usq; ad media femora. petulca igitur est & ad libidinem prona huiusmodi temperatura, statim uero satiatur, & si cogatur, offenditur.

Signa calidæ & humidæ temperaturę testiculorum.

Si autem caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus uero semine abundant, nō tamen plus cæteris appetunt, sed minore detrimento præter modum uenereis indulgent. Quòd si satis excreuerint & caliditas & humiditas, nō sine detrimento à uenereis abstinent.

Signa frigidæ & humidæ temperaturæ testiculorum.

Si uero frigidiorem & humidiorem temperaturam testiculi habuerint, partes circūpositæ glabræ sunt, tarde rem ueneream exercere incipiunt, neque proni ad actum huiusmodi sunt. A quosum uero & tenue ipsis est semen, & infœcundum

ἄγονον, id est, infœcundū aliàs ὀλιγόγονον, id est, parū fœcundū. † & fœminarum generatiuum uel omnino non generans.

Signa frigidæ & siccæ temperaturæ testiculorum.

Frigidior uero, & siccior temperatura similis quidem in reliquis est antedictę, crassius uero in ipsa semen existit, atque omnino paucum.

De habitu totius corporis.

Totius autem corporis habitus, diximus & superius quomodo & hepatis & cordis naturam sequantur, ei autem magis assimulatur, quod unam aliquam ex primis quælitatibus potentiorem habuit, quas & effectiuas appellant. Totius uero corporis habitus in illis maxime dicitur partibus quę primę oculis subijciuntur. Sunt uero hæ, musculi qui omnia ambiunt ossa, carnes quędam compositę ex prima & simplici carne, & preterea fibris quibus innascuntur. Propria enim musculorum substantia his duobus cōstat: quę uero ad ipsos uasa pertingūt, ueluti riui quidā sunt, qui non substantiam cōplent, sed eis subministrāt, ut in uita permaneant. Dicentur igitur & horum temperaturę indicia in bene tēperata habitatione. Nam quę malę temperaturę sunt, cutem permutāt ex se ipsis formātes, & quędam ex indicijs corrumpūt. Ita & in bene temperata regione, si quis se tēpore ætatis nudum soli exposuerit, permutabit indicia quæ ex colore, & duritie, & mollitie sumuntur. Si uero quemadmodum bonam temperiem obtinet locus, ita & ipse bene temperato uictu usus fuerit, ut qui neque se nudum singulis diebus in sole plurimum torrefaciat, neque sicuti plerique more puellarum continue in umbra degat, hic certa atque exquisita temperaturæ indicia præ se feret. Tanquam igitur de hoc futuro sermone nunc ad ipsum accedemus.

Signa moderatę temperaturę.

Moderatę temperaturę indicia secundū totum animalis habitum: Color quidem ex rubro & albo cōmistus, capilli uero flaui, & ut plurimū mediocriter crispi: Carnositatis autē mediocritas in qualitate & quantitate. Medium est enim exquisite huiusce modi corpus inter omnes excessus, ut qui ad ipsum dicantur & cognoscantur. Nam & Crassum corpus ad hoc cōparatum dicitur crassum, & tenue ad hoc, eodem modo, & carnosum, & macilentum & pingue, & durum, & molle, & hispidum, & glabrum. Nullum igitur horum corpus est mediocritatē habens, sed qualis Polycleti regula ad summū totius peruenit mediocritatis, adeo ut neq; tangentibus mole uideatur, neq; durum, neq; frigidum: inspicientibus uero neq; hirsutum, neq; glabrum, neq; crassum, neq; tenue, aut aliquem alium habens excessum uel defectum.

De corpore calidiore.

Quęcunq; aūt in caliditate à medio recedunt, non tamen in humiditate & siccitate, hæc quantū ad carnosum genus attinent (De hoc enim præsens est sermo) uidentur quidem tangentibus calidiora tantum, quantum & eorum temperatura calidior. Tanto uero magis hirsuta sunt quanto & calidiora, & minus pinguedinis habēt. Colorem autem rubrum, & capillos nigros habent.

Signa frigidę temperaturę.

Frigidioris autem temperaturæ indicia sunt: pilorū carētia, pinguedo, & frigiditas quæ tāgentibus obuiat. Color autem unà cum capillis rufus, & ubi frigidus excesserit, liuidus quodammodo existit, quem nonnulli medici colorē plumbeum appellant.

Signa siccę temperaturę.

Siccior autē temperatura tanto gracilior est, & durior bona temperatura, quanto maior est siccitas. In reliquis autem eodem modo se habet.

Signa humidę temperaturæ.

Et humidior etiam in reliquis quidem eodem modo se habet. Melius autem carnosa & mollior. Et quidem secundum cōiugationem qualitatum primarum factæ intemperaturæ compositam habent indiciorum formam.

Signa calidæ & siccæ temperaturæ.

Calidior simul ac siccior est hirsuta magis, ac calida & dura existit, & pinguedine caret, tenuisq; est, & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat, color quoq; niger illi adest.

Signa calidæ & humidæ temperaturæ.

Calidior autẽ & humidior temperatura, mollior, & calidior, & carnosior tanto est bona temperatura, quantum & utrisque qualitatibus aucta fuerit. Quòd si plurimum augeatur, cito similiter à putredinis corripitur morbis: quoniã & humorum uitio prõpte laborat. Si uero parum quidem humidior sit multo uero calidior, molliores quidẽ parum huiusce modi sunt his qui bonam habent temperaturam, & magis carnosi, non parum uero hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores. Nigri uero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo quidem calidior, multo uero humidior, mollis his caro est & multa, & color commistus est ex albo & rubro, & tangentibus paulo calidiores. Et ut summatim dicatur, omnibus temperaturæ coniugationibus semper super exedentis qualitatis indicia eminebunt.

Signa frigidæ & humidæ temperaturæ.

Frigidior autem atq; humidior temperatura, si parum quidem utraq; augeatur, capillis nuda est, & alba, & mollis, & crassa, & pinguis: Si uero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augmenti qualitatum, color autẽ unà cum capillis rufus. Quemadmodum si plurimum utraque augeatur, liuidus: Si uero qualitatum augmentum fuerit inæquale, eius quæ superexcesserit indicia eminebunt.

Signa frigidæ & siccæ temperaturæ.

Si autem frigiditas unà cum siccitate æqualiter augeatur, natura durum ac tenue & glabrum corpus habẽt, & tangentibus frigidum, pinguedo tamen ipsis, & si graciles sint, per carnes dispersa. Capilli autem & color frigiditatis modum, ac proportionem sequuntur. Vbi uero calida & sicca temperatura in tempore decrementi, in frigidũ & siccum labitur habitum, tunc hi graciles fiunt & duri, atq; atra bilis in eis dominatur, & ob id nigri simul & hirsuti euadunt: ubi igitur altera qualitas plurimũ dominatur, altera uero parum à mediocritate recedit, superabunt eius quæ dominat, exilia aũt erunt alterius qualitatis indicia. In omnibus uero de quibus supra diximus & postea dicemus, cõmune est temperaturæ indicium, si membrum facile frigefit, uel frigiditatis, uel raritatis: Si uero non facile, uel caliditatis, uel densitatis: Si uero à desiccantibus offendat, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis: quẽadmodum & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere aũt oportet, si eandem omnes musculi seruant temperaturã, uel minime eandẽ, atq; in omnibus animaduertere subiectorũ ossium quantitatem. Nonnunquã enim gracile uidetur membrum, cum tamen non sit gracile quo ad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale uidetur. Sic & crassius quibusdam plerunq; appareret non ob ossium amplitudinem, sed ob multitudinem carnis, quæ uel aucta, uel comminuta, uel durior aut mollior effecta, siccius aut humidius membrum ostendit. Pauca igitur ac dura, siccius; multa autem & mollis, humidius. Sic & intermedia spatia similariũ corporum, ut plus uel minus humidę substantię in se ipsis cõtinent, uel crassius, uel tenuius, uel humidius, uel siccius membrum ostendunt: Humidius quidem, ubi subtilior & plurima est humiditas: Siccius uero, ubi crassior simul & minor. Ipsæ enim solidę corporis partes, quæ uere solidæ sunt ac primæ, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est, si quis eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta aũt in ipsis spacia, hac uel illa humiditate cõplere, possibile. Hęc uero est proprium partium similarium alimẽtum, quod ex appositione fit, & nõ per uasa attrahitur. Communis aũt hæc ratio & omniũ partium existit. Et iterũ in salubrium atq; insalubrium causarum doctrina repetetur. Nunc autem ea quæ ordine sequuntur attingamus.

Signa sicci uentriculi.

Ventriculi indicia eius quidem qui natura siccior existit, si celeriter sitibũdi fiant, & paucus eis sufficiat potus, à plurimo autem aggrauentur, fluctuationibus infestentur, aut superfluitet id quod abundat, & cibis delectentur siccioribus.

Signa humidi uentriculi.

Humidioris autem, si neq; sitibundi fiant, & super abundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus.

Signa calidi uentriculi.

Calidior uero natura uentriculus, melius quidem cõcoquit cẽq; appetat, & multo magis quęcunque dura sunt & non facile alteratiõem suscipiũt. Nam quæ facile alterantur, in ipso corrumpũtur, gaudetq; calidis potibus ac cibis, neq; à frigidis ullam percipit noxam, si modice ipsis utatur.

Signa frigidi uentriculi.

Frigidus uero natura uentriculus ad appetendum quidem plurimum uiget, ad concoquẽdum autem minime, tales præsertim cibos qui frigidi sunt & nõ facile alterationem suscipiunt. Cito itaque in ipso acescunt, atque ideo acidis eructationibus talis uentriculus plurimum abũdat, & gaudet quidem frigidis, sed ab eorum usu immodico offenditur. Ita & ea quæ extrinsecus frigida occurrant, nequit longiori tempore tolerare, quemadmodum neque calidus calida. Malæ uero temperaturę quę morbi ratione uentriculum occupant, hoc differunt ab his quæ naturales existunt, quoniam contraria nõ autem similia appetunt, quemadmodum naturales.

De malis temperaturis in uentriculo coniugatis.

Malę autem temperaturæ in uentriculo coniugatę, ex compositione simplicium cognoscuntur. Oportet autem eas quæ iam sunt dictæ diligenter aduertere, easdem ab his quę dicentur distinguentes. Non solum enim uentriculus sitibũdos & minime sitientes facit, & frigidi calidi ue potus appetentes, sed ea quoque uiscera quæ in thorace sunt, ut cor & pulmo. Sed qui ob horum sitiunt calidi tatem, plus inspirant & longius expirant, atque æstum

estum in thorace sentiunt, nõ sicuti qui uentriculi ratione in hypochondriis caliditatẽ patiuntur, & cum potauerint, non statim sedatur sitis, & magis cum frigidum hauserint, quàm cum calidum nimis. Refrigerat autem eosdem & frigidi aeris inspiratio, quę nihil eos iuuat qui uentriculi ratione sunt sitibundi. Ita & hi qui contrario modo se habent, à frigida inspiratione sensibilem sentiunt effectum.

Signa pulmonis frigidi.

Et hoc maximum sit frigidi pulmonis indicium. Vti uero frigidum inspirantes manifeste dolorem sentiunt & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica, sed & pituitæ excremẽta cum screatu & tussi expuunt.

Signa pulmonis sicci.

Pulmonis autem siccitas excrementis uacant & pituita, & uocem claram efficiunt: quemadmodum humiditates obscuram reddunt ac raucam. Et cum uehemẽtius, aut acutius loqui studuerint, tunc intercidunt excrementa.

De uoce.

Non tamen ipsa uocis magnitudo à caliditate, sicuti neq; paruitas à frigiditate fit, sed altera quidem asperę arterię latitudinem sequitur, & uehementiorẽ efflatum: Paruitas uero à contrarijs aduenit causis. Quare neq; semper, neq; primũ, sed ex accidenti, & solas naturales temperaturas, non autem aduentitias uocis magnitudo aut paruitas sequitur. Quoniam etenim talia instrumenta temperaturæ ratione sunt facta, ad hæc autem consequitur huiusmodi uox. Idcirco contingit ex uoce de naturali temperatura ratiocinari.

De leni & aspera uoce.

Nam & lenis uox arteriæ lenitatem consequitur, sicuti & aspera asperitatem. Lenitas igitur arteriæ moderatã sequitur temperaturã, asperitas uero siccitatem. Asperitas etenim fit ab inęqualitate duri corporis. Arteriam uero durã, similariũ partium, ex quibus constat siccitas, inæqualem uero dispersę in eisdem humiditatis defectus.

De uoce acuta.

Eodem modo neq; acuta natura uox sine angustia faucium, neque grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab insita atq; innata nascitur frigiditate. Latitudo aũt à caliditate. Differentijs igitur naturalium uocũ hæ quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales, quę & ipsę indicia sunt causarum à quibus oriuntur, de quibus in libris De uoce sufficienter distinxi. Reliquę uero partes animalis interiores exilia habent temperaturę indicia. Tentandum tamen ea ex iuuantibus atq; nocentibus agnoscere, ac prꝛterea naturalium potentiarum operationes. Dictum uero est in tertio De causis accidentium, quod cuiusq; potentię uirtus & uitiũ, temperatura principalis existat. Temperaturarum itaq; indicia iam explanauimus.

Signa naturę instrumentariæ.

Circa magnitudinẽ uero, uel formationem, uel numerum, uel situm, quæcunq; quidem sensibus subijciũtur errata cognitu facillima sunt, quæ autem sensu percipi nequeũt, quędam cognitionem habent difficilem, quædam uero facilem. Capitis igitur magnitudo ac figura, & cerebri simul in propatulo sunt. Et de his antea diximus, sic & quę thoracis sunt, & quæcunque ad scapulas, & humeros, uel brachia, uel cubitos, uel extremas manus, uel coxendices, uel femora, uel tibias, uel pedes attinent, non est difficile cognoscere, siue secundum formationem, siue secundum magnitudinem ex his aliquid non recte se habeat, siue secundum numerum, uel partium ex quibus constant composituram singularum, etiam operationis detrimenta facile patent. Quę autem intra corpus sunt, non omnia possunt agnosci.

De uentriculo.

Cuiusdam enim uentriculum adeo paruum ac rotundum ac pronum secundum hypochondria situm habentem inspexi, ut manifeste ex circumscriptione propria & uidentibus & tangentibus appareret.

De uesica.

Sic & cuiusdam uesicam contingit intueri, ita expositam ac paruam, ut si quando urinam tardius excerneret, tumor quidem circumscriptus manifeste cerneretur, nõ tamen aliud ex interioribus quicquam mihi unquam manifestum præbuit indiciũ. Tentare aũt oportet quammaxime fieri potest, uirtutem ipsorum ac uitium, & si non certissima scientia, artificiosa saltem coniectura comprehendere: ueluti exempli gratia, in hepate.

De hepate.

Vidi enim aliquos & quidẽ quamplures, quibus uenæ erant angustę, & totum corpus colore priuatum. Quòd si pluisculum cibi assumpsissent qui præsertim flatibus excitãdis aptus esset, et crassus & tenax, nõnulli quidem ueluti pondus quoddam insidens, atq; suspensum in profundo dextę hypochondriorũ partis sentiebant: Nonnulli uero cũ quadã tentione dolorẽ sentientes. In his quidem uerisimile est hepar esse paruum, atque angustos meatus habere.

De homine pituitoso uomente bilem.

Alterum uidi cuius totus habitus pituitam prę se ferebat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excrementa, in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatum qui bilioſum egurgitat humorem, non minimam eiusdem partem ad imum uentriculi locum, quẽ Græci pyloron, id est ostiarium uocant, effundere, ut in quibusdam apparet animalibus, ex quibus id constat, quod plurimum ad eorum quæ latent sensum confert cognitionem, ea quæ ex sectionis inspectione habetur peritia, & operationum atque utilitatum inuentio. Quicunque igitur facultatem dignoscendi huiuscemodi corpora quæ ita lapsa sunt consequi cupit, oportet ipsum in sectionibus, ac in operationum atque utilitatum inuentionibus exercitari. Scripsimus uero de omnibus seorsum in tractatibus alijs, de quibus in fine libri omnino proposuimus facere mentionem, ut

discendi cupidi intelligant quęcunque discere optauerint, ex quonã possint haurire tractatu. Sed tamen de hisce satis.

Quomodo cognoscãtur corpora ęgrotantia.

Quęcunq; uero ut nunc insalubria sunt, hoc est quæ iam ęgritudinem patiunt, dignoscere & hęc ipsa oportet. Quę quidem subijciuntur sensui, ex eorum quę ipsis insunt secundum naturã permutatione, in magnitudine, colore, figura, & numero, & situ, & ea quę est secundum duritiem & mollitiem, & frigiditatem, & caliditatem differentia. Quæ aũt usum effugiũt, ut summatim dicam, ex operationum lęsionibus, aut his quę excernũtur, aut doloribus, aut tumoribus pręter naturam, aut horum quibusdam, uel omnibus.

De signis cerebri patientis. B

Particulatim autem quæ quidem sunt in cerebro ægrę dispositiones, aut dementiæ speciebus, aut sensibilium imaginationum lęsionibus, aut actuum qui secundum electionem fiunt, aut ex his quę excernuntur per palatum, uel nares, uel aures aut horum qui ei dolores eueniunt differentijs.

Signa cordis patientis.

Quæ uero in corde fiunt ex difficilis anhelitus speciebus, & tremulis motibus qui ipsi contingunt, ex pulsibus quoq; eius atque arteriarum & ab excandescentis iræ celeritate, aut tarditate, à febribus, & refrigerationibus, & in colore differentijs, ac eis qui ipsi aduenium doloribus.

Signa hepatis patientis.

Quæ aũt in hepate ex defectu humorũ atq; abun- C
dantia, & ad id quod præter naturam euersione, & colore malo, ac pręterea ex permutatione naturę in his quę ad alimenti diductionẽ, aut superfluitatum attinent excretionem. Sed & ex grauitatibus, & tumoribus, & doloribus nõ modo his qui in eo ortum habent, uerum & in illis qui compatiendi ratione proueniunt, quemadmodum in aliqua uel spiritus grauis, uel tussis specie.

Signa uentriculi patientis.

Sic & uentriculi affectus agnoscitur, ubi in concoctione et appetitu humidi uel sicci alimenti uel superfluitatum excretione delinquitur. Ita etiam ex singultibus, eructatiõibus, nauseis, uomitibus, & ipsis eorum quæ euomuntur speciebus.

Signa thoracis patientis.

Ita & thoracis agnoscuntur affectus, ex spiran- D
di difficultatibus, tussibus, & doloribus qui in ipso fiunt, & ex eorum quæ cum tussi expuuntur, differentia. Sic & asperæ arteriæ ęgritudines, difficiles anhelitus, & tusses, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & uocis offensiones ostendũt. Secundum uero eandem proportionem & in alijs omnibus accidit partibus. Nam ex tumore, dolore, & operationum læsione, et excrementorum differentia sumentur indicia. Excrescentiæ autem non naturales in inflammationibus, durisq; ac laxatis tumoribus, & erysipelatis sunt explorãdę. Dolor autem quencunque obsederit locum, aut continuitatis solutionem, aut subitam alterationem ostendit. Soluitur autem continuitas, incisione, exesione, fractione, & tentione. Alteraũ uero substantia, à caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Lædi tur autem operatio tripliciter, aut quia debiliter, aut quia uitiose, aut quia nullo modo fit.

De differentia eorum quæ excernuntur.

Quæcunque autem excernuntur, nonnulla quidem sunt ueluti partes patientium locorum, nõnulla uero tanq; excremẽta. Quę uero in ipsis naturaliter continentur, singula propriam facient iudicationem. Dictum est autẽ de hisce omnibus plenius in tractatu De membris passis, quem nullus ante nos aut in artem redegit, aut ad absolutã perfectionem deduxit. Quemadmodum & in omnibus alijs euenit, quibus initium quidem aliquod ab antiquis est datum, nõ tamen absolutum est opus. Aegrotantium itaq; corporum ex tractatu illo indicia sunt sumenda. Eorum autem qui in ægritudinem lapsuri sunt, & qui sanitati restituendi, præsens doctrina complectitur.

Signa futuræ ægritudinis.

Eorum igitur indicia quibus ægritudinis periculum imminet, mediam formam habent inter ea quæ sanis, & quæ ægrotantibus eueniunt. Siquidem sanis omnia secundum naturam insunt: præter naturam uero ægrotantibus, quatenus ægrotant. In confinio autem horum ea quæ sunt corporum neutrorum indicia, quorum nonnulla quidem sunt ex eorum genere quę secundũ naturam sed uel qualitatibus, uel quantitatibus, uel temporibus permutata. Quædam autem ex his quæ pręter naturam, & minorã his quæ ægritudinibus adsunt. Atque idcirco hæ quidem corporum dispositiones quæ in ægritudinem casura monstraui, sunt ex neutrotum genere, atq; unà ea quæ ipsa indicant signa. Primo enim hæc sanitatem ostendunt, secundo autem ægritudinem. Et fiunt eadem signa secũdum ad aliquid habitudinem, neutra & insalubria, quæ quidem præsentem dispositionem ostendant, neutra: quę uero futuram prænostant, insalubria. Eadem uero ratione & quęcunque ægrotantibus signa salutaria apparent, dicentur quidem salubria, quia futuram sanitatem ostendunt. Dicentur etiam ęgra, quatenus præsentem ostendunt ægritudinem. Neque in ambiguo est, quod quę sunt utrorumq; indicatiua, neutra dicentur, secundum unũ quoddam neutri uocabuli significatum. Neq; uero mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes, quæ & salubria & ægra & neutra dicantur, secundum uero alterum significatum quæcunque his qui à morbo referuntur insunt, signa neutra appellamus, neque in alio significato accipiunt ea quæ senibus insunt. Hæc quidem omnia pluribus & conceptibus & rationibus subijciuntur, quęcunq; uero in his qui integra sanitate fruũtur, inter salubria tantummodo computantur. Et quę cunq; ægritudinibus insunt, neq; futuram prænunciant sanitatem, soli & hæc ægrorum conceptui subijciuntur. Sed de his quidẽ postea dicetur:

nunc

nunc quę futurã promonstrant ęgritudinẽ prius A
exequamur. Cum uero sit eorum differentia duplex, prius ea pertractemus, quæ quantitatibus, uel qualitatibus, uel temporibus, non autem proprijs speciebus ab eo, quod secundum naturam euariant, ueluti ciborum appetẽtia intenta, uel dissoluta, aut quæ non seruet tẽpus consuetum, aut quæ ad edulia non usitata feratur, aut ad excretiones cibi superfluitatum quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores existant. Sic humidiorum excrementorum uel defectus uel superabundantia pręter consuetudinem naturalem, aut in colore, aut in consistentia uarietas aliqua, aut in tempore excretionis, & uigiliæ plures, ac somnus, aut non consueto tempore. Eodem modo potus pluris, aut paucioris, calidi aut frigidi B
insolens appetitus: sicuti & circa rerum uenerearum usum immodica aut intempestiua concupiscentia, & plures aut pauciores sudores his qui sint opportuni, & ad motus torpor, aut si moueri tentauerint grauitas, aut uehemẽs exolutio, menstruorum occultatio, uel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic & quæ per ora uenarum (Græci hæmorrhoidas appellant) fit sanguinis effusio. Sed non eadem quæ prius in cibo potúque uoluptas, sunt futuræ indicia ęgritudinis, habitudóque animi non naturalis, aut obliuio quædam inconsueta, aut somni qui pluribus imaginationibus abundant, quam prius auditus, & odoratus usus ue hebetiores, aut turbulentiores, & (ut sim pliciter dicam) quæcunque secundum naturam C
inerant, hæc quidem augmentata, hæc uero comminuta, hęc uero temporibus quibusdam aut qualitatibus immutata. Siquidem & ipsius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, quemadmodum liuidior, aut nigrior, ructus que ac sternutamenta, & flatus plures, aut pauciores his qui secundum naturam, sic & quæcunque per nares, uel palatum, uel aures per quos meatus cerebrum expurgatur, uel temporibus, uel quãtitatibus, uel qualitatibus immutata. Hęc igitur omnia ex genere eorum sunt quę secundum naturam. Morsus autem uentris, uel in ore uentriculi, uel in aliquo intestinorũ, aut cum aluus subducitur, aut cum uomitus excitatur, aut cum mingitur, siue aliquis alius dolor mediocris D
ex genere quidem existit eorum quæ præter naturam, non tamen qui ita se habent ægrotare dicuntur: sicuti neque qui capite grauantur, aut dolent, aut uigilant, cum nõdum in consuetis impedimur operationibus. Hic enim in huiuscemodi dispositionibus terminus est. Atq; idcirco in eo qd ad aliquid, eandem dispositionem ægram atque neutram appellabimus. Nam pro uigore potentiæ quæ uel facile sustinet, uel uincitur, una quæq; ex his quas antea diximus, uel morbus est, uel neutra dispositio, sic & quęcunq; in sensibus, non in eo quod magis aut minus inuicem differunt, sed toto genere sunt præter naturam. Et hæc sunt signa morborũ donec modica fuerint, et nondum homínem à consuetis operibus sufficiunt amouere. Talia uero sunt in gustu quidem, cum uel salsę, uel amaræ, uel alicuius alterius qualitatis sapor nobis indicatur, siue in omnibus quæ bibuntur, aut manducantur, aut præter quod aliquid assumatur, saliua ipsa talis sentiatur. In odoratu autem, quando alicuius unius qualitatis sensum habemus nullo odore præsente, aut cum plura differentia naribus admouemus, omnia ueluti similia sentimus. Sępius uero nihil sentimus, aut aliquid fœtẽs etiã si nihil adsit quod fœteat. Quantũ uero ad auditũ, soni & strepitus ad id quod pręter naturam pertinẽt. Quẽadmodũ in usu quęcunq; ante oculos apparere credunt nigra, & atra, & cærulea, & rufa, & flaua, & nõnulla rotunda, nõnulla aũt oblonga, quędam gracilia, quędam crassa oculis prętendi uidentur. In sensu aũt tactus cum inqualitas aliqua, uel spissitudo, uel grauitas, uel tentio, uel torpida, uel ulcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur: sic & in singulis partibus uel tentio, uel compressio, uel morsus, uel grauitas, quando modicæ fuerint ac minime firmæ, neutram quidem dispositionẽ adesse demonstrãt, futuram uero ęgritudinem prænunciant.

Signa corporum ægrotantium.

At quæ iam in ægrotantibus signa uidentur, ex quibus nonnulla salutem, nonnulla mortem portendunt. Prima quidem salubria, altera uero genere quidem ęgra, secundum speciem autem pernicioſa dicuntur. Sumuntur autem, ut uniuersaliter dicamus, ex operationum uirtute ac uitijs. Secundum partem uero, ex particularium operationibus, quarũ genera antea diximus. Primum quidẽ eorum, quę principia existunt. Secundũ uero illorum, quæ à principijs ortum habent. Et tertium eorum, quæ ex ipsis gubernantur, à principijs autem quasdam deriuationes habet. Quartum siquidem genus eorum, quæ tunc diximus, ex se quidem ad aliquid prænoscendum inutile est: Secundum accidens autem & ex his aliquando prænotiones erunt: quemadmodum & ex excremẽtis, ex his quidem cõpatiendi ratione, ex excrementis autem semper, quoniam coctionis & incoctionis signa continent. Quare fieri non potest, quin omnino significent aut naturam materiei, aut materiam naturæ, aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem signa dicentur, natura superante, insalubria uero superata. Neutra autem, quæ pugnas habent æquales. Sed quæ quidem manifestam indicãt coctionẽ, ex salubribus sunt: Sicuti quæ cruditatem, ægra. Quæ uero neque coctionem, neque cruditatem ostendunt, ex neutrorũ sunt natura. Sunt uero & neutra, quæcunque nunc quidem hoc, nunc uero contrarium significant, ueluti digiti denigrati. Talia sunt etiam critica, id est decretoria accidentia, de quibus omnibus in libris De Crisi dictũ est. Sicuti etiam de his quæ ad unamquamque attinent operationem, in his libris in quibus de causis accidentium agitur. Quare omnium horum singulorum materiam

tiam ex ijsdem libris colligere oportet. Ego uero prolixitati parcens hic sermoni de signis finem faciam, transgrediar autem ad illum qui de causis.

De causis salubribus, insalubribus, ac neutris.

Quoniam uero & harum quæ quidē salubres, hæ autem insalubres, hæ uero neutræ. Primum de causis salubribus erit sermo, quia uero & harum nonnullæ quidem conseruatrices, nonnullæ uero effectrices. Sunt autem & tempore, & dignitate priores cōseruatrices. Incipiendum est à conseruatricibus. Cum igitur non unum tantum sit sanum corpus, sed plura, ut supra diffiniuimus, in eorum singulis propria erat causa conseruatrix. Siquidem omnis causa in eo quod ad aliquid existit. Hic igitur denuo sumendum initium ab optima corporis cōstitutiōe, ac quę ei salubria sint cōsiderandum. Eorum autem inuentionem ipsius rei natura insinuat. Si enim impatibile atq; inalterabile esset corpus, semper optima constitutio perduraret, neque artis præsidio indigeret. Quoniam uero alteratur, corrumpitur, & uertitur, neque eundem seruat prioris status tenorē, ea ratione auxilium desiderat.

Quot modis nostrum corpus alteretur.

Secundum quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc est causarum conseruatricum genera habebit, quas ex his quæ dicta sunt liquet esse ex correctiuarum genere. Sed quia paulatim correctiones faciunt anteq; omnis ingruat noxa, nō præseruantes à futuro malo, sed præsentis status conseruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus à nonnullis quidem necessario, à quibusdam uero non necessario. Dico autem necessario, quæ nulla est euitandi ratio: non necessario autem, reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem semper attingere, comedereq; ac bibere, & uigilare, & dormire est necessarium: ensibus autem & exitialibus feris obuiare non necessarium. Quare circa primum causarum genus uersatur ars corporis conseruatrix, circa secundum autē minime. Quot igitur numero sint ea quę ex necessitate corpus alterant distinguentes, proprium in singulis eorum, causarum salubrium genus inueniemus. Inest igitur unum quidem ex ambientis aeris adhæsu: Alterum uero ex motu & quiete, & totius corporis & partium singularum: Tertiū ex somno & uigilia: Quartum ex his quæ assumuntur: Quintum ex his quæ excernuntur & retinentur. Sextum ex animæ affectibus. Ex his necesse est aliquo modo affici corpus. Ab aere quidem ambiente, quia aut calefit, aut frigefit, aut exiccatur, aut humectatur, uel secundum horum patitur coniugationem, aut in tota alteratur substantia. Ex motu uero & quiete, cum utraq; modum excesserint, aut calefactum, aut refrigeratū, aut humectatum, aut exiccatum, uel aliquid secundum horum patiens coniugationem. Sic & ex somno & uigilia ipsum pati est necessarium secundum eandem rationem. Et ex animæ affectibus, & ex his quæ assumuntur, aut excernuntur aut retinentur. Hæc siquidem omnia partim quidem euidenter, partim uero per alias causas medias alterant corpus, & sanitatem corrumpunt: & de horum singulis seorsum scripsimus in tractatu De salubrib. qui inscribit. Omnia igit nūc dicta genera materiq; quædā sunt salubrium causarum, atusu opportuno adhibito, causæ fiunt conseruatrices atque salubres. Sed ubi à modo deliquerint, insalubres redduntur: unde etiā liquet ex his nullā harum rerū exteriorū, aut salubrē aut insalubrē à nobis existimari oportere, at easdem potius quandoq; quidem salubres, quandoque uero insalubres in eo quod ad aliquid esse. Nam ubi motum corpus desiderat, exercitatio quidem salubris, ocium autem insalubre: cum uero eget quiete, ocium quidem salubre, exercitatio autem insalubris: eodem modo de cibis & potibus, & de alijs omnibus statuendum. Horum enim singula, quando, ut necessitas corporis exigit, cum mensura ac qualitate opportuna adhibentur, salubria fiunt: at cum citra omnem necessitatem ac præter modum afferuntur, insalubria. Atque hę duæ sunt circa salubre & insalubre intentiones rei scilicet quę adhibetur qualitas ac quantitas. Neque enim est rationi consentaneum etiam temporis occasionē, quæ in his quę dicta sunt continetur, ueluti tertiū aliquod ab eisdem diuersum introducere. Si enim tali & tanta re allata egeat corpus, nemini dubium quin etiam in tempore opportuno afferatur occasio. Siquidem temporis inde ortum habet, quoniam fluxibile ac facile mutabile est mortale corpus, ac pro transmutationis modo alijs alio tempore eget auxilijs. Quare non est tertium aliquod præter ea quæ dicta sunt, tempus. Sæpius autē eo tanquam tertio quodam ob eam quàm diximus, causam, ad docendum uti consueuimus. Quoniam uero in his ipsis intentionibus, & aliæ causæ salubres, & id quod propositum est genus continetur, rursus easdem repetamus. Optimæ igitur corporis constitutioni cum circumfusus aer fuerit in temperie positus, earum rerum de quibus nuper diximus quietis scilicet ac motus, somni, uigiliæ, & eorum quæ assumuntur, atque excernuntur, quantitas moderata conueniet. Cum uero aer à temperie recesserit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura recessus. Hi uero sunt mediocritatis termini: in aere quidem ambiente, ut neque horreat propter frigus, neque sudet propter æstum. In exercitijs autem cum primum lassari cœperit corpus, confestim quiescere: In cibis autem coctionis perfectio, & excrementorum modus, in quali quantóque conueniens, æqualis uero in his quodammodo est coctioni appetitus. Quare neque præside egent, qui singulorum quæ assumuntur quātitatem metiatur. Optima siquidem natura quantum appetit, tantum etiam concoquit. Sic & somno modum ipsa natura præfinit, his qui optimam corporis constitutionem sunt sortiti. Et tunc à somno excitantur, cum corpus ampliori quiete non eget.

Cumq;

Cumq; talem uictus rationem adhibuerint, nullū est in eorum excrementis delictum, quæ uel per uentrem, uel per urinæ meatus, uel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum quę assumuntur, temperantur. Totum uero corpus salubriter perflari facit exercitij usus moderatus. Liquet autem ab ipsis caueri oportere, omnes animi immodicos affectus, uidelicet Irę, Tristitię, Furoris, Timoris, Inuidię. Hęc enim alterāt atq; à naturali statu corpus auertunt.

De uenereis.

Venereorum uero iuxta Epicuri sententiam nullus est usus salubris: Re uera autem confert. si tantum interualli in eorum usu adhibeatur, ut neque resolutio aliqua sentiatur, & ipse seipso homo quodammodo leuior factus, ac melius spirare uideatur. Tempus uero ad utēdum opportunum cum omnium in rerum circumstantium exquisita mediocritate corpus fuerit constitutum, cum scilicet neq; supra modum plenum, neq; uacuum extiterit: aut in calore, aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excesserit corpus. Quod si aberrare cōtigerit, paruus sit error. Melius aūt illi calefacto magis q̄ infrigidato, & pleno q̄ uacuo, & humecto potius corpore q̄ exiccato uti uenereis. Horū autem singulorū quę dicta sunt, qualitas in ipsa corporis cōstitutione est eligenda. Exercitij quidem in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur. Ita ut nō alię quidem ultra modum fatigentur, alię uero citra. Cibi aūt & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturę conuenientiores quę optima fuerint prędita tēperatura. Eadem de reliquis etiam est ratio adhibenda. Atsi quod ab optima constitutione defecerit corpus, nō autem uehementer, & hę quę ipsius sanitatem causæ cōseruant, ad ꝓportionem mutabūtur. Sed cum multa sint huiuscemodi corpora, per singula genera seorsum dicendum. Quod igitur in temperatura euariat, instrumētariarum autem partium seruat cōmensurationem, duplicē habet salubriū causarum formam: Alteram quidem earum quæ ipsius cōseruant temperaturam: Alterā uero eam quę ad optimam transferunt. Quę ita ipsius temperaturā conseruant, tantum à causis optime temperatę naturę distabunt, quantū & totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora siquidem corpora calidioris uictus rationem exposcunt, frigidiora aūt frigidioris, & sicciora siccioris, & humidiora humidioris, ac secundum cōiugationem calidiora ac sicciora calidioris ac siccioris: eadem in reliquis etiam cōiugationibus proportione seruata. Recte siquidem causarū utetur materia, qui naturales earū potentias agnouerit. Veluti quod motus, defectus alimenti, uigiliq, excretio, & omnes animi affectus corpus exiccant: At quæ his contraria existunt humectant. Ita uero & calefacientia & refrigerantia uitæ instituta, & ciborum ac potuum. Atq; ut simpliciter dicam, omnium quæ corpori afferuntur materias quis nescens atq; potentias, salubribus utetur causis, similia similibus afferēdo. Siquidem eius propositū fuerit eandem in qua acceperit corporis seruare temperaturam. Quòd si ꝓmutare atq; ad melius traducere statuerit, alterum est hic salubrium causarum genus, his quidem quas nuper diximus contrarium, equaliter uero declinans ad alteram partem à bene temperatis & medijs, quę optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior siquidem ac siccior temperatura, à calidioris ac siccioris uictus ratione ad exactissimū bonę temperaturę habitū minime transfertur. At talium erit usus necessarius, quę tantum eis quę bene temperata existunt, frigidiora sint atque humidiora, quantum & natura naturam in caliditate & siccitate superabat. Nam tale causarum genus naturales corrigit intemperātias: Alterum uero de quo supra diximus, temperaturā conseruat. Est aūt utriusq; uictissim apud medicos usus necessarius. Nam cū plurimū suppetit ocij, corrigere oportet, ac sensim ad meliora transferre. Neq; eī natura patitur eas quę subito fiunt alteratiōes hominem aūt necessarijs occupationibus districtum, in eodem prestat habitu cōseruare. Quo pacto igitur & hoc ipsum primū causarum genus cō seruatiuum appellamus? Nam forte magis alteratiuum & curatiuū, & naturalium defectuū correctiuum uocare cōueniat. Quoniam ad uniuersum sanitatis genus referentes, nō ad eas quę secūdum speciem differentias, quęcunq; sanos conseruant cōseruatiua omnia uocamus, siue prēter id quod sanitatem cōseruant, ad melius totā traducāt temperaturā, siue pristinum tantūmodo habitū tueantur: at quę deteriorē statum efficiunt, insalubria. Quęcunq; igit similem habent in oībus corporis partibus intemperiē, eadem egēt procuratiōe: quę uero dissimilem, dissimili. Nam fieri potest ut uentriculus frigidior sit q̄ oporteat, caput uero calidius, atq; utrunq; proprijs egeat auxilijs. Ac ratione eadem singulę alię partes cū fuerint aut præter modum humidiores, aut sicciores, aut calidiores, aut frigidiores, suę intemperiei uictū exigunt accōmodatū. Neq; igitur modo eodē omnes tales corporis partes exercebimus, neq; æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud quippiam agemus. Plenius uero de his diximus uolumine illo quod De salubribus inscribitur.

De causis salubribus partiū instrumētariarū.

Instrumentariarū autem partiū causę salubres, quemadmodū & hic ab optima constitutione delinquitur, ita & inuicem distabūt. Alię enim sunt salubres erroribus, qui in formatione cōsistunt, alię his qui in magnitudine, uel numero, uel positu. In formatione igitur plures contingunt errores. Nam & figura partis, & siqua in ea cauitas est secundum naturā, uel meatus, uel orificiū, uel asperitas, uel lenitas, quādo à naturali mediocritate recesserit, si quidem parum hoc patiātur, salubrium corporum retinent appellationem: si uero amplius, insalubrium. Quod si tantus fuerit recessus, ut operationi afferat detrimentum, iam ęgrotare dicentur. Secundum quantitatem aūt excessus, atq;

defectus, ad eaſdem ducit differentias. In numero uero ſiue una, ſiue plures, quęcũq; ex ſimilaribus partibus fuerint, aut deficiant, aut ſuperabundẽt. Ex hoc genere etiam ſunt quæcunq; in nobis ſubſtantię prẽter naturam cõſiſtunt. Reliquum eſt aliud genus, quod ad ſitũ cuiuslibet ſimplicis attinet partis, in quo & ipſo quatuor ſunt omnes differentię. Prima quidem quę optima exiſtit: Secunda uero quæ parum euariat, atq; ideo ſalubre adhuc efficit corpus. Et tertia quæ inſalubre, quãdo amplius à modo receſſerit. Et quarta quę iam ęgrũ receſſu plurimo reddit. Quęcunq; igitur partes in figura delinquũt, ueluti quæ blæſæ, uaræ, & obliquę appellanẽ, hę cũ nuper natus adhuc tenellus eſt, formatione atque alligatione, ad naturalem traducunẽ habitũ. Quod ſi iam aucto infante ad duritiem peruenerint, emendari non poſſunt. Sic errores quidem qui ad cauitatem attinẽt, cum adhuc augeri perſeuerant, correctionem admittunt. Cum autem iam ad ultimum peruenerint, nullus eſt remedio locus. Cauitates igitur quiete atq; alligatione paruę redduntur. Magnæ uero, partium operatione, & ſpiritus retentione: ſic & quæcunque foramina oraq;. Et quidem quę naturalem magnitudinem partes exuperant, quiete accommoda alligatione minores redduntur: augẽtur autem & naturali motu, & fricti5e moderata, & quibuſcunq; alijs plus ſanguinis attrahere natura aptis. Deficiẽtes uero partes quæcunq; ex ſanguine ortum habuerunt, corrigi quidem non eſt impoſſibile: Quæ autem ex ſemine, propemodum impoſſibile exiſtit. licet tamen aliquando loco eorum alia facere quæ uſum haud diſſimilem præſtẽt. Earum uero omnium natura opifex eſt, medicus autem miniſter. Quæ uero numero excedunt, his ablatio, cauſa ſalubris exiſtit. Inſpicere uero oportet, in quibus id fieri poſſit. Nam ſi impoſſibile appareat, traſponere tentandum eſt. Eadẽ eſt & eorum quæ in ſitu uitia ſunt, emendatio. Neq; in obſcuro eſt quod duo ſæpius aut tria uitia eandem partem poſſunt occupare, ſicuti in eo qui uentriculũ parium ſimul atq; rotundum, atq; aduerſus ſeptum habuit incumbentẽ. In ipſo etenim magnitudo, formatio, ac ſitus erant deprauati. Temperatura quoque frigidior exiſtebat, hic nullo artificio ad naturalem habitum transferri poterat. At ne adeo infeſtaretur, erat remedio locus. Nam quoniam repleto uentriculo difficultate ſpirandi premebatur, minus cibi, aut magis alimento opportuna, & qui non difficulter ſubduceretur, ter die aſſumebat. Alteri uero cui obſtructio in hepate ob uaſorum anguſtiam ſæpius contingebat, extenuans uictus pro remedio inuentus eſt.

De ſolutione continuitatis.

Reliquum igitur id morbi genus eſt, quod & ſimilaribus ex inſtrumentarijs partibus commune exiſtit, ſolutio ſcilicet continuitatis, quã quiſpiam forte his unquam adeſſe negaret, qui integra ſanitate fruuntur, quoniam ſemper ſit paſſio. Quem ſanè latet eandem in omnibus generibus fore dubitationem. Niſi enim operationis læſio ſenſibilis ſanitatem ab ægritudine ſeparet: ſed qualitatem tantummodo diſpoſitionis introſpiciamus, perpetuę paſſibilitatis dogma neceſſario recipiemus, cũ nullus ſit qui omnes operatiões optimas habeat. Sed de hoc quidem, ut quod ad logicam potius pertineat contemplationem, ſeorſum conſideretur. Salubres uero cauſas, ut his quos nemo dubitat ægrotare, deinceps percurramus, à mala temperatura exordium faciẽtes. Hic uero prius diſtinguamus quę omnes ferè medici prætermittunt: Alias quidem eſſe ſalubres cauſas eius temperaturę quę iam facta eſt: Alias autem illius quę adhuc fit: ſicuti etiam alias eius quę futura eſt. Huius itaq; poſtremæ, hæ quidem in præſeruatiua artis parte continentur, hæ uero in ſalubri. Primæ autem inter omnes in curatiua tantũmodo, ſed eius quam medium inter utranq; locauimus, in præſeruatiua & curatiua. Iam enim factam atq; exiſtentem ægritudinem curare oportet, ſed quæ nondum quidem adeſt, at futura eſt, prohibendum eſt ne fiat, ab ea quæ eſt in corpore diſpoſitione. Eius autem quæ adhuc fit, quod quidem factũ eſt, curare opus eſt: Quod autem futurum, prohibere ne fiat. Prohibebitur autem ſublata ea diſpoſitione, quam ſequi natura apta eſt. Talis uero diſpoſitio cauſa antecedens appellatur. Facta autẽ ægritudo curabitur, ſoluta ea diſpoſitione à qua primum ea quę ſecundum naturam læditur operatio, quam quidem & ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe.

De cõmuniſſima intentione curatiua.

Curatio uero unam præcipuam ac cõmuniſſimam habet intentionem ad id quod eſt diſpoſitionis auferendæ contrarium. Ex hoc ſiquidem genere ſunt cauſæ illæ omnes quæ ſanitatem efficiunt. Secundum partem uero ex unicuiq; diſpoſitioni contrarijs. Calido igitur affectui cauſa frigida contraria exiſtit, frigido autẽ calida, eademq; in cæteris proportione. Etenim ſi omne immoderatum eſt prẽter naturam, moderatum uero ſecundũ naturam, neceſſe eſt omnino ut immoderatũ ab immoderato contrario ad mediocritatem redigatur. At manifeſtum eſt quod ſecundum potentiã, non autem imaginationem, & calefaciẽs & refrigerãs & quęcunq; alia huiuſmodi oportet aſſumere. Vocem autem ſecundum potentiã, quod re ipſa uere tale exiſtit, quale eſſe dicitur: Secũdum imaginationem aũt, quod ex prompto quidem ſenſu tale eſſe imaginamur, cum tamẽ uere tale non ſit. Sed qua ſint hæc ratione diſtinguẽda dixímus in his libris in quibus de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur. Ad inuentionem aũt ſalubrium cauſarum, quęcunq; quidem ut ad eam quæ iam facta eſt ægritudinem cauſę ſalubres exiſtũt, uia illa doctrinę utendum, qua id quod imaginamur, ab eo quod talem habet poteſtatẽ ſeparatur. Quæcunq; uero ut ad eã quæ adhuc fit, & hac eadem uia, atq; illa prẽterea ex qua ægritudinũ cauſæ inueniunt. Eſto eñ ſi ita contigerit in humoribus putreſcentibus accendi febrem. Indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio

euacuatio atq; alteratio: hęc quidẽ quę putredinẽ finiat, manente adhuc ſubſtantia: euacuatio uero quę totam ex corpore ſubſtantiam educat. Sed dicta quidem alterationis ſpecies, concoctio exiſtit. Quam ubi inuenerimus à quibus nam cauſis fieri contingat, tunc utiq; eorum quæ hoc pacto ſalubria ſunt, ſcientiam tenebimus. Euacuationes autem fiunt, & per ſanguinis emiſſionẽ, & clyſteris uſum, & per urinæ uias, atq; eam quę per cutem fit tranſpirationem, ac prẽterea per eam quæ fit ad partes oppoſitas attractionem, atque ad alias propinquas deriuationem. Nam & ad hoc idem genus pertinet citare menſtrua, atque ora uenarum, quę Græci hæmorrhoidas appellant, aperire, ac per palatum nares q; expurgare. Cum igitur & hic materias inuenerimus quib. in qualitate, & quantitate & modo uſus adhibitis euacuatio fit, in ipſa artis parte ſalubria inuenientur, atque eorum omnium inuentio traditur in eo uolumine quod De arte curatiua inſcribitur. Eadem ratione in alijs tribus intemperaturis, ſi unum cõmune prẽceptum obſeruabimus, ut unamquanque prius quę efficit cauſam, reſcindamus. Deinde ita ad illam quę ab eadem cauſa facta eſt, ægritudinem accedamus, cauſarum ſalubrium inuentionem faciemus. Secundum uero compoſitas intemperaturas, ex ſimplicibus compoſitio commonſtrabit ſalubria prẽcepta, cum hic quoque ſtuduerimus pro magnitudine intemperaturæ eidem conueniens inuenire remedium. Veluti ſi contigerit quod in decem quidem numeris ad caliditatem maiorem ea quæ naturę conueniat, decidat corpus. Septem uero ad ſiccitatem maiorem, tunc ſalubrem cauſam in huiuſcemodi affectibus eſſe oportebit, decẽ quidem numeris frigidiorem, ſeptem uero humidiorem. Si igitur ipſi particulę patienti admoueatur tale remedium, tanto erit frigidius atque humidius, quantũ exigit partis affectę indicatio. Quòd ſi particula affecta in penitioríb. locis ſita ſit, machinari oportet inſuper tale inuenire ſalubre remedium, cuius uis nequaquã in itinere antea ſoluatur. Si itaq; calidius eſſe oportuerit eo quod eſt moderatum, non ſolum tantum habeat caliditatem, quantam exigit morbus, ſed ultra eandem menſuram tantum adiiciatur, quantum ex ſitu ut pertingere poſſit ad locum patientem ſit neceſſarium. Si uero frigidius, non ſimpliciter tantum frigiditatem oportet augere, ſed & materia quoq; prius eſt animaduertenda. Si enim craſſa ſit, non admodum poterit ad profunda penetrare. At potius contrarium præſtabit effectum ſpiſſando ſuperficiem, atque denſando: at ſi tenuioribus partibus conſtet, poterit ſanè plurimum ſubire profundum. Idem in humectãtibus atq; exiccãtibus accidit, in quibus craſſitudo atque ſubtilitas partium ſubſtantię eſt inſpicienda. A ſitu quidẽ loci, ut nuper dixímus, inuenit indicatio ſalubre remedium: A formatione autem, & ſitu ſimul, quando effluxus ſenſibiles atq; ad alium locum foraminibus patẽtes habuerint, aut his omnino caruerint. Quos enim effluxus ad principales deferri partes cognouerimus, auertemus, atque ad illas impellemus, quę nullũ habent principatũ. Illud uero manifeſtum, quod earũ quę intemperaturã efficiunt cauſarum, curatio fit per euacuationem. Nam ipſæ intemperaturæ ſola alteratione ſanantur.

Curatio ſolutionis continuitatis in parte carnoſa.

Cõtinuitatis aũt ſolutionis curatio, intẽtionem quidẽ habet unionẽ, quę in partibus quidẽ inſtrumẽtarijs impoſſibilis eſt: in ſimilarib. uero nõ ſemper poſſibilis. At quandoq; ſicuti in carnoſis ſanitas cõglutinatiõe perficiẽ, nihil uero differt (etiã ſi coalitũ appellaueris) Ipſam uero antecedit, quãdo uulnus maius extiterit partiũ applicatio diſtãtiũ, quę ex formationis genere exiſtit. Vt aũt hæc ipſa firma ac ſtabilis fiat, & alligatio cogẽs in unũ quę diſtant, & fibulæ & futurę utiles ſunt. Coaleſcere autem facit ea, quę inuicẽ diſtant, ac priſtinã reſtituit unitatẽ ipſa natura. Noſtrum uero opus eſt, ut dixímus, applicare extrema diſtantiũ partiũ, atq; ita ut in unum coacta ſunt, cõſeruare: & tertio loco cauere, ne labris ulceris intercidat. Et quarto ipſam partis ſubſtantiã conſeruare ſalubrẽ. Sed quo pacto & primũ & ſecundum impleamus officiũ, dictum eſt. Tertiũ uero in cogendo in unum partes diſtãtes exequemur, ſi nihil extrinſecus incidere permittamus. quoniã ſæpius uſu euenit ut pilus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas interueniens earum quæ copulandę ſunt partiũ, unitatem impediat. in eo autem quod ſequitur tempore per ſuffluxiones tertia intentio retinetur. Ipſam uero ſuffluxionem ex eiuſdem & contrarij loci diuiſione, & figura opportuna comparãdum. Partis autem ſubſtantiam ſalubrem cum mediocriter exicantibus conſeruabimus. Hæc quidem eſt ſolutę cõtinuitatis curatio, cum ipſa ſola ſeorſum in carnoſa parte cõſtiterit. Quòd ſi alicui alteri morbo coniungatur, plures ſunt indicationum intentiones, quas in compoſitorum, uel complicatorum, ſiue ut cuique appellare libuerit, doctrina trademus. In præſenti autem ſermone ad reliquas unitatis ſolutiones accedendum.

De ſolutione continuitatis in oſſe.

Fractio igitur eſt continuitatis in oſſe ſolutio, quæ quantum ad intentionem primam, inſanabilis exiſtit. Quo uero ad ſecundam, quodammodo ſanabilis fit. Prima igitur intentio eſt coalitus partium, qui ob oſſis duritiem fieri non poteſt. Secunda alligatio, quæ fit callo ſupernato partes fractas circumallígante. Calli autẽ generatio qua quidem ex materia & à natura fit, eſt & ad alia cõmunis. qua uero formam oſſi uicinam habet, ex eiuſdem fit alimento. Molle uero & puerile os coaleſcere poteſt, ſed perraro fit talis affectus, quin cum altero ſocietur. Magna enim ex parte muſculi adiacentes unà corporibus alijs fractis oſſibus patiuntur. Quare & curationis intentio oritur duplex, quarum altera quidem circa oſſa, altera uero circa corpora adiacentia uerſatur. Sed

hæc quidem in carnosarum partium complicatis dicentur affectibus. Nunc uero de fractionibus dicendum. Quoniam enim harum sanitas colligitate procuratur, ut autē callus generetur propriį ossis alimenti superfluitatem naturæ suggerere oportet. Hanc uero superfluitatem in qualitate & quantitate seruare modum, est necessarium. Vnde & ratio uictus est adhibēda, quę tantum ac talem influere ossibus sanguinem præparet, qualis & quantus generando callo fit opportunus. Quoniam uero per fracti ossis cauernas idem effunditur sanguis, eiusdem qualitate & multitudinem animaduertere oportet, atque ita uel sicciorem, uel humidiorem uictum instituere. Sed hæc omnia in libris in quibus De curandi ratione tractatur, plenius sunt explicata.

De punctura nerui & chordæ.

Nerui uero & tendonis punctura propter sensus uehementiam, & quoniam hęc pars principio continuatur, prompta est ad neruorum conuulsionem excitandam, ac tum præsertim cum nihil extrorsum expirat obcæcato cutis uulnere. Aperiendum est igitur, atq; exiccandum subſtantia tenui, quæ usque ad ima nerui offensi possit penetrare. De his uero exacte diximus in libris De arte medendi cōscriptis. In simplicibus quidem huius generis affectibus salubrium causarum forma talis existit. In compositis uero complicatur ulceribus. Prima quidem cauitas quam nō alterū affectum, sed ulceris differentiam esse arbitrātur. Est autem non differentia huiuscemodi res. Sed alterum alicquod totius ægritudinis genus in quo ipsius subſtantiæ iactura facta est. Et quidem curatio in duplici morbo, duplicem exigit intentionem. Nam continuitatis solutio, unitate, subſtantiæ autem iactura, generatiōe indiget. Paulo uero suprà generationis intentiones expositæ sunt. Quod autem primum quidem hunc affectum oporteat sanare, demum unitatem restituere tentare, ipsa rerum natura cōmonstrat. Cum itaq; repletum quidem fuerit cauum, ulcus uero ad æqualitatē perductum, alteram intentionem aboleri contingit: nam media existente inter labia ulceris ea carne quæ nuper est genita, partes quidem distantes uniri est impossibile, unde fit ut alia sit intentio perquirenda. Intentionem autem consequemur ex eo quod D est secundum naturam ipsi parti comparādo: erat autem eidem cute obduci naturale. Quare hoc ipsum à nobis procurandum, aut si hæc intentio effectum sortiri non potest, simile aliquid cuti, carnem scilicet quę cutis naturæ uicina sit, instaurandum. Est autem huiuscemodi quæ & sicca & calli similitudinem prę se fert. Ad cicatricē igitur obducendam necessaria erunt exiccantia, ac sine mordacitate adstringentia medicamina. Ita & si sordities aliqua fuerit adnata, intentio quidem erit abstergendi. Et erit medicamen salubre absterſiuū, eorūdem uero materiā in libris: in quibus de medicaminibus agitur, scripsimus. Et quidem si aliqua inflammatio, uel attritio, aut tumor prędurus, uel A uel mollis, & laxus cum ulcere fuerint, prius eorum curationi intendere oportet, eas sequendo uias ac rationes quas prius expoſuimus. Sic & si aliquid ulceri illabitur, ad illabentium curationem intendendum. Eodem pariter modo si aliqua intemperies ulceratum locum obsederit, ad eiusdem intemperiei remedia antea uentendum. Sed de his quidem satis.

De speciebus morborū secundū formationē.

Nunc uero transeūdum est ad formationis genus, quod in plures secatur differentias. At ab eo quod euidentissimum existit, exordium est sermonis faciendum, quod ex figuræ permutatione contingit. In his igitur qui adhuc crescūt, possibile est plurium partium figuram emendare: in his autem B qui iam aucti sunt, minimè. Intentio tamē quoad fieri potest, curationem adhibere, ad contrarium euersionis adducēdo. Si uero fractione aliqua nō recte conformata alicuius membri figura fuerit uitiata, cui subſtantia calloſa innasci prævenerit. Si quidem hæc adhuc recens extiterit perfringere oportet, ac rursus recte afformare. Deinde callum superinducere.

De obstructione.

Est uero & obstructio ex eodem genere ęgritudinum, quæ quidem ex lētis & crassis humoribus fit, unam & ipsa habens intentionem morbo contrariam: dico autē apertionē. Causæ uero salubres sunt, abstergentia atq; incidētia medicamina. Quę uero fit à stercore duro, quod intersepit intestinū, primum quidem habebit duritiei remedium ex humidis pinguibusq; clysteribus, demum ex acribus euacuationem exposcet. Quę autem à lapide fit in uesica, in præsenti quidem transpositionē requirit, integre uero sanitatis causa, incisionem & extractionem. Humiditas autem quę prēter naturam continetur, sanatio in omnimoda euacuatione cōsistit, quemadmodum etiā in suppuratis. Immodica autē repletio immodica euacuatione curatur, ut cum sanguis intra uenas redundat. Sic et quibuscūq;, uel in uentriculo, uel in intestinis, uel arteria aspera, uel pulmone, pus aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria. Superflui autem cibi aut potus adhuc recētis assumptio ab euacuatione corrigitur. Quæcunq; igitur in pulmone uel pectore cōtinentur, cū tussi educuntur, aut à medicaminibus extenuantibus. Quæcunq; uero in hepate, uel uenis, uel arterijs, uel renibus, aut per urinam, aut per uentriculum. Sed per urinam quidem ab ijs quę uehementer extenuāt: per uentrem uero ab ijs quę attrahendi aut aperiendi ora uim habent. Quæcūq; uero in superiori uētre cōprehendūtur, per uomitū: quę autem in inferiori, per subductionē. Sed quæcūq; sub cute, per sectionem, uel ignem, aut per medicamina aduren-tia: Sic uero aliquādo quęcunq; in aliqua naturali cauitate, ut in thorace. Et ut summatim dicam, quicquid prēter naturā in aliquibus partibus continetur, sanationis intentio est ablatio, quę si fieri non possit, transpositio. Quæ uero non sunt ex genere

genere prēter naturam, at quātitate damnātur, in A his intētio est abuacuatio. At inuētio eorū quę ad ipsorum sanationē perducūt, partim quidē ex affectu, plurimū uero ex ipsis affectis particulis sumitur.

De asperitate & leuitate.

Quæcunq; partes uero ob id quod exasperatæ naturalem amiserint habitum, his leuitas naturalis est restituenda, ossa quidem leuigādo, arteriam autem uel linguam leniendo humidis, quæ nihil mordeant, & lentorem habeant. Sed quibuscunque leuitas inest, non naturalis asperitas est reuocanda medicaminibus, quæ sufficienter abstergant, & parum adstringant. Quęcūq; uero uel obstructiones, uel angustiæ meatuū, alias sequantur ægritudines, ab illarum curatione prius est incipiendum. Ostensum siquidē est in libro De differē- B tijs morborū, quod & inflāmationibus & duris laxisq; tumoribus, & siccitatibus aliquādo immodicis, ac prēterea uitiosis partiū continentiū figuris, ea quę nuper diximus, sępius aduenīunt: sicuti & quibusdā tumoribus eorū, quæ sunt in ambitu corporū. Quòd si nōnulla ex proxime dictis inuicem complicētur, uarias habebunt indicationes. Sufficiet autē in uno exemplo habuisse sermonē, quoniā de omnibus in libris De arte curandi plenius sumus executi. Supponatur cuipiā particulę multitudinē sanguinis influi, adeo ut intendantur in ea uenæ, non maiores tantū, sed etiam paruæ, quæ prius sensum effugiebant. Nūc uero iam plenæ uisu comprehenduntur, sicuti plerunq; in oculis ob tunicæ albedinem manifestissime patet. Par C siquidem est, quod & alia uasa quę latent sensum, iam plena distendantur, nondum & ipsa ob paruitatem uisui manifesta. Et iam periculum immineat, ne quod ex uasis exudat ad spacia uacua quæ in medio sunt, effundatur: aut ne iam paruum aliquod sit effusum. Huius quidē affectus sanatio intentionē habebit euacuationē, aut ut manifestiori uocabulo utamur, abuacuationē. Si quidē morbus erat immoderata partis repletio. Necessariū igitur est, ut aut superfluitas retrocedens euacuetur, aut per ipsam patientē particulā. Retrocedet aūt, uel impulsa, uel attracta, uel transmissa, uel horū uno aliquo modorū, uel oīmbus. Per locū uero patien tem euacuabitur, partim quidē manifeste & sensi- D biliter, partim uero in uapores resoluta. Si igitur uniuersum corpus plus æquo plenū fuerit, per patientem locum minime euacuandum. Nam si scarificationibus aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plus ratione excitati doloris attrahemus. Si uero calefacientibus dispergere tentabimus, plus erit id quod ui caloris ad partem attrahetur, quàm dispersum. Quòd si in eo elaborabimus, ut quod influxit retrocedat, corpus plenum non admittet. Ad hæc igitur ambo totum corpus euacuare oportet, aut omnino ad contraria loca retrahere, quod patienti particulæ influit, quo perfecto opere, prius à parte repellēdum, mox dispergendum. Quanto enim per maiora fit, †tāto expeditior est euacuatio. A patiente uero loco adstrin-

† Hic locus uario modo scribitur in exemplarib. Græcis. Primus mo

gendo ac refrigerando repellemus, sed & exinanita loca attrahunt ad seipsa quæcunque repercutiuntur. Hoc siquidem ostensum est in eo uolumine in quo De potentijs naturalibus agitur. Et uasa prætereа uigore ex medicaminibus adstringentibus addito, à se ad alia remittēt. Si igitur hæc uia superfluum omne retrocesserit, bene se res habet: At si aliquid fuerit in parte retentum, conijcturandum erit id lentum ac crassum existere, atque ea ratione iam coactum atque adstrictum ut cum difficultate solui possit. Fieri autem potest, etiamsi nō eius naturæ sit, ut ad spatia quę in medio sit effusum, in quo casu tunc ad id ueniendum esse tempus suadet, ut hoc ad ipsum quod reliquū est patientem locum euacuemus, imponendo supra iacentibus partibus ea quæ influentem humorem repellendi uim habent. Maxime uero euacuabis, si in spatijs intermedijs aliquid contineri conijectura assequeris, & scarificationum auxilio, & medicaminum quę uim habeant dispergēdi. Sed quoniam hæc omnia uires calidas habent: eiusdem uero temperaturæ opus est mordere, quando modum excesserit, cauenda ex eis sunt uehementissime calida, ac tum præsertim cum patiens locus inter summa fuerit. Neque enim paruus excitabitur dolor, si præter proprium affectum insuper mordeatur, omnisq; prēterea dolor fluctiones commouet. Quod igitur mediocrem caliditatem obtinet, in his sensum doloris non inuehit, atque eo amplius omni dolore uacat, si humidum extitit. Et quidem quicquid per summa hęret, potens est id medicamen dispergere, quod etiam ualidas non habuerit ad dispergendū uires. Quòd si summæ quidem partes omni noxa caruerint, id uero quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, intendendus atque augendus dispergentis medicaminis calor, cum dubitandum sit, ne prius quàm profundas attigerit partes, interim uires amittat. Neque tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentient, cum omni uacēt affectu. Quare nunc hæc duo simul inuitā ad calidorum pariter atq; acrium medicaminum usum, & summæ partes quę tolerant, & profundæ quæ egent. Hæc igitur ex patiente particula indicatio assumebatur. Deinceps uero si quid ad sanitatem deficiat, consideremus: neque enim paruum aliquid deesse uidetur. Affectæ partes, in quibus fluctionis superfluitas retinetur: nonnullæ quidem raræ & laxæ, & molles natura existunt: nonnullę autem densæ, & pressæ ac durę. Priores igitur facile euacuantur, reliquæ autem acrioribus euacuantibus, ac prætereа tenuiores partes habētibus egent, atque eo etiam magis, quanto profundiorem situm habuerint. Hæc igitur tibi rursus sit indicatio altera, à particulę patientis subſtantia: alia uero à formatiōe simul ac situ. Supponatur enim si ita contigerit, in hepate esse proxime dictum affectum in angustis uasorum finibus, impactis humoribus, qui uel lenti ac tenaces, uel crassi existant, uel superabundent. Nónne in promptu

dus est ὅσῳ ὀφλ μείζο / νως, i. quāto per maiora: Sed hæc scriptura taxatur à Leoniceno, cū à Monacho eā sequēte approbetur. Alia scriptura uidetur melior si dicere: ὅσῳ ὀφλ. μειόνως, quā tamē licet nullibi in exēplaribus Græcis reperire. Tertia scriptura, quæ omnibus alijs melior iudicatur, & in quibusdā exemplaribus Græcis inuenitur, hæc est: ὅσῳ ὀφλ μᾶλλον ως, id est quæcūq; p maiora. Sensus autem est, quod resolutio debet sequi repulsionē, & quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus tunc adhiberi quando peruenīdū est ad maiora auxilia, sicuti in præsenti loco facit Galenus, q in sequenti⁊ bus ponit me⁊ dicamina resolutiua inter maiora auxilia, ita scribēs: Maxime uero euacuabis, si in spacijs interme⁊ dijs aliqd contineri cōiectura assequeris, & scarificatiōe auxilio & medicaminū, quæ uim habeant dispergendi.

est primũ quidem crassitiem una cum lentore & tenacitate, cibis ac potibus extenuãtibus, ad subtilíorum partium substantiam transferri oportere. Secundo autem loco non per angustos atq; inuisibiles, sed latiores meatus quicquid infestum existit esse euacuandũ. Sunt enim in hepate uenæ, nõ minus amplitudine q̃ numero excedẽtes. Terminãtur autem hę quidem in gibbis ad uenam cauam, hę uero in cauis ad portã: unde haud difficile tibi futurũ, ubicunq; pressi ac stipati humores fuerint, eosdem expedite euacuare, trahendo quidem ad uentrẽ, cum his quæ attrahẽdi uim habẽt medicamínibus, quícunq; ex ipsis in uenis ad caua hepatis pertinẽtibus aceruati. Ad urinæ uero meatus promouendo per cauam uenã, quícunq; in uenis ad eam pertinentibus sunt. Sed præter supradictas alia est indicatio ab hepate ipso, ueluti à uenarum príncipio. Nam cum non tantũ seipsum regere natura aptum sit, ut plerecq; animalis partes, sed uenis pręterea uirtutem largiatur, periculum imminet, ne si eius uigor madefacientibus ac relaxantibus cataplasmatibus fuerit resolutus, & ipsum primũ ad sui opus, atq; omnes subinde uenæ eius ratione imbecílles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex adstringentibus medicamínibus míscere oportet. Sed quoniã in profundo admodum loco situm est, dubitandum erit ne adstringentis medicaminis uis debilitetur, nisi ab aliqua altera subtilium partium substantia, qualis aromatum est traducatur. Melius uero fuerit, si & ipsum adstringẽs medicamen unum protinus ex aromatum genere fuerit: nam si duas habuerit natura insitas qualitates ac potestates, ualentius operabitur: & quidem euacuetur quod pręter naturam in membrum confluxit. Seruet autem hamorum modum naturæ conuenientem. Quare & illa animaduersio à nobis est in hoc adhibenda, ne quid ab humoris confluentis qualitate eiusdem membri temperies sit alterata, si pituitę naturam tenuerit ad frigiditatem: si uero bilis, ad calidítatem, ut hanc ipsam curantes intemperiem sanitati restituamus. Curabímus autem contrariam ex aduerso afferentes qualitatem, quemadmódum in intemperaturarum curationibus díximus, quantum unumquodque calidius aut frigídius factum est, tantum refrigerantes aut calefacientes. Quare ut hic rursus agnoscenda est ipsius secundum naturam temperies. Nam quo pacto sciemus, quantum in frigiditate ac calidítate à naturæ modo recesserit: aut quando à frigefaciendo supersedebímus, si nos latuerit ea quæ est secundum naturam calidítas? Ita uero & si frigidius effectum calefaciemus, ignorantes frigiditatis naturalis modũ, neq; opportune calefacere, neq; in tempore à calefaciendo desístere poterímus.

De morbo secundum numerum.

Sed quoniam de his satis díximus, transíre iam tempus ad ea in quibus numerus non est secundum naturam. Cum uero duplex sit eorum differentia, quibus quidem aliqua particula deficit, his

intentio est alteram efficere submínistrando naturæ, eo quo díximus paulo antè modo. At quibus superabundat, hanc resecare oportet, aut scalpello, aut igne, aut medicamine quod urendi uim habet. Hęc igitur omnia sanare possibile est, at non æque omnia generari possunt, ut in libro De semine díximus. Quædam uero sunt, quę etsi generari non possunt, licet tamen pro ipsis alterum efficere, quemadmodum in osse ex toto sublato alteram substantiam in eius sede reponere à carne atque osse differentem. Est enim quæ in eius gignitur loco quędã ueluti caro callosa, uel callus carnosus, & processu tẽporis magis ac magis ad calli duritiem transfertur, cum ab initio carnis potius ímitetur naturam. Quacunq; uero parte sublata, cum neq; eandem secundum speciem substãtiam, neq; símilem efficere possumus, tertia nobis intentio, quendam decorem inuenire, quemadmodum in mutilationibus.

De morbo secundum magnitudinem.

Cõmunicat autẽ hoc genus totũ cum eo quod ad magnitudinẽ pertinet. Nam quodcunq; ex eo est secũdum naturã, illi propinquum existit. Id uero tantum seiunctum est ac separatum, quod inter ea quę sunt è genere non naturali connumeratur. In quo quidem prima intentio est ablatio. Si uero hęc impossibilis existat, secũda est trãspositio, quẽadmodum in suffusionibus. Quæcunq; uero non integris partibus, sed partium tantummodo partículis deficiunt, aut excedunt naturæ modum, resectio quidem uel generatio in his quæ deficiunt: ablatio uero & abolitio in his, quę superabũdant. Quare neque in ipsis altera intentio, neq; medicaminum forma genere diuersa.

De morbo secundum situm,

Sed iam ueniẽdum est ad reliquum salubrium causarum genus, quod ea corpora emendat quæ in situ sunt uitiata, ueluti luxationes & intestínũ in scroto. Fit autem hoc ex uiolenta tẽtione, atq; impulsu: hoc uero ex dilatato ac rupto cõtinente. Quare & duplex sanãdi modus: Alter quidem ad oppositã partem ei à qua facta est permutatio intendẽdo atq; impellendo: Alter uero id quod continet, firmius solidiusq; reddendo. Quibus uero uijs ac rationib. singula inueníri possint, in libris De arte curandi explanauímus.

De causis præseruatiuis.

Consequens est ut ea omnia exequamur, quæcunq; in superiori sermone dícere distulímus. Vocant autem eadem Præseruatiua. Est autem horum triplex secundum genus differentia. Prima quidem hominis qui integra fruitur sanitate. Secunda uero eius qui nõ integre ualet. Tertia eius qui ęgrotat. Primũ igitur genus ad salubrẽ attinet artem, atq; in duas, ut antea díximus, diuiditur partes. Secundũ uero ad præseruatiuã spectat: tertiũ ad curatiuã. Hoc autem uniuersum genus circa humores præcípue negociatur, quos neq; lentos esse oportet, neq; crassos, neq; aquosos, neq; plurímos, neq; uehementer calidos ac frigidos, neq;

mordaces

mordaces, neq; putredini obnoxios, neq; ueneni naturę affines. Nã ubi aucti fuerint, generant morbos. Augent uero nõnunq; eadẽ ex causa quę ab initio genauit. Illud autẽ plerunq; accídit, ut sua alteratione inficiãt eos qui sunt in corpore humores. Intẽtio uero & horũ sanationis duplex existit, alteratio & euacuatio. Alterãtur igitur uel ab ipso corpore cõcocti, aut ab aliquibus alijs facultatibus quę uim medicamẽtosam habent. E quorum numero etiã sunt ea quæ exitialiũ ferarum uenenis aduersantur, ac pręterea pharmaca quę uenena appellantur, transmutant. Euacuãtur aũt satis calídis medicamínibus, & purgationibus, & clysteribus, & sudoribus, & uomitibus. Hę igitẽ sunt communes euacuationes. Proprię aũt ex locis in quibus coaceruãtur, assumũtur, ut in libris De sanitate tuenda ostẽdimus, tertio pręsertim ac quarto, in quibus de lassitudinibus egímus, ac reliquis dispositionib. quæ lassitudini natura proximę sunt. Promptius enim euacuantur per uentrem, quæcunque in primis uenis continentur superfluitates. Quę autem in his quę in hepate sunt, per urinę meatus. At quę in toto corpore, per sudorem: sicuti quę in capite, uel per palatum, uel per nares, uel per utrunque. Quę uero sunt in spacijs pectoris laxioribus, per guttur simul cum tussi: quę in renibus sunt uel uesica, per urinam. At attrahendi ex omni loco ad oppositas partes cõmunis indicatio, est ad quãmaxime distantia, deriuatio uero ad uicina. Quęcũq; uero huiuscemodi curãt dispositionẽ, causas salubres appellamus, sicuti insalubres eas quę adaugent: & neutras, quę neq; obsunt neq; iuuant. Posset uero quispiã neq; omnino causas appellare, quemadmodũ maior pars sophistarum qui rerũ quidem differentiã inuenire contemnunt. Plurimũ uero temporis in nominib. cõterunt, contra quos in alijs uberius disseruímus. At pars quidem artis pręseruatiua talis est.

De parte artis quę conualescentes reficit, & senibus congruit.

Quę autem reficit atque instaurat, in conualescentibus ac senibus locum habet. Quę uero sit horum dispositio, & à quibus pręcipue causis ad naturalem reducitur habitum, in libris in quibus De medendi arte tractauímus, abunde explicauímus. Sed nunc per capita dicetur. Dispositio igitur talis est. Optímus quidem sed exíguus est sanguis, atq; una cum ipso spíritus animalis atq; uitalis. Ipsæ uero particulę solidæ sicciores, & idcirco eorum uires sunt imbecílliores, atq; earundem ratione corpus uniuersum frigídius. Causę uero salubres quæ hanc emendant dispositionem, ut uno comprehendam capite, sunt quæcunque pręsentaneum atque securum exhíbent alimentum: secundum partem autem in motibus moderatis & cibis, potibusq; ac somnis consístunt. Sunt uero motus materiæ, uehicula, ambulationes, frictiones, & balneæ: & ubi non parum se ex his profecísse senserint, paulatim se ad consueta opera trãsferant. Cibos autem assumant in príncipio quídem humidos & concoqui faciles, neque frigídos: ac cum progressi fuerint, eos etiam qui plurímum præstant alimentum. Potus uero opportunus est uinum ætatem quidem habens mediocrem, in substantia autem purum atque perlucídum, quod scilicet uel subflauum uel album existat, atque suauiter olens, gustui uero neque aqueum omnino, neque cum aliqua insigni qualitate, aut dulcedine, aut acritudine, aut amaritudine sentiatur. Vt autem proximè díximus, de hisce omnibus in libris De arte curandi conscríptis plenius disseruímus. Nunc enim neque omnia particulatim recensere est nostri propositi institutum. Sed solum capitum mentionem facere intendímus, eorum quę in alijs uoluminibus latius explicauímus. Quorum omnium si prius & numerum & qualitatem exposuero, finem libro imponam. Dixímus itaque prius, quòd alter est liber in quo De constitutione artis medicinę disseruímus. Antecedunt autem eum alij duo De constitutione artium: sed hi quidã una cum hoc cui nũc extremam manũ adiecímus, seorsum sunt ab alijs libris in quibus plenior doctrina explicatur. Illi uero talem inter se ordinem habent. De elementis quidem secundum Hippocratem liber unus. Post hunc autem tres de temperaturis, ex quibus quidem duo sunt De temperaturis animalium. Tertius uero de ijs quæ simplícium medicaminum sunt. Quam ob rem & tractatum illum in quo De simplícium medicaminum potestatibus agitur, nemo recte intelligentia assequi potest, nisi prius tertij libri De temperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Est & alius liber paruus, qui ordine sequitur duos priores alios de temperaturis. Inscribitur autem De inæquali temperatura. Símiliter autem & hunc alij duo paruí, alter quidem De optima corporis constitutione, alter De bono habitu. Alius uero tractatus est, qui tres complectitur libros De potentijs naturalibus, quem si quis legere uelit post librum De temperaturis, siue post librum De elementis, utrũque erit consentaneum. Post hunc in pluribus alijs libris De operationibus animalibus disseruímus. Sed quoniam ad earum demonstrationes non parum conferunt quæ per sectiones ostenduntur, in illis exercitari oportet. Est autem maxime inter alios utílis ille tractatus qui De sectionũ aggressibus inscribitur. Alij autem sunt post eum plures, duo quidem De discordia sectiõis, unus uero De sectione mortuorum: post quos sequuntur hi in quibus agitur de sectione uiuorum. In alijs uero quibusdam particulatim ob eos scripsímus qui introducuntur De ossibus. Sectio quoque musculorum & neruorum & arteriarũ & uenarũ, & quędam alia huiuscemodi ex eodem numero existũt, & liber etiam in quo quæritur, Nunquid in arterijs contineatur sanguis naturaliter. Qui uero earundem partium operationes demonstrant, duo quidẽ sunt, De motu musculorũ: tres autem De pectoris & pulmonis motu. Post quos sequitur

liber

liber De cauſis reſpirationis. Poſt hunc liber De uoce. De principatu autem animę, & de omnibus aliis quę de naturalibus, uel animalibus operationibus in quęſtionē trahuntur, in lōgo ſcripſimus libro, qui De dogmatib. Socratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdem generis contemplationem pertinet liber De ſemine ſeorſum conſcriptus, & amplius de ſectione ſecundum Hippocratem. Quos omnes ordine ſequitur tractatio, De utilitate partium. Ad dignoſcendas autem ægritudines utilis eſt liber ille in quo De membrorum paſſionibus agitur. Itidem ille in quo De pulſibus ſcribitur, in quo & præcognitiones edocemus. Librum uero De pulſibus præcedūt alij duo, alter qui De uſu reſpirationis, & qui De uſu pulſuum. Is uero De pulſibus in quatuor diuiditur partes: primā, quæ eorum differentias: ſecundam, quę dignotiones: tertiam, quæ eorum cauſas: quartam, quæ illam quę per eoſdem fit continet pręcognitionem. Ex eodem genere eſt ille qui ijs qui introducuntur De pulſibus ſcriptus eſt. At uero in animo eſt alium ſcribere librū, ueluti quoddam omniū iſtorum compendium, quem inſcribam uel Artem de pulſibus uel Compendium. Ad hanc quoque iuuant cōtemplationem quę à me exponuntur & ſimul iudicantur in libro Archigenis de pulſibus. Ad pręcognitionem autem plurimum confert liber De criſibus, id eſt decretis naturæ, quem præcedit alter De decretorijs diebus. Sed liber etiam qui De difficili anhelitu inſcribitur, & ad dignoſcendum præſentem affectum, & ad præſcienda bona uel mala quę ægrotanti ſunt euentura conducit. Hi igitur omnes atque unà cum ipſis tractatus quidam uno tantum libro comprehenſi cognitu utiles ſunt, ſicuti illis qui de præincipientibus cauſis inſcribitur, & De medicinali experientia, & De extenuante uictu, & qui De uenarum ſectione ad Eraſiſtratum, & qui De tumoribus præter naturam, & qui De multitudine, atque alij pręterea ſimiles. Prę cęteris autem ad curandi ſcientiam maxime neceſſarius exiſtit, qui De morborum differentijs agit, & De accidētibus, & tertius pręter illos in quo morborum cauſas explicauimus. Poſt quos ſunt tres alij qui accidentiū cauſas explanant. Sunt etiam De medicamentorum ſimplicium uiribus libri, de quibus ſuprà meminimus. Et qui De medicamentorum compoſitione, quos ſequuntur libri De arte curandi his qui De ſalubribus inſcribuntur, ſeorſim à nobis conſcriptis. Quòd uero ante hoſce omnes prius exercitari oporteat in libris De demōſtratione, ſi quis hanc artem ſit cum ratione tractaturus, monſtratum eſt à nobis in libro qui De optima inſcribitur hæreſi. De alijs autem libris & commentationibus à nobis ſcriptis tranſigere nunc minime neceſſarium, cum de hiſce omnibus alibi ſimus tractaturi in uno fortaſſis aut duobus libris, qui ita inſcribentur: Galenus de uoluminibus ab eo conſcriptis.

FINIS.

SERIES CHARTARVM

a b c d e f g h i k l. Omnes ſunt terniones præter l quaternionem

BASILEÆ, PER HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM,
ANNO M. D. XLII.